OPERVM

HIPPOCRATIS

COI, ET

GALENI

PERGAMENI, MEDICORVM OMNIVM PRINCIPVM,

TOMVS III.

Φυσιολογικὰ τὰ Στοιχειακὰ, Elementa, Temperamenta, Humores.

RENATVS CHARTERIVS VINDOCINENSIS

Doctor Medicus Paris. REGIS Christianissimi Cons. Medicus, ac Professor Ord. plurima interpretatus, vniuersa emendauit, instaurauit, notauit, auxit, edidit.





M. Van Lochom fecit

LVTETIÆ PARISIORVM.

M. DC. XXXVIII.

TOMO III

Φυσιολογικὰ τὰ Στοιχειακά; Elementa, Temperamenta, ac Humores continentur.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

GALENI DE ELEMENTIS EX HIPPOCRATE LIBER PRIMVS.

Η ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τέσσαρα εἶναι τὰ πρῶτα στοιχεῖα ἐπιδείκνυσι, καὶ τὰς τῶν παλαιῶν διανοίας ἀνασκευάζει, καὶ περὶ τεσσάρων τῶν ποιοτήτων πρώτων διαλέγεται.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

Quatuor esse prima Elementa ostendit, veterum sententias confutat, ac de quatuor qualitatibus primis pertractat.

A

CAPVT PRIMVM.

Quid sit Elementum.

QVVM elementum minima sit *rei* particula, cuiuscunque fuerit elementum; minimum autem non idem sensui & appareat, & reuera sit: multa siquidem præ tenuitate sensum effugiunt, liquet, sensum eorum minimè fore iudicem, quæ & natura, & verè sunt rei vniuscuiusque elementa. Nam si æruginem, cadmiam, spumā argēti, & misy, simul omnia planè triueris & in puluerem redegeris, & mox sensui discernenda commiseris: tibi *profectò ea* vniuersa vnum esse videbuntur. Nec modò hæc quatuor, verùm & alia longè etiam plura, si eadem tamen ratione omnia inuicem commisceas, tibi vnum esse videbuntur, quantumlibet vnum minimè sint. Quamobrem & Hippocrates quum eiuscemodi humanæ naturæ elementa consideranda instituisset, neglectis his, quæ prima sensus iudicio simplicissimáque habentur, illa statim, quæ verè, & secundum naturam talia sunt, inuestiganda proposuit: quippe quum ea (vt alibi à nobis monstratum est) curandis morbis nihilo minus vsui sunt, quam hæc, quæ sensui huiuscemodi apparent. Itaque concesserit fortasse quispiam, hæc sensilia videri elementa, existere verò, non item. Neque enim si quippiam visum fuerit prima rei cuiusuis simplicissimáq; particula, illud statim est etiam verum elementum, sed quod ex ipsa rerum natura habet, vt tale sit. Quoniam id si statuerimus, vel natura esse elementum, quod cuiusque rei minima videatur atque simplicissima particula, alia nimirum aquilæ, & lynci,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ α'.

Τί ἐστι τὸ στοιχεῖον.

ΕΠΕΙΔΗ τὸ στοιχεῖον ἐλάχιστόν ἐστι μόριον, οὗπερ ἂν ᾖ στοιχεῖον, ἐλάχιστον δὲ, οὐ ταὐτὸν αἰσθήσει τε φαίνεται, καὶ ὄντως ἐστί. πολλὰ γὰρ ὑπὸ σμικρότητος ἐκφεύγει τὴν αἴσθησιν, εὔδηλον, ὡς οὐκ ἂν εἴη τῶν φύσει τε, καὶ ὄντως

B ἑκάστου πράγματος στοιχείων, ἡ αἴσθησις κριτήριον. εἰ γοῦν ἐθελήσεις ἰὸν καὶ καδμίαν, καὶ λιθάργυρον, καὶ μίσυ, τρίψας ἀκριβῶς ὁμοῦ πάντα, καὶ χνοώδη ποιήσας, ἐπιτρέπειν αἰσθήσει τὴν διάγνωσιν ἓν εἶναί σοι τὰ πάντα δόξει. κἂν εἰ μὴ τέτταρα δὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ πολλῷ πλείω κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἀναμίξεις ἀλλήλοις, ἓν εἶναί σοι καὶ ταῦτα φανεῖται πάντα, καίτοι γε οὐχ ἓν ὄντα. ταῦτ' ἄρα καὶ Ἱπποκράτης ἐπισκεπτόμενος ἀνθρώπου φύσεως στοιχεῖα, τῶν μὲν, ὡς πρὸς τὴν

C αἴσθησιν ἁπλουστάτων τε, καὶ πρώτων καταφρονεῖ, τὰ δ' ὄντως τε, καὶ φύσει ζητεῖ. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἡ χρεία τούτων εἰς τὰς ἰάσεις, οὐδὲν ἧττόν ἐστι, τῶν πρὸς τὴν αἴσθησιν, ὡς ἐν ἑτέροις ἐπιδέδεικται. καὶ φαίνεσθαι μὲν στοιχείοις τοῖς αἰσθητοῖς τούτοις συγχωρήσειεν ἄν τις, εἶναι δὲ οὐ συγχωρήσειεν. οὐ γὰρ δὴ τὸ φαινόμενον ἁπλούστατόν τε καὶ πρῶτον μόριον, ἀλλὰ τὸ πρὸς τὴν φύσιν ὑπάρχον τοιοῦτο, στοιχεῖον ὄντως ἐστίν. ὡς εἴ γε τὸ φαινόμενον ἐλάχιστόν τε, καὶ πρῶτον μόριον ἑκάστου, τοῦτο φήσομεν εἶναι τὸ φύσει στοιχεῖον, ἄλλα μὲν τοῖς ἀετοῖς, καὶ λυγκεῖ,

καὶ εἴ τις ἕτερος ἄνθρωπος, ἢ ζῶον ἄλλο ὀξυωπέστατόν ἐστιν, ἄλλα δὲ ἡμῶν ἑκάστῳ φανεῖται τὰ στοιχεῖα. μὴ τοίνυν οὕτως, ἀλλὰ τὰ πρῶτά τε καὶ ἁπλούστατα τῇ φύσει, καὶ μηκέτ᾽ εἰς ἄλλα διαλυθῆναι δυνάμενα ζητῶμεν, εἰ μέλλοιμεν, ἢ ἀνθρώπου φύσεως, ἢ τινος ἄλλου τῶν ὄντων ἐπιστήμην ἀκριβῆ λήψεσθαι.

aut si quis homo sit, alterúmve quodpiam animal, quod visus acumine maximè præstet: & alia nobis ipsis videbuntur elementa. Ne igitur sic agamus, sed ea inquiramus (si naturæ, aut humanæ, aut cuiusuis alterius rei exactam scientiam assequi voluerimus) quæ natura prima, & simplicissima sunt, quæque in alia non amplius dissolui possunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Οὐχ ἓν εἶναι τὴν ἰδέαν τε καὶ δύναμιν τοῦ ἀνθρώπου στοιχεῖον, τῷ Ἱπποκράτους λόγῳ καὶ τῇ ἐμπειρίᾳ ἀποδείκνυται· καὶ ἡ τοῦ Ἐπικούρου, καὶ Δημοκρίτου, καὶ Λευκίππου γνώμη ἀπολαμβαίεται.

ΤΙΣ οὖν ἐστι τῆς τούτων εὑρέσεως ἡ μέθοδος; ἐμοὶ μὲν οὐκ ἄλλη τις, ἢ ἣν Ἱπποκράτης εἰσηγήσατο, δοκεῖ. χρὴ γὰρ διελέσθαι, πρῶτον μὲν, εἰ ἕν τι τὴν ἰδέαν ἐστὶ τὸ στοιχεῖον, ἢ πολλὰ καὶ ποικίλα, καὶ ἀνόμοια. δεύτερον δὲ, εἰ πολλὰ καὶ ποικίλα, καὶ ἀνόμοια; πόσα τε, καὶ τίνα, καὶ ὁποῖα ταῦτά ἐστι, καὶ ὅπως ἔχοντα τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας. ὅτι μὲν οὖν οὐχ ἕν ἐστι τὸ πρῶτον στοιχεῖον, ἐξ οὗ τό, τε ἡμέτερον σῶμα, καὶ τὰ τῶν ἄλλων ἁπάντων γέγονεν, ἐκ τῶνδε δείκνυσιν ὁ Ἱπποκράτης. αὐτὴν γὰρ ἄμεινον εἶναι δοκεῖ παραθέμενον αὐτοῦ τὴν ῥῆσιν, οὕτως ἐξηγήσασθαι. Ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτε ἂν ἤλγεεν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑφ᾽ ὅτου ἀλγήσειεν, ἓν ἐών. Κάλλιστά μοι φαίνεται, καὶ διὰ βραχυτάτης λέξεως ἅμα, τὸ ἐπικαιρότατον αὐτοῦ τῆς ἀποδείξεως εἰπεῖν, ὑπὲρ τοῦ μὴ δύνασθαι τὸ στοιχεῖον ἓν εἶναι τὴν ἰδέαν τε καὶ δύναμιν. ὅτι μὲν γὰρ ἓν τῷ ἀριθμῷ λέγειν εἶναι τὸ ὄν, ἐσχάτης ἀτοπίας ἐστὶ, καὶ ὄντως ἀνθρώπου μηδενὸς τῶν ἐναργῶν πεφροντικότος, ἄντικρυς δῆλον. ἰδέᾳ δὲ καὶ δυνάμει δύναιτ᾽ ἄν τις ἓν εἶναι λέγειν τὰ πάντα, καθάπερ οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρόν τε, καὶ Δημόκριτον, τὰς ἀτόμους. ἐκ ταὐτοῦ δέ εἰσιν αὐτοῖς χοροῦ, καὶ οἱ ἐλάχιστα, καὶ ἄναρμα, καὶ ἀμερῆ τιθέμενοι στοιχεῖα. πρὸς τοὺς τοιούτους οὖν ἅπαντας, ὁ Ἱπποκράτης κοινὴν ἀντιλογίαν ποιούμενος, ἀποδείκνυσιν, οὐχ ἓν εἶναι τὴν ἰδέαν τε, καὶ τὴν δύναμιν τὸ στοιχεῖον, οὐδὲ μνημονεύσας ἐκείνων, οἳ καὶ τῷ ἀριθμῷ, τὸ ὂν ἓν εἶναί φασιν, ὡς ἐμπλήκτων τελέως. ἴδωμεν οὖν, εἰ ὀρθῶς συνελογίσατο, καὶ δεόντως ἀντεῖπε, τοῖς ἓν εἶναι τῇ φύσει τὸ στοιχεῖον ὑποτιθεμένοις, εἴτ᾽ οὖν ἄτομον, εἴτ᾽ ἄναρμον, εἴτ᾽ ἐλάχιστον, εἴτ᾽ ἀμερὲς αὐτὸ προσαγορεύειν ἐθέλουσιν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἔτι δεηθησόμεθα τῆς κατὰ μέρος ἐν αὐτοῖς διαφορᾶς, ἂν τὸ καθόλου τε, καὶ κοινὸν ἁπασῶν τῶν αἱρέσεων αὐτῶν ἀνέλωμεν. ὑπόκειται γὰρ ἅπασι τούτοις, ἄποιον εἶναι τὸ πρῶτον στοιχεῖον, μήτε λευκότητα σύμφυτον ἔχον, ἢ μελανότητα, ἢ ὅλως ἡντιναοῦν χροιάν, οὔτε γλυκύτητα, ἢ πικρότητα, ἢ θερμότητα, ἢ ψυχρότητα, οὐδ᾽ ὅλως ἡντιναοῦν ἑτέραν ποιότητα. νόμῳ γὰρ χροιή, νόμῳ πικρὸν, νόμῳ γλυκὺ, ἐτεῇ δ᾽ ἄτομον, καὶ κενὸν ὁ Δημόκριτός φησιν· ἐκ τῆς συνόδου τῶν ἀτόμων γίνεσθαι νομίζων ἁπάσας τὰς αἰσθητὰς ποιότητας, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς αἰσθανομένους,

CAPVT II.

Vnicum non esse forma, & potestate hominis elementum, Hippocratis ratione, & experientia demonstratur: & Epicuri, Democriti, atque Leucippi sententia refellitur.

QVænam igitur est inuentionis horum methodus? Nulla, vt quidem mea fert sententia, præter eam, quæ ab Hippocrate est instituta; nempe vt primùm sit disquirendum, an elementum vnum quippiam specie sit, vel plura potius, varia, & sibi inuicem dissimilia. Quòd si non esse vnum, sed multa variáque & dissimilia visum fuerit, quærendum erit secundo loco, quot illa sint, & quæ, & qualia, & quam tandem inter se habeant communionem. Quod igitur primum id elementum, ex quo tum nostrum, tum aliorum omnium corpora constant, nequaquam sit vnum, ex his monstrat Hippocrates: & melius forsitan sit illius dictionem primùm ascribere, ac ita mox illam exponere. *Ego autem statuo, quòd si homo esset vnum, neutiquam doleret; neque enim si vnum foret, esset ex quo doleret.* Præstantissimè pariter (mea quidem sententia,) ac breuissimè vniuersæ suæ demonstrationis momentum exposuit, qua monstrandum erat fieri non posse, vt elementum sit specie & potestate vnum. Iam enim satis patet esse extremæ cuiusdam absurditatis, & hominis præterea qui nullam rerum euidentium rationem habeat, statuere ens esse numero vnum, vt tamen inueniri facilè possint aliqui, qui affirment, omnia potestate, ac specie esse vnum, quemadmodũ Epicurus, & Democritus, indiuidua ea corpora, quæ atomos appellãt. In quo item ordine reponendi sunt illi, qui minima quædam, & incompacta, & impartibilia introducunt elementa. Itaque aduersus hos omnes Hippocrates communi opposita ratione, demonstrat elementum non esse vnum, vnum, inquam, tum forma, tum potestate: alioqui enim eorum ne meminisse quidem voluit, qui omnia etiam numero esse vnum autumant, quòd id videatur hominis esse omninò stupidi. Perpendamus ergo, rectène ille ratiocinatus sit, atque num meritò illis contradicat, qui asserunt elementa esse vnum natura, vt illis deinde liceat id, vel atomum appellare, vel nimium, vel ἄναρμον, quasi incompactum dixerit, vel impartibile, vel quid tandem ipsis magis gratum fuerit. Quoniam si illud quod his omnibus sectis in vniuersum commune est euerterimus, non erit amplius nobis opus particulatim eorum differẽtias persequi. Nempe subiicitur ab his omnibus, primũ elementum vsque adeò esse omni penitus qualitate vacuum, vt nullã, vel albedinẽ innatam habeat, vel nigredinem, vel alium quempiam colorẽ: non dulcedinem, non amaritudinem; sed neque calorem, neque frigus; & tandem vt cuiusuis alterius qualitatis sit omninò expers. Lege enim dicebat Democritus color est, lege amarum, lege dulce; verè autem atomus & vacuum est. Credidit enim ille sensiles qualitates ex indiuiduorum illorum corpusculorum conuentu per solam ad nos, qui sentiamus col-

lationem, gigni; ipsa verò naturâ nihil esse album, aut nigrum, flauum, aut rubrum, amarum, aut dulce. Quippe hoc illi lege, vt ipse inquit, significabat, ex nostra nimirum existimatione, non ex ipsa rerum natura: ita etiam illi ἐτεῇ nomen ab ἐτεὸν deductum est, quod verum significat; vt vniuersi sermonis illius is sensus sit. Arbitramur quidem nos homines, quippiam esse album, vel nigrum, vel dulce, vel amarum, & quæcunque alia huiusce generis sunt; sed reuera omnia vnum sunt, & nihil. Nam & ille hoc loquitur modo qui atomos vnum appellat, vacuum autem nihil. Itaque atomi omnes, quæ exigua quædam corpuscula sunt, omni prorsus qualitate vacant. Vacuum verò spatium quoddam est, in quo ea omnia corpuscula sursum atque deorsum agitata, perpetua motione, quandoque simul secundùm aliquem modum complicantur, nonnunquam mutua inter sese collisione resiliunt; quò fit postea, vt ex huiusmodi eorum conuentu, & mutuæ concretiones fiant, atque iterum secretiones; vnde voluit ipse, cùm aliorum omnium, tum nostrorum quoque ipsorum coagmentari corpora, atque eorum cùm affectus, tum sensus. Statuunt autem prima hæc corpora impatibilia esse. Sed nonnulli deinde ex ipsis, vt Epicurei, ea præ duritie infringi non posse autumant; alij, qui magis Leucippo addicti sunt, in exilitatem referunt, quòd nullam admittant sectionem. Negant præterea quoquo modo ea posse quapiam ex his alterationibus alterari, quas tamen cæteri ferè omnes fatentur vel ab ipsis sensibus edocti. Quippe qui nolint eorum quicquam calefieri, aut refrigerari, paritérque nec humectari, vel siccari, atque adeò longè etiam minus nigrescere, aut albescere; vt tandem contendant nullam prorsus ex vlla mutatione qualitatem suscipere posse. Iure ergo illis contrarius est Hippocrates dum ait, *nunquam hominem doliturum, si hæc esset illius natura.* Quum mehercule necesse sit, vt id quod doleat, duabus his præditum sit facultatibus; porrò vt sit cùm sensus, tum alterationis capax. Quia si ab omni penitus sit alteratione alienum, eundem omninò statum, quem à principio sortitum est, perperuò seruabit: at eundem id quod dolet, minimè seruat. Quòd si transmutetur etiam, in quem tamen modum lapides, & ligna, quæ quidem, & calefiunt, & refrigerantur, & scinduntur, sed nulla sit illis innata vis sentiendi, nihil propterea magis affectiones, si quæ in eo gignantur, poterit, quam lapides sentiant. Quum igitur vtrunque horum in illis istorum elementis desideretur (nam neque eam naturam consequuta sunt eiusœmodi indiuidua corpuscula, vt vel alterari, vel sentire possint) si ex his atomis, vel quapiam alia simplici, ac vniformi natura essemus concreti, non vtique doleremus; dolemus autem; quare iam manifestum est, quòd nequaquam simus ex vlla simplici, vniformique substantia constituti. Hæc est huiusce rationis summa quæ vt est admodum his qui in logica disciplina exercitati sunt, aperta, ita propositum etiam hoc ferè modo concludit. Sed quoniam ij qui talia introducunt elementa, non modò sunt disciplinæ differendi rudes, & præterea contentiosi; verùm & sibi malo fore existimant, si vel in melius sententiam mutauerint: communem hanc rationem particularibus aliquibus exemplis illis exponamus. Nimirum siquis cutem acu tenuissima pungat, dolebit animal:

αὐτῶν, φύσει δὲ οὐδὲν εἶναι λευκὸν, ἢ μέλαν, ἢ ξανθὸν, ἢ ἐρυθρὸν, ἢ πικρὸν, ἢ γλυκύ. τὸ γὰρ δὴ νόμῳ, ταὐτὸ βούλεται τῷ οἷον νομιστὶ, καὶ πρὸς ἡμᾶς, οὐ κατὰ τὴν αὐτῶν τῶν πραγμάτων φύσιν. ὅπερ δ' αὖ πάλιν ἐτεῇ καλεῖ, παρὰ τὸ ἐτεὸν, ὅπερ ἀληθὲς δηλοῖ, ποιήσας τοὔνομα, καὶ εἴη ἂν ὁ σύμπας αὐτοῦ νοῦς τοῦ λόγου, τοιόσδε. νομίζεται μέντοι παρὰ τοῖς ἀνθρώποις λευκόν τι εἶναι, καὶ μέλαν, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, κατὰ δὲ τὴν ἀλήθειαν, ἓν, καὶ μηδὲν ἐστὶ τὰ πάντα. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτ' εἴρηκεν αὐτὸς, ἓν μὲν τὰς ἀτόμους ὀνομάζων, μηδὲν δὲ, τὸ κενόν. αἱ μὲν οὖν ἄτομοι σύμπασαι, σώματα οὖσαι σμικρὰ, χωρὶς ποιοτήτων εἰσί. τὸ δὲ κενὸν, χώρα τις, ἐν ᾗ φερόμενα ταυτὶ τὰ σώματα, ἄνω τε καὶ κάτω σύμπαντα διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος, ἢ περιπλέκεταί πως ἀλλήλοις, ἢ προσκρούει, καὶ ἀποπάλλεται, καὶ διακρίνει δὲ, καὶ συγκρίνει πάλιν εἰς ἄλληλα κατὰ τὰς τοιαύτας ὁμιλίας, κἀκ τούτου, τά τε ἄλλα συγκρίματα πάντα ποιεῖ, καὶ τὰ ἡμέτερα σώματα, καὶ τὰ παθήματα αὐτῶν, καὶ τὰς αἰσθήσεις, ἀπαθῆ δ' ὑποτίθενται τὰ σώματα εἶναι τὰ πρῶτα. τινὲς μὲν αὐτῶν ὑπὸ σκληρότητος ἄθραυστα, καθάπερ οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρον. ἔνιοι δὲ, ὑπὸ σμικρότητος ἀδιαίρετα, καθάπερ οἱ περὶ τὸν Λεύκιππον, ἀλλ' οὐδ' ἀλλοιοῦσθαι κατά τι δυνάμενα. Ταύτας δὴ τὰς ἀλλοιώσεις ἃς ἅπαντες ἄνθρωποι πεπιστεύκασιν εἶναι, διδαχθέντες ὑπὸ τῶν αἰσθήσεων, οἷον, οὔτε θερμαίνεσθαί τί φασιν ἐκείνων, οὔτε ψύχεσθαι, κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδ' ὑγραίνεσθαι, οὔτε ξηραίνεσθαι. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ἔτι μήτε μελαίνεσθαι, μήτε λευκαίνεσθαι, μήτ' ἄλλην τινὰ ὅλως ἐπιδέχεσθαι ποιότητα κατὰ μηδεμίαν μεταβολήν. Εὐλόγως οὖν ὁ Ἱπποκράτης αὐτὸν ἐλέγχων αὖθις, ἐρεῖ, μηδέποτ' ἂν ἀλγέειν τὸν ἄνθρωπον εἰ τοιαύτη τις ἦν ἡ φύσις αὐτοῦ. τὸ γὰρ ἀλγῆσον, χρὴ δήπου δύο ταῦτ' ἔχειν ἐξ ἀνάγκης, ἀλλοιωτόν τε καὶ αἰσθητὸν ὑπάρχειν. εἴτε γὰρ μηδέποτε μηδεμίαν ἀλλοίωσιν ἐπιδέχοιτο, φυλάξει διὰ παντὸς ἣν εἶχεν ἐξ ἀρχῆς κατάστασιν, οὐ φυλάττει δέ γε τὸ ἀλγοῦν. εἴ τε μεταβάλλοι, καθάπερ οἱ λίθοι τε καὶ τὰ ξύλα, θερμαινόμενά τε, καὶ ψυχόμενα, καὶ διαιρούμενα. μὴ παρείη δ' αὖθις τις αἴσθησις σύμφυτος, οὐκ αἰσθήσεται τῆς ἀμφ' αὐτὸ γινομένης διαθέσεως, ὥσπερ οὐδὲ οἱ λίθοι. καὶ μὴν ἀμφοῖν ἀπολείπεται τὰ τούτων στοιχεῖα, μήτ' ἀλλοιοῦσθαι μήτ' αἰσθάνεσθαι πεφυκυίας ἀτόμου μηδεμιᾶς. εἴπερ οὖν ἐξ ἀτόμων τινῶν ἦμεν, ἤ τινος τοιαύτης ἄλλης φύσεως μονοειδοῦς, οὐκ ἂν ἠλγοῦμεν· ἀλγοῦμεν δέ γε, δῆλον ὡς οὐκ ἐσμὲν ἐξ ἁπλῆς τινος, καὶ μονοειδοῦς οὐσίας. τὸ μὲν δὴ κεφάλαιον τοῦ λόγου τοῦτο, πρόδηλον ὑπάρχον ἅπασι τοῖς ἐν τῇ λογικῇ θεωρίᾳ γεγυμνασμένοις, οὕτω πως περαίνει τὸ προκείμενον, ἐπεὶ δὲ, πρὸς τῷ μὴ γεγυμνάσθαι τὸν λογισμὸν, οἱ τὰ τοιαῦτα εἰσηγούμενοι στοιχεῖα, καὶ ἄλλως εἰσὶ φιλόνεικοι, μέγιστον εἶναι νομίζοντες κακὸν τὸ, μετατίθεσθαι πρὸς τὰ βελτίω· πειρατέον αὐτοῖς ἐκθέσθαι τὸν καθόλου τοῦτον λόγον, ἐπὶ παραδειγμάτων τινῶν κατὰ μέρος. εἰ γάρ τις τῇ λεπτοτάτῃ βελόνῃ τρώσειε τὸ δέρμα, πάντως μὲν ἀλγήσει τὸ ζῶον.

A ij

ἅψεται δὲ ἤτοι μιᾶς, ἢ δυοῖν, ἢ καὶ πλειόνων ἀτόμων, ἡ βελόνη. πρῶτον οὖν ὑποκείσθω ψαύειν αὐτὴν μιᾶς, ἀλλ' ἑκάστη τῶν ἀτόμων ἄτρωτός τε ἐστὶ, καὶ ἀναίσθητος. οὐκοῦν οὔτε πείσεταί τι πρὸς τῆς βελόνης, οὔτ' εἴπερ ἔπαθεν, ᾔσθετ' ἂν τοῦ παθήματος. εἰ μὲν γὰρ ἐκ δυοῖν τούτων γίνεται τὸ ἀλγεῖν, ἔκ τε τοῦ πάσχειν τὸ παθητὸν, κἀκ τοῦ τῶν παθημάτων αἰσθάνεσθαι, μέτεστι δ' οὐδ' ἑτέρου τούτων ταῖς ἀτόμοις, οὐκ ἀλγήσει τὸ ζῶον, ὅταν ἡ βελόνη ψαύσῃ μιᾶς ἀτόμου. μὴ τοίνυν μιᾶς, ἀλλὰ δυοῖν ψαυέτω. καὶ μὴν ὅσαπερ ἐπὶ τῆς μιᾶς ἀρτίως, ταῦτ' ἐπ' ἀμφοῖν ἐγχωρήσει λέγειν νῦν. εἰ γὰρ μήθ' ἑτέρα τῶν ἀτόμων, μήτ' ἐτρώθη πρὸς τῆς βελόνης, μήτ' εἴπερ ἐτρώθη τῆς τρώσεως αἰσθάνεσθαι φύσιν εἶχεν, ἀναίσθητός τε ἅμα, καὶ ἀνώδυνος ὁ τρωθεὶς ἔσται. ὥσπερ γὰρ οὐδὲν πλέον ἐκ τοῦ δυοῖν προσπεσεῖν ὀστοῖς, ἢ χόνδροις, ἢ θριξὶ τὴν βελόνην, ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ἀναισθήτων μορίων. ὁμοίως γὰρ αἱ δύο τρίχες ἀναίσθητοί εἰσι τῇ μιᾷ, κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, οὐδ' εἰ δυοῖν ἀτόμοιν ἐφάψαιτο, πλέον οὐδὲν εἰς αἴσθησιν, εἰ μηδὲ ἑτέρα τῶν ἀτόμων ἐστὶν αἰσθητική. καὶ μὴν δὴ κἂν εἰ τριῶν, ἢ τεττάρων ἅψαιτο κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ὥσπερ ἐπί τε ψηφίδων, καὶ λίθων, καὶ τριχῶν, οὕτω κἀνταῦθα πλέον οὐδὲν, οὔτ' εἰς παθήματος, οὔτ' εἰς αἰσθήσεως γένεσιν. οὐδὲν γὰρ οὔτ' ἐκ τῶν ἀπαθῶν, οὔτ' ἐκ τῶν ἀναισθήτων συντιθεμένων, αἰσθητικὸν ἢ παθητικὸν γίγνεται. θαυμαστὸν γὰρ ἂν ἦν, εἰ μηδενὸς αὐτοῦ τῶν μορίων, μήτε πάσχοντος, μήτ' αἰσθανομένου, τὸ ὅλον αἰσθανόμενόν τε, καὶ πάσχον ἐγένετο. δυοῖν γὰρ ὄντων ὀργάνων, πρὸς τὰς τῶν τοιούτων ἀξιωμάτων εὑρέσεις, ἐμπειρίας καὶ λόγου, κατ' οὐδέτερον αὐτῶν εὑρεθήσεταί ποτε σύνθετον ἐξ ἀναισθήτων τε ἅμα, καὶ ἀπαθῶν, αἰσθητικὸν καὶ παθητικόν. ἀλλ' εἴτε ἀδάμαντας πολλοὺς, ἢ καὶ ὅτι βούλει τῶν δυσπαθεστάτων ἀθροίσας, τιτρώσκειν ἐπιχειρήσεις, οὔτε τρωθήσεταί ποτε τὸ ἐξ αὐτῶν σύνθετον, οὔτ' αἰσθήσεται. διὰ μὲν δὴ τῆς πείρας, οὐδὲν εὕρηταί ποτε τοιοῦτον, ἐκ τοῦ σύμπαντος αἰῶνος. ὅτι δ' οὐδ' ὁ λόγος αὐτὸ προσίεται, μικρὸν ἔμπροσθεν ἐρρέθη. τῆς γοῦν ἀλγούσης σαρκὸς, ἐν τῷ τιτρώσκεσθαι, τὸ μηδὲν τῶν ἐλαχίστων αὐτῆς μορίων, μήτε ἀλγεῖν, μήτε τιτρώσκεσθαι, πῶς ἀθαύμαστον; ἢ τίς τοῦτο προσίεται λογισμός; ἐγὼ μὲν γάρ φημι, κἂν εἰ πάσαις ταῖς ἀτόμοις ἦν αἴσθησις σύμφυτος, ἄτρωτοι δὲ τελέως, καὶ ἀπαθεῖς ἦσαν, ἐκ τοῦ περιπλέκεσθαι μόνον ἀλλήλαις, ἐργαζόμεναι τὴν σάρκα, πλέον ἂν οὐδ' οὕτως γίνεσθαι, καθιεμένης τῆς βελόνης. ὥσπερ γὰρ, εἰ τοὺς δύο δακτύλους περιπλέξας ἀλλήλοις, καίτοι γ' αἰσθητικοὺς ὄντας, οὐδεὶς ἕπεται πόνος ἐκ τοῦ πάλιν ἀφίστασθαί τε, καὶ διαλύεσθαι κατὰ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον, οὐδ' εἰ διΐστησί τε, καὶ διαλύει τὰς ἀτόμους ἀπ' ἀλλήλων ἡ βελόνη, τιτρώσκει δὲ οὐδὲ μίαν, οὐδαμῶς ἀλγήσει τὸ ζῶον. ἢ δειξάτωσαν, ἐκ τοῦ περιπλέκεσθαί τε, καὶ πάλιν ἀφίστασθαι τῶν αἰσθητικῶν ὁποιωνοῦν σωμάτων, ἀκολουθοῦσαν ὀδύνην·

acus verò, vel vnam tantùm attinget atomum, vel duas, vel etiam plures. Sed ponamus primùm vnam tetigisse; at nulla atomus est penetrabilis sensúsve capax: non igitur ab acu quicquam patietur: neque etiamsi pateretur, illatam noxam propterea sentiret. Quum enim ex his duobus imprimis proueniat, vt aliquid doleat, nempe vt quod patibile est patiatur, atque vt impressas affectiones persentiat; vtriusque verò istorum sint atomi expertes: profectò si acus vnam tantùm atomum pupugerit, nequaquam animal dolebit. Fingamus ergo non ampliùs vnam, sed duas tetigisse. Atqui statim illa eadem, quæ nuper de vna, de duabus etiam poterimus pronunciare. Nam si earum neutra ex acu fuerit vulnerata, aut si etiam vulneretur; & nulla alioquin illis vulnus id sentiendi vis insit; is qui pungitur omni prorsus sensu, atque dolore carebit. Quemadmodum enim nihil habet acus cur magis sentiatur, quum duobus impingitur ossibus, aut duabus cartilaginibus, aut totidem etiam, vel capillis, vel quibusque aliis particulis sensu vacuis, duo siquidem capilli æquè sensu carent, ac vnus: ita etiam (vt equidem arbitror) nihilo magis acus, quæ duobus illis indiuiduis corpusculis infigitur, si ne alterum quidem ipsorum sit sensu præditum, vllum excitabit dolorem. Eadem verò sequentur incommoda, si tria dixerimus, vel quatuor tetigisse; quippe quia nullam maiorem operam, ad patiendi vel sentiendi rationem hæc conferre possunt, quàm totidem calculi, vel lapides, vel villi; quum fieri nequeat, vt siquid ex impatibilibus, & sensus expertibus componatur, sensus particeps patibiléque tandem euadat: mirum etenim esset, si totum & pati & sentire posset, cuius tamen pars nulla, aut sentiret, aut pateretur. Quum enim duo sint instrumenta, quibus huiuscemodi pronuntiata inuenienda sunt, experientia, inquam, & ratio, neutrum horum vnquam ita illis inseruiet, vt aliquid sint reperturi concretum ex his, quæ pariter impatibilia, & sine sensu sint, quod ipsum deinde patibile sit, atque sensus particeps. Porrò si multos adamantes, aut alia quæuis corpora minùs etiam ad patiendum idonea, in aceruum coacta ferire volueris; nunquam sanè, vel aceruo ex his constituto plagam infliges, aut illatam ille sentiet; nempe nec perpetuis etiam seculis tale quippiam poterit vnquam experientia reperiri. Atqui ostendimus paulò antea, quod ratio quoque huic sententiæ minimè consentiat. Iam enim quis non admiretur si caro dum pungitur, doleat; cuius tamen nulla, vel minima particula, aut perforatur, aut dolet? vel, quæ vnquam ratio reperietur, quæ hoc admittat? Imò hoc quidem affirmauerim, quòd quantumlibet illæ omnes atomi insitum haberent sensum, sed essent impatibiles, atque impenetrabiles, ita, vt tantummodo ex mutuo earum complexu caro gigneretur; nihil propterea magis impactam acum sentiret. Vt enim si duos digitos simul iungas, qui tamen sentiendi facultate pollent, ac mox eosdem disiungas, id absque vllo prorsus dolore feceris: ita etiam (vt arbitror) si acus atomos dissoluat, aut diuellat, modò ex illis nullam vulneret, nullum vnquam in animante dolorem excitabit. Vel illi nobis hoc ostendant, quando ex mutua solummodo aliquorum sentientium corporum commistione, ac eorumdem deinde separatione vllus vnquam subsequatur dolor:

nunquam profectò tale quippiam poterunt ostendere, si quæ euidentia sunt sequi voluerint; atque etiam si rationem; nihil sanè offendent, quod hoc ipso minus fieri posse videatur. Quum igitur tum ratio, tum experientia testetur, quòd quantumlibet atomis sensum concesserimus, eorum tamen separatio fit absque dolore futura; quî fieri quæso poterit, vt si eas præterea sensu orbatas ponamus dolere possint? Necesse enim est, vt paulò ante testati sumus, duo hæc simul concurrere vt aliquid doleat, alterationem, inquam, & sensum; vtroq; autem carent atomi. Rationi igitur consonum est, quanuis eorum alterum atomis concesseris, adhuc tamen eas indolentiam seruare. Etenim si eas impatibiles quidem, sed sensus participes supponas: nequaquã dolebunt, propterea quia non patientur. Quòd si pati etiam, verùm ita, vt sensus sint expertes, minimè dolebunt, quum minimè sentiant; quum opus sit, vt iam diximus, corpus quod doliturum sit, pati, atque affectionem persentire. Quare fieri nequit, vt corpus facultate sentiendi præditum, ex elementis ortum habeat, quæ pariter impatibilia sensúsque expertia sint; sed neque impatibilibus quidem, verùm sensu præditis. Nam neq; hoc esse in dolore vnquam poterit, quum non patiatur; erit enim forsitan potestate sentiens, sed actu nunquam. Quemadmodum sanè & nostrum corpus videmus, quod quantumlibet manifestò etiam vim habeat sentiendi, attamen minimè sentit, nisi ab aliquo priùs patiatur. Vnde & ex hac eadem ratione clarè eorum sententia euertitur, qui inter elementa homœomerias (quasi similaritates dicas) introducunt. Quanuis enim in his ipsorum elementis aliqua sint, quæ vim sentiendi habeant; tamen quum prorsus sint impatibilia, nescio quo modo sentiet corpus quantumlibet sensu præditum sit, quod semper futurum est extra omnem patiendi occasionem. Reliquum igitur erit, vt sentiens corpus, vel ex his sit, quæ pariter vim habeant sentiendi, & patiendi, vel ex his, quæ pati quidem possint, sed nullum deinde sensum habeant. Nos autem mox perpendemus vtrum horum verum sit. Porrò apertè iam monstrauimus, quòd nequeat corpus vllum vi sensitrice donatum, ex elementis gigni simul impatibilibus, & sensu carentibus, vel sensu quidem præditis, verùm impatibilibus. Habent hoc nimirum ambæ hæ sectæ commune, quòd elementa impatibilia statuant. Quod si elementum non potest esse impatibile; non erit etiam specie vnum; nam neque longiori egemus demonstratione ad ostendendum, vnum esse impatibile; quippe quia quotiescunque vnum fuerit elementum, nihil præterea reliquum erit, in quod transmutari, nihil à quo pati possit. Quicquid enim transmutatur, in alterum quippiam transmutatur, & quod etiam patitur, ab altero patitur. Sed quomodo quæso vnum deinde seruabitur? Probè ergo Hippocrates ratiocinatus est, non esse vnum elementum si res vlla futura sit, quæ doleat; *nihil enim erit* (ait ille) *ex quo doleat, si vnum fuerit*. Quo fit deinde, vt elementa omninò sint plura vno.

ἀλλ' οὔτ' ἐπὶ τῶν φαινομένων ἔχουσι δεῖξαι, καὶ τῷ λόγῳ σκοπουμένοις, παντὸς μᾶλλον ἀδύνατον φαίνεται. καὶ μὴν εἰ καὶ τὴν αἴσθησιν ἡμῶν συγχωρησάντων ταῖς ἀτόμοις, ὁ χωρισμὸς ἀνώδυνος εὑρίσκεται, καὶ λόγῳ καὶ πείρᾳ σκοπουμένοις, εἴπου γέ τοι πρὸς τούτῳ καὶ τὸ μηδ' αἰσθάνεσθαι λάβοιεν, ὀδυνᾶσθαι δυνήσονται; τὸ μὲν γὰρ ὀδυνᾶσθαι καθότι καὶ πρόσθεν εἴρηται, δυοῖν τούτοιν ἐξ ἀνάγκης δεῖται συνιόντων ἀλλήλοις, ἀλλοιώσεώς τε ἅμα, καὶ αἰσθήσεως, ἔχουσι δ' οὐδέτερον αὐτῶν αἱ ἄτομοι. δεόντως οὖν, εἰ καὶ θάτερον αὐταῖς ὑπάρχειν ὑποθεῖο, μένουσιν ἔτ' ἀνώδυνοι. καὶ γὰρ εἰ ἀπαθεῖς μὲν, αἰσθητικὰς δ' εἶναι συγχωρήσειας, οὐκ ἀλγήσουσιν, ὅτι μηδὲ πείσονται· καὶ εἰ πάσχειν μὲν, ἀλλ' ἀναισθήτοις ὑπάρχειν, οὐκ ἀλγήσουσιν, ὅτι μηδ' αἰσθήσονται. χρὴ γὰρ, ὡς εἴρηται καὶ πάσχειν, καὶ τοῦ πάθους αἰσθάνεσθαι, τὸ μέλλον ὀδυνήσεσθαι σῶμα. οὐκοῦν οὔτ' ἐξ ἀπαθῶν τε ἅμα, καὶ ἀναισθήτων, ἐγχωρεῖ στοιχείων εἶναι τὸ αἰσθητικὸν σῶμα. Οὐ μὴν οὐδ' ἐξ ἀπαθῶν τε ἅμα, καὶ αἰσθανομένων· οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτ' ἀλγήσει ποτὲ, ὅτι μηδὲ πείσεται. δυνάμει μὲν γὰρ αἰσθητικόν ἐστιν, ἐνεργείᾳ δ' αἰσθανόμενον οὐδέποτε. καθάπερ καὶ τὸ ἡμέτερον σῶμα, καίτοι φανερῶς ὑπάρχον αἰσθητικὸν, ὅμως οὐκ αἰσθάνεται, πρὶν παθεῖν ὑπό τινος. ὥστ' ἐκ τούτου τοῦ λόγου σαφῶς, καὶ ἡ τῶν τὰς ὁμοιομερείας εἰσαγόντων δόξα καταβάλλεται. καὶ γὰρ εἰ αἰσθητικά τινα τῶν στοιχείων ἐστὶν αὐτοῖς, ἀλλ' ἀπαθῆ τε πάντως, πῶς αἰσθήσεται τὸ αἰσθητικὸν σῶμα, ἔξω τοῦ πάσχειν ἀεὶ καθεστηκός; λοιπὸν οὖν, ἢ ἐξ αἰσθανομένων τε ἅμα, καὶ πασχόντων, ἢ ἐκ πασχόντων μὲν, ἀναισθήτων δὲ, τὸ αἰσθητικὸν εἶναι χρὴ σῶμα. ὁπότερον δὲ τούτων ἀληθές ἐστιν, αὖθις ὀψόμεθα. τὸ δὲ μήτ' ἐξ ἀναισθήτων τε ἅμα καὶ ἀπαθῶν, μήτ' ἐξ αἰσθανομένων μὲν, ἀπαθῶν δὲ, δύνασθαί ποτε τῶν στοιχείων, τὸ αἰσθανόμενον γίνεσθαι σῶμα, δέδεικται σαφῶς. ἀλλὰ κοινὸν ἀμφοτέρων τῶν αἱρέσεών ἐστι τὸ, ἐξ ἀπαθῶν, ὥστ' οὐχ ἓν τῷ εἴδει τὸ στοιχεῖον, εἴπερ μηδ' ἀπαθές· ὅτι δὲ τὸ ἓν ἀπαθὲς, ἡ ἀπόδειξις σύντομος. οὔτε γὰρ εἰς ὃ μεταστήσεται, οὔθ' ὑφ' ὅτου πείσεται, τὸ ἓν στοιχεῖον ἔχει. μεθιστάμενον γὰρ, εἰς ἕτερόν τι μεταστήσεται, καὶ πάσχον, ὑφ' ἑτέρου τινὸς πείσεται. πῶς οὖν ἓν ἔτι φυλαχθήσεται; καλῶς οὖν ὁ Ἱπποκράτης συνελογίσατο, μὴ ἓν εἶναι τὸ στοιχεῖον, εἰ μέλλει τι τῶν ὄντων ἀλγήσειν. οὐδὲν γὰρ ἂν, φησὶν, ἦν ὑφ' ὅτου ἀλγήσειεν, ἓν ἐόν. ὥστε πάντως μὲν ἑνὸς πλείω, τὰ στοιχεῖα.

CAPVT III.

Elementa siue sentiant, siue non sentiant, patibilia omninò esse.

VErũ quotus sit vniuersus ipsorũ numerus, hactenus incõpertum est. Quare id deinceps exquiramus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Τὰ στοιχεῖα, ἢ αἰσθητὰ, ἢ ἀναίσθητα, παντελῶς παθητικὰ εἶναι.

Πόσος δέ τις ὁ σύμπας αὐτῶν ἀριθμός ἐστιν, ἔτ' ἄδηλον, ἐφεξῆς δὲ τοῦτο ζητείσθω.

καίτοι τάχ' ἂν ἴσως ἄμεινον εἴη, περὶ τῶν ὑπολοίπων δυοῖν αἱρέσεων, ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐμνημόνευσα, πρότερον διελθεῖν, ὧν κοινόν ἐστι, τὸ, ἐξ ἀλλοιουμένων τῶν πρώτων στοιχείων ὑπάρχειν ἅπαν τὸ ἀλγεῖν πεφυκὸς σῶμα. τέσσαρες μὲν γὰρ αἱ πᾶσαι δόξαι, κατὰ τὴν διαίρεσιν εὑρίσκονται. πρώτη μὲν, ἡ ἐξ ἀναισθήτων τε ἅμα, καὶ ἀπαθῶν. δευτέρα δὲ, ἡ ἐξ αἰσθητικῶν μὲν, ἀπαθῶν δέ· ὧν κοινὸν ἦν ἀμφοῖν, τὸ, ἐξ ἀπαθῶν. καὶ τοῦτο δείξαντες ἀδύνατον, ἀμφοτέρων ἀπεχωρήσαμεν τῶν δοξῶν. λοιπαὶ δ' ἦσαν δύο, μία μὲν ἐξ αἰσθητικῶν τε ἅμα, καὶ πασχόντων, τῶν πρώτων στοιχείων, συνιστῶσα τὸ αἰσθανόμενον σῶμα. δευτέρα δὲ, ἡ οὐκ ἐξ αἰσθητικῶν μὲν, πασχόντων δέ. κοινὸν γὰρ καὶ ταύταις ἦν τὸ, ἐκ πασχόντων. ἴδωμεν οὖν εἰ κἀν ταύταις ἡ ἑτέρα τῶν αἱρέσεών ἐστιν ἀδύνατος, ἢ τὸ μὲν δυνατὸν ἔχουσιν ὁμοίως. ὁποτέρα δ' αὐτῶν οὐ δυνατὸν ἔχει μόνον, ἀλλὰ καὶ εἰ ὄντως ἀληθής ἐστιν, ὑπολείπεται ζητεῖν. εὑρήσεις οὖν, εἰ προσέχεις τὸν νοῦν, ἀμφοτέρας ἐχούσας τὸ δυνατόν. εἰ μὲν γὰρ αὐτὰ τὰ μόρια δοκιμάζειν ἐθέλεις, καὶ σκοπεῖσθαι τῷ λόγῳ, πάντα ἐστὶν αἰσθητικὰ, καὶ παθητικὰ, τῶν αἰσθητικῶν σωμάτων, ὡς ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐπὶ τῆς σαρκὸς ἐλέγετο. εἰ δὲ τὰ πρῶτα στοιχεῖα σκοποίης, ἐνδέχεται τούτων ἀναισθήτων μὲν ὑποκειμένων, εἰς ἄλληλα δὲ, τὸ δρᾶν καὶ πάσχειν ἐχόντων πολυειδῶς, ἐν πολλαῖς ταῖς κατὰ μέρος ἀλλοιώσεσι γενέσθαι τὸ αἰσθητικὸν σῶμα. πᾶσα γὰρ ἡ ἐκ πλειόνων σύνθεσις, ἂν μὲν οἷά περ ἐστὶ τὰ συντεθέντα, τοιαῦτα φυλάττηται διὰ παντὸς, οὐδεμίαν ἔξωθεν ἐπικτήσεται νεωτέραν ἰδέαν, ἣ μὴ κἀν τοῖς συντεθεῖσιν ὑπῆρχεν. εἰ δ' ἐξαλλάττοιτο, καὶ μεταβάλλοιτο, καὶ πολυειδῶς ἀλλοιοῖτο τὰ συντεθέντα, δύναιτ' ἂν ὑπάρξαι τι τῷ συνθέτῳ, κατὰ γένος ἕτερον, ὃ μὴ τοῖς πρώτοις αὐτοῦ στοιχείοις ὑπῆρχεν. ἴσως δὲ καὶ παραδείγματος, ὑπὲρ σαφηνείας δεήσει τῷ λόγῳ. φημὶ δὲ τὴν οἰκίαν, ἐκ λίθων, καὶ πλίνθων, καὶ ξύλων, καὶ κεράμων γεγονυῖαν, οὐδὲν ἐπικτήσασθαι κατὰ γένος ἕτερον, ὃ μὴ καὶ τοῖς συντεθεῖσιν αὐτὴν ὑπῆρχεν. σκληρότητα γοῦν ἐκείνων ἕκαστον εἶχε, καὶ βάρος, καὶ σχῆμα, καὶ χρῶμα, καὶ μέγεθος, ἃ καὶ τῷ δημιουργήματι πρόσεστιν. σκληρότης μὲν γὰρ, χρῶμα, καὶ βάρος, ἀκριβῶς ταὐτὰ τοῖς συντεθεῖσιν. οὐ γὰρ δὴ σκληρὰ μὲν ἐκεῖνα, μαλακὴ δ' αὕτη, καὶ βαρέα μὲν ἐκεῖνα, κούφη δ' αὕτη, καὶ λευκὰ μὲν ἐκεῖνα, μέλαινα δ' αὕτη. σχῆμα δὲ καὶ μέγεθος ἔχει μὲν καὶ ἡ οἰκία, διότι καὶ τοῖς συντεθεῖσιν αὐτὴν ὑπῆρχεν, οὐ μὴν ἀκριβῶς γε ταὐτὸν, οὔτε μέγεθος, οὔτε σχῆμα τοῖς συντεθεῖσι, πρὸς τὸ ὅλον. ἀλλ' οὐ τοῦτο ζητεῖται νῦν. εἰ μείζων ἡ οἰκία τῶν πλίνθων, ἢ προμήκης μὲν αὕτη, τετράγωνοι δ' οὗτοι. ἀλλ' εἰ διὰ τοῦτο, καὶ μεγέθους καὶ σχήματος αὐτῇ μέτεστιν, ὅτι καὶ τοῖς συντεθεῖσιν. ἐπεί τοι, τίς οὐκ οἶδεν, ὡς ἡ διαγώνιος εὐθεῖα, τὸ τετράγωνον χωρίον εἰς δύο τρίγωνα τέμνει; καὶ ὡς ἐξ

A Sed satius forsitan erit, de reliquis duabus sectis, quarum meminimus priùs, differere, quibus commune erat, corpus quod dolere possit, ex his primis elementis constituere, quæ sint alterationi obnoxia. Ex diuisione enim reperies omnes opiniones in quatuor redigi posse; ita vt prima ea sit, quæ ex sensu vacuis pariter, & impatibilibus; altera, quæ sensu quidem præditis, sed impatibilibus. Quæ ambæ in hoc consentiunt, quòd ex impatibilibus statuant; atque ostendimus quòd hoc esse minimè possit, & proinde eas vtrasque missas fecimus. Vnde duæ B supererant; altera, quæ corpus sentiens ex primis elementis facultatem cùm patiendi, tum sentiendi habentibus constituit; altera, quæ ex patibilibus, sed sensus expertibus, inter quas item ea est communio, quæ ambæ ex patibilibus aiunt. Iam igitur inspiciamus, an harum sectarum impossibilis sit altera; an potiùs æquè vtraque aliquid proferat quod possibile sit, vt tamen mox inquiramus, vtra earum, præter id quòd eam proferat sententiam, quæ sit possibilis, veritatem etiam maximè contineat. Itaque si animum diligenter aduerteris, ambas inuenies id quod possibile sit proferre. Si nanque ipsas particulas explorare volueris, rationéque C examinare, eæ quæ corporum sunt vim sentiendi habentium, omnes & patibiles sunt, & sentiendi facultate præditæ, vt in carne paulò antea exposuimus. Quòd si prima respexeris elementa, facilè fieri poterit, vt quanuis ea nullum habere sensum supponatur, modò possint in se mutuò, multifariamque & agere, & pati, aliquod inde multis intercedentibus particularibus alterationibus, corpus sensu præditum gignatur. Quoticscunque enim ex pluribus quippiam componitur, si ea, quæ in compositionem veniunt, qualia sunt, talia ad extremum vsque durauerint; nunquam id profe- D ctò nouam vllam, aduentitiámque adipiscetur formam, quæ in his non præfuerit, è quibus constituebatur. Quòd si ea multifariam varientur, transmutentur, & alterentur, poterit tunc in composito aliquid suboriri, quod ab his, quæ priùs in primis illius elementis reperiebantur, sit generis alterius. Sed erit forsitan, operæpretium perspicuitatis gratia, hanc exemplo rationem explanemus. Ædes nimirum quæ ex lapidibus, lateribus, lignis, tegulísque constructæ sunt, nihil esse adeptas dicimus, quod non eodem genere contineretur, quo ea, quæ illis præerant, vnde ipsæ fabricatæ sunt. Du- E rities quippe illis vniuersis sigillatim aderat grauitásque & magnitudo, præterea figura, & color, quæ omnia nec in ipso etiam ædificio desiderantur. Nam duritiem quidem, ac grauitatem, colorémque eundem prorsus cum his habent, è quibus constitutum est, neque enim id molle est, quum tamen illa dura fuerint; aut leue hoc, illa verò grauia; aut hoc atrum, & illa candida; sed figuram, & magnitudinem ob id quidem habent ædes, quia priùs ea habebant, vnde illæ compositæ sunt: verùm non eandem omninò, aut figuram, aut magnitudinem habet totum ædificium, quam partes id componentes habuerunt. At neque hoc est id, F quod quærimus, an inquam, domus sit lateribus maior, vel an ea sit oblonga, quum lateres sint quadrati; sed potiùs an hæc, propterea sit figuræ particeps, ac magnitudinis, quia hæc in his vnde constituta est, præerant. Alioqui enim quis est, qui non norit rectam lineam ab angulo ad angulum ductam, in duos triangulos secare quadratum spatium? qui

deinde duo trianguli si item in vnum coëant, quadratum iterum absoluunt, vt tamen tam triangulus, quàm quadratum figuræ sint; præterea si duo semicirculi simul iungantur integrum circulum complent. Et proinde concedimus posse quidem ex aliis aliud quippiam gigni, verùm non quod ab illis genere diuersum sit; figurarum enim figuræ effectrices sunt, minoresque magnitudines maiorum; at figuræ magnitudinum, vel magnitudines figurarum, nequaquam. Quare nequit ex elementis, quæ suas qualitates vsquequaque immutatas seruent, quicquam generis diuersi gigni, sed si transmutentur, sanè poterit. Poterit enim quod hactenus nigrum fuit per multas transmutationes medias iterum album fieri, & quod nunc album, mox fieri nigrum, quod præterea sensus expers est, illius fieri particeps. Vnde qui ex igne, aqua, aëre, & terra, inuicem transmutatis, atque alteratis, & ad temperamentum quoddam redactis gigni corpus volunt sensitrice facultate præditum, hi consentanea pronuntiant. Qui verò ex illis ita vt sunt permanentibus, & permixtis tantummodo, perinde ac triticum, hordeum, ciceres, & fabæ, in aceruo, hi nimirum ea, quæ fieri nequeant, sectantur. Nam nec prorsus quicquam interest, si dicas ex solo ignis, aquæ, aëris, terræque conuentu corpus sentiens nasci, aut si ex atomis, quod prisci illi affirmabant. Iam enim nullum corpus quod sensum habeat, potest ex pluribus elementis constitui simul coëuntibus, quæ tamen impatibilia sint, quum sit monstratum nihil in his simul compositis oriri posse generis alterius. Sensus verò est omninò è genere diuerso à figura, grauitate, & duritie, quæ atomis inerant, & ab aliis quoque quæ igni, & terræ, aërique & aquæ, est enim sensus alterius cuiusdam generis à colore, sapore, & odore, & cæteris tandem, quæ (vt omnia in vnum colligam) corporibus insita sunt. Non ergo, aut ex atomis corpus aliquod, quod vim sensitricem habeat, procreari poterit, aut ex igne, & terra, aëre, & aqua, quæ immutata permaneant, & talia semper, qualia ex sua ipsorum natura sunt, nihílque vnquam patiantur. Quare, vel ex elementis primis quibus vis sentiendi insit, vel ex illis, quæ licet hac careant, ea tamen natura sunt, vt alterari, & transmutari possint, erit necesse corpus constitui, quod sensu præditum sit. His igitur, & quòd vno plura sint omnino elementa, atque etiam quod pati possint, monstratum sit. An verò ex his primis elementis, quibus omnibus vis insit sentiendi, an ex illis potiùs, quæ ea careant, quum & vtrumque horum fieri posse affirment, nondum monstratum est. Porrò nonnulla quidem omni carere sensu, inde perspicuum est, quòd quædam etiam concreta huiusmodi sint. Sed quum hoc iam sit demonstratum, quantùm possit iis sufficere qui didicerunt demonstrationibus acquiescere, operæpretium sanè erit, vt mox id exponamus, quod non semel, sed multis in locis commentariorum Hippocraticorum ostendimus: ille enim si aliquando vnum quippiam ex eorum numero proferat, quæ eandem naturam continent, reliqua deinde, quæ eandem vim habent, nobis ad rationem addenda reliquit. Quod mihi hoc quoque loco seruasse videtur, vtpotè qui ab vno quidem apparenti ducto argumento, opinionem hanc nequaquam possibilem esse ostenderit, móxq; nobis locum reliquerit, vt id ipsum multifariam ex his, quæ eandem cum hoc vim tenent, demonstraremus. In his enim quæ in nobis apparent, id vnũ est, quòd nos dolemus, hoc verò monstrauit minimè fieri posse,

ἐκείνων τῶν δύο τριγώνων συνιόντων, ἓν ἀποτελεῖται τετράγωνον, ἀλλὰ καὶ τὸ τρίγωνον, καὶ τὸ τετράγωνον, σχήματα. καὶ μὲν δὴ καὶ δύο ἡμικύκλια συντεθέμενα, τὸν ὅλον ἀπεργάζονται κύκλον, ὥστε ἐξ ἄλλων μὲν ἄλλο τι γίνεσθαι συγχωρήσομεν, οὐ μὴν ἀνομοιογενές. καὶ γὰρ τὰ σχήματα, σχημάτων εἰσὶν ἀπεργαστικά, καὶ τὰ μικρότερα μεγέθη, τῶν μειζόνων μεγεθῶν. οὐ μέν τοι σχήματα μεγεθῶν, ἢ μεγέθη σχημάτων, ὥστ᾽ ἐκ μὲν τῶν μὴ μεταβαλλόντων τὰς ποιότητας τῶν στοιχείων, οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι τι τῶν ἑτερογενῶν, ἐκ δὲ τῶν μεταβαλλόντων, ἐγχωρεῖ. δύναται γὰρ ἐν πολλαῖς ταῖς μεταξὺ γενομέναις μεταβολαῖς, τὸ τέως μέλαν αὖθις γενέσθαι λευκόν, καὶ τὸ τέως λευκόν, αὖθις μέλαν, καὶ τὸ νῦν ἀναίσθητον, αὖθις αἰσθητικόν. ὅσοι μὲν οὖν ἐκ πυρός, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς, καὶ ἀέρος, ἀλλοιουμένων τε, καὶ μεταβαλλομένων, καὶ κεραννυμένων δι᾽ ὅλων, ἀξιοῦσι γίνεσθαί τι τῶν συνθέτων σωμάτων αἰσθητικόν, ἐνδεχόμενα λέγουσιν. ὅσοι δὲ μενόντων οἷά περ ἐστί, καὶ μόνον οὕτως ἀλλήλοις ἀναμιγνυμένων, ὥσπερ ἐν σωρῷ πυρῶν καὶ κριθῶν, ἐρεβίνθων τε, καὶ κυάμων, ἀδυνάτοις ἐπιχειροῦσιν. ὅλως γὰρ οὐδὲν διαφέρει πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ ἀέρα, ἢ γῆν συνελθόντα, φάσκειν αἰσθητικὸν ἀπεργάσασθαι σῶμα, ἢ ὥσπερ οἱ περὶ τούτων ἔλεγον, τὰς ἀτόμους. οὐδὲ γὰρ ἐνδέχεται τῶν στοιχείων ἀπαθῶν μὲν ὄντων, ἐξ ἀναισθήτων δὲ πολλῶν συνελθόντων, ἓν αἰσθητικὸν ἀπεργάσασθαι σῶμα. δέδεικται γάρ, ὡς οὐδὲν ἑτερογενὲς δύναται προσελθεῖν τοῖς συντεθειμένοις. αἴσθησις δέ γε πάντη γένους ἐστὶν ἑτέρου, σχήματός τε, καὶ βάρους, καὶ σκληρότητος, ἃ ταῖς ἀτόμοις ὑπῆρχεν. ὥσπερ αὖ καὶ τῶν ἄλλων, ἃ πυρί, καὶ γῇ, καὶ ἀέρι καὶ ὕδατι. καὶ γὰρ παρὰ τὰ χρώματα, καὶ τοὺς χυμούς, καὶ τὰς ἀτόμους, καὶ πάνθ᾽ ἁπλῶς εἰπεῖν τὰ ἄλλα τὰ τοῖς σώμασιν ὑπάρχοντα, ἕτερόν ἐστι τὸ τῆς αἰσθήσεως γένος. ὥστ᾽ οὐκ ἐξ ἀτόμων, οὔτ᾽ ἐκ πυρός, καὶ γῆς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, ἐγχωρεῖ γενέσθαι τὸ αἰσθητικὸν σῶμα, μενόντων ἀμεταβλήτων, καὶ τοιούτων οἷά περ ἐστὶ κατὰ τὴν ἑαυτῶν φύσιν, καὶ μὴ πασχόντων. ἢ τοίνυν ἐξ αἰσθητικῶν τε, καὶ πασχόντων τῶν πρώτων στοιχείων, ἢ ἐξ ἀναισθήτων μέν, ἀλλὰ μεταβάλλεσθαι, καὶ ἀλλοιοῦσθαι δυναμένων, ἀναγκαῖόν ἐστι συνίστασθαι τὸ μέλλον αἰσθήσεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν, ὅτι τε πλείω πάντως ἑνός ἐστι τὰ στοιχεῖα, καὶ ὅτι παθητικά, δείκνυσιν. εἰ δ᾽ ἐκ τῶν πρώτων αἰσθητικῶν ἁπάντων, ἢ οὐκ αἰσθητικῶν, οὔπω δείκνυσιν. ἄμφω γὰρ ἐνδέχεσθαί φασιν· ὅτι μέν τοι πάντως ἐστί τινα τὰ μὴ αἰσθητικά, πρόδηλον ἐκ τοῦ καὶ τῶν συνθέτων εἶναί τινα τοιαῦτα. ἐπεὶ δ᾽ αὐτάρκως ἀποδέδεικται τοῦτο, τοῖς γ᾽ ἀκολουθεῖν ἀποδείξει μεμαθηκόσιν, ἐφεξῆς ἂν εἴη διελθεῖν ἄμεινον, ὃ πολλάκις τε καὶ πολλαχοῦ τῶν Ἱπποκράτους συγγραμμάτων ἐπιδείκνυμι, ὡς ἓν τῶν ὁμοειδῶν εἰπών, ἡμῖν ἐπιτρέπει τὰ λοιπὰ τὰ τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ δύναμιν ἔχοντα, προστιθέναι τῷ λόγῳ. καὶ δὴ καὶ νῦν, οὕτω μοι δοκεῖ πεποιηκέναι. δείξας μὲν αὐτὸς ἐξ ἑνὸς φαινομένου, τὸ τῆς δόξης ἀδύνατον, ἀπολιπὼν δ᾽ ἡμῖν ἐκ τῶν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ δύναμιν ἐχόντων ἀποδεικνύναι πολυειδῶς. ἓν μὲν γὰρ τῶν φαινομένων ἐστὶ τὸ ἀλγεῖν ἡμᾶς. ἐδείχθη δὲ τοῦτο γενέσθαι μὴ δυνάμενον, εἰ ἓν

τοῦ πάσχειν, ᾧ πάλιν εἵπετο, πλείω πάντως εἶναι τὰ στοιχεῖα, τὸ γὰρ ἕν, οὐχ οἷόν τε ἦν πάσχειν, μηδενὸς ὄντος τοῦ διαθέντος αὐτό. ὥσπερ οὖν ἐκ τῶν ἀλγούντων σωμάτων, οὕτω κἀκ τῶν ἡδομένων, ἔχεις ἀποδεικνύναι ταὐτόν. καὶ ὥσπερ ἀπὸ τούτων, οὕτω κἀκ τῶν αἰσθανομένων. ὥσπερ κἀγὼ νῦν ἐξεπίτηδες ἐποίησα πολλαχόθεν τοῦ λόγου. καὶ μὴν εἰ μήτε ἡδονή, μήτε πόνος, ἀλλὰ μηδ' αἴσθησις ὅλως ἐστὶ τοῖς ἀπαθέσι στοιχείοις, οὐδὲ μνήμη δήπουθεν, οὐδὲ ἀνάμνησις, οὐδὲ φαντασία. ῥίζα γὰρ αὐτῶν ἐστὶ καὶ οἷον πηγὴ πάντων, ἡ αἴσθησις. εἰ δὲ μηδὲν τούτων, οὐδ' ἄλλο οὐδὲν τῶν ψυχικῶν ἔργων, ὥστ' οὐδὲ ψυχή. θαυμάζειν οὖν ἄξιον τῶν παλαιῶν ἀνδρῶν τὸ τάχος τῆς ἑρμηνείας. ἐν ἐλαχίστοις γὰρ ὁ Ἱπποκράτης ὀνόμασι, πάντ' ἐνεδείξατο ταῦτα, καὶ ἰσχυρῶς ἀπέδειξεν, ὡς οὐκ ἔστιν ἓν τὸ στοιχεῖον. ἀλλὰ γὰρ ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτου διεληλύθαμεν, ἴδωμεν ὅπως συνάπτει τῷ προειρημένῳ λόγῳ τὸν ἐφεξῆς. ἔχει δ' ἡ σύμπασα ῥῆσις ὧδε. ἐγὼ δέ φημι, εἰ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγεεν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἦν ὑφ' ὅτου ἀλγήσειεν, ἓν ἐών. εἰ δὲ καὶ ἀλγήσειεν, ἀνάγκη καὶ τὸ ἰώμενον ἓν εἶναι. εἰ ἓν φησιν ὑπῆρχεν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγει. εἰ δέ γε καὶ ἤλγει, ἀναγκαῖον ἂν ἦν ἓν εἶναι καὶ τὸ ἰώμενον. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον τοῦ σχήματος τοῦ συλλογιστικοῦ, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς ἰάσεως ἐρωτᾷ λόγον, ὥσπερ ἠρώτησεν καὶ τὸν ἀπὸ τῶν ἀλγημάτων. ἀκόλουθον γὰρ λαβὼν τῷ προτέρῳ τὸ δεύτερον, εἶτ' αὖθις προσλαβὼν τὸ ἀντικείμενον τῷ ἑπομένῳ, ἀφαιρεῖ τὸ ἀντικείμενον τῷ ἡγουμένῳ. εἴπερ γὰρ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγησεν. ἀλγεῖ δέ γε, οὐκ ἄρα ἕν ἐστιν. ὡσαύτως δέ, καὶ ὁ ἀπὸ τῆς ἰάσεως ἐρωτηθήσεται λόγος. εἰ ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ, καὶ ὁ τρόπος τῆς ἰάσεως εἷς ἐστιν. οὐχ εἷς δέ γε ὁ τρόπος τῆς ἰάσεως, οὐκ ἄρα ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος, ἀλγεῖ. δεῖ τοίνυν κἀνταῦθα πάλιν, ὡς καὶ πρόσθεν ἐποιήσαμεν, ὅτι τε τῷ προτέρῳ, τὸ δεύτερον ἀκολουθεῖ, καὶ ὅτι καλῶς προσλαμβάνεται τὸ τοῦ λήγοντος ἀντικείμενον, ἀποδείξαντας ἡμᾶς, ἐξήγησίν τε ἅμα, καὶ πίστιν τὴν δέουσαν παρέχεσθαι τῷ λόγῳ. ὅτι μὲν οὖν εἴπερ ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, οὐκ ἂν ἤλγησεν, ἐν τοῖς περὶ τούτου λόγοις ἐπεμνήσαμεν. ὅτι δ' εἴπερ καὶ ἤλγησεν, ἕνα τῆς ἰάσεως ἐχρῆν εἶναι τὸν τρόπον, ὧδ' ἂν μάλιστα καταμάθοις, εἰ λογίσαιο τό, ὑπὸ μηδενὸς τῶν ἔξωθεν πάσχον, ὑπὸ τῆς οἰκείας φύσεως πάσχειν αὐτό. μιᾶς οὖν ἑκάστῳ τῆς οἰκείας ὑπαρχούσης φύσεως, ἔσται μὲν δήπου καὶ τὸ πάθος ἕν. ἀκολουθεῖ δ' ἐξ ἀνάγκης αὐτῷ, καὶ ἡ εἰς τὸ κατὰ φύσιν ἐπάνοδος μία. τοῦτο δ' ἦν ἡ ἴασις, ὥστε καὶ ἡ ἴασις ἔσται μία τοῦ δι' ἑαυτοῦ πάσχοντος, ὥσπερ καὶ τὸ ἰώμενον ἕν. ὅτι δέ γε ἅπαντα ταῦτα τὰ νῦν εἰρημένα, ψευδῆ προφανῶς εἰσιν, οὐ δέομαι λέγειν, ἀλλ' ἕπεται τῇ πρώτῃ τῶν ὑποθέσεων, ἣν ἀδύνατόν γε πάντως μᾶλλον οὖσαν, ἐκ περιουσίας ὁ Ἱπποκράτης προσεθήκατο, καὶ οὐδὲν ἧττον ἀπέδειξε κἀκ ταύτης τῆς ὑποθέσεως, ὅπερ ἐξ ἀρχῆς αὐτῷ προὔκειτο. τὸ μὲν γάρ, εἰ ἕν ἐστι τὸ στοιχεῖον, οὐκ ἂν ἀλγεῖν ἡμᾶς, ἀληθές.

quin etiam patiamur. Ex quo ſequebatur poſtea elementa eſſe plura vno, ſiquidem vnum pati nequit, quum nihil præterea relinquatur, quod ipſum afficiat. In quem igitur modum ille ex dolentibus corporibus, in eundem tu ex his, quæ in voluptate ſunt, ad hoc idem demonſtrationem depromas; & vt ex his, ita ex illis, quæ ſentiunt. Nam & hoc ita à me dedita opera identidem in hoc libro factitatum eſt. Vnde ſi nulla voluptas conſequi poterit, vbi impatibilia fuerint elementa, nullúſque dolor, ac nullus præterea ſenſus: nulla etiam aderit, vel memoria, vel reminiſcentia, vel imaginatio, quum horum omnium ſenſus ſit quaſi radix, & fons. At ſi nihil horum, nulla quoque animi functio, & tandem nec ipſe etiam animus. Quis igitur non admiretur priſcorum virorum breuitatem in ſententiis? Nam hæc omnia Hippocrates quibuſdam, vel paucis verbis perſtrinxit, & validè admodum monſtrauit, elementum non eſſe vnum. Verùm vt hæc expoſita ſunt; tranſeamus ad alia, & inſpiciamus quo modo ipſe priori rationi ſequentem annectat; vniuerſa verò verborum eius ſeries hoc ſe habet modo. *Ego autem ſtatuo, quòd ſi homo eſſet vnum, neutiquam doleret; nihil enim præterea eſſet, ex quo doleret, ſi eſſet vnum. Si tamen doleret, eſſet neceſſe, & medicamentum fore vnum. Si vnum* (inquit ipſe) *eſſet homo, minimè doleret; quòd ſi doleret, id etiam quod illi remedio eſt, vnum eſſet.* Secundum eundem figuræ ſyllogiſticæ modum rationem ex curatione interrogat, ſecundum quem, & ex dolore depromptam priùs interrogauit. Aſſumit enim ſecundum, quod eſt primi conſequens, cui deinde adiiciens oppoſitum conſequenti, tandem concludit oppoſitum antecedentis. Nam ſi vnum homo eſſet, non doleret; dolet autem; non igitur eſt vnum. Pari etiam modo rationem ex curationis conditione deſumptam interrogabimus. Si homo eſſet vnum, qui etiam doleret, modus illi medendi eſſet vnus; ſed medendi modus non eſt vnus: ergo ſi eſt vnum homo, non dolet. Erunt itaque partes noſtræ, vt hunc etiam locum illo tractemus modo, quo & priorem: quippe vt oſtendamus ſecundum primo conſequens eſſe, atque etiam quòd probè, oppoſitum conſequentis ſit acceptum; vt ſic & rationem exponamus, & fidem illi, prout res ipſa poſcere videtur, afferamus. Quum autem ſatis in ſuperioribus monſtratum ſit, quòd homo ſi vnum eſſet, nunquam doleret; nunc quòd poſito etiam quòd ipſe doleret, vnica tantum ſit futura curandi ratio, facilè intelliges, ſi cogitaueris, quòd ſi quid à nulla re externa pati poteſt, reliquum eſt, vt tantùm internè à ſua ipſius natura patiatur. At verò quum vnica fuerit ipſa rei vniuſcuiuſque natura, vnicus etiam ſtatim futurus eſt affectus. Hoc verò ex neceſſitate ſequitur, quòd ratio redeundi in naturalem ſtatum, vnica ſit: at hoc quid aliud eſt, quàm ipſamet curatio? quare quod ipſum per ſe patitur, vnicam habebit, qua curari poſſit, rationem, ſicut vnicum etiam eſt id, quod curandum eſt. Quæ omnia quàm apertè falſa ſint, nulla noſtra expoſitione præterea egent; ſed ea primam ſuppoſitionem ſequuntur, quam Hippocrates ex abundanti, quanuis ea ipſa omnes limites excederet eorum, quæ quoquo modo eſſe poſſint, introducere voluit, vtpotè quia nihilo minus ex hoc etiam ſuppoſito id conficiatur, quod ab initio fuerat, propoſitum. Nam quòd nos non doleremus, ſi vnum eſſet elementum, veriſſimum eſt.

Sed non ita deinde est verum, si vnum supponatur elementum, quòd nos dolituri simus; attamen ob id & ipsum supponitur, vt ex illismet, qui hoc ipsum suppositum sequuntur, ostendat principium illud euerti, quum vnicus tunc futurus sit morbus, atque etiam vnica medendi forma, & vnicum præterea remedium; sed non vnicum est remedium; erit ergo hypothesis falsa, in qua subiiciebatur vnum esse elementum. Satis enim euidens est, non vnicum esse remedium, quum multi dum calefiunt, sanitati restituantur; nec minus etiam reperiantur, qui refrigerati ex morbo conualuere, vel humectati; nec desunt etiam quos exiccantia iuuerint; nec præterea quia aliqui sint acerbis, aut amaris medicamentis curati, idcirco etiam omnes; sunt enim qui dulcibus, vel salsis; atque etiam vt multi his vsi, quæ aluum astringunt, ita alij his, quæ eandem cient, sani euasere; & sicut alij densantibus, ita nonnulli rarefacientibus; vt tandem in vniuersum hoc affirmare liceat, nullum vnquam reperiri curandi modum, quin & alter illi contrarius statim reperiatur. Rectè igitur asseruit, remedium non esse vnum. Atqui ex hoc ipso pronunciato, & altero quod ex suppositione desumptum est, efficitur non esse elementum vnum; vt tandem vniuersam rationem hoc ferè modo interrogare oporteat. Si homo, & esset vnum, & etiam doleret, modus quoque quo esset curandus, vnus foret: modus verò, quo curatur, nequaquam est vnus: igitur nec homo, si est vnum, dolet. Itaque nihil ampliùs, aut ea, quæ circa huius operis initia inducta sunt, inquirere, aut præter hæc, quæ nunc à nobis dicta sunt, alia quapiam expositione erit opus, quum ex his facilè huius viri sententiam habere possimus. Ipse verò ait, *Quicunque eos consueuerunt audire, qui de natura humana disserunt, procul ab eo quod ad medicinam attineat, illos minimè expedit hunc audire sermonem; neque enim dixerim hominem esse omninò aërem, neque ignem, neque aquam, neque terram, neque aliquid aliud, quod non in homine vnicum esse appareat.* Quæ non eo legenda sunt modo, vt ἓνεὸν simul, ac leni spiritu proferatur, quasi vnica sit pars orationis, quemadmodum multi ex Hippocraticis legere soliti sunt, sed potiùs aspirantes, & in partes duas diuidentes, ac si ita dixerit: Neque enim dixerim ipsum hominem esse vsquequaque aërem, neque ignem, neque aquam, neque terram, neque aliquid etiam aliud, quod non appareat vnum, ac solum in homine existens. Nam quod vniuersus is sermo, quem ipse priorem habuit, ob id factus sit, vt probaret elementum minimè esse vnum, tum ex his ostenditur, quæ ipse paulò antea dixit, tum vel maximè ex his, quæ statim circa initia subiungit præcedenti sententiæ quum ait, *Dicunt enim vnum esse id quod est, atque hoc & vnum esse & omne; sed inter se non conueniunt deinde nominibus; nam ex eis aliqui hoc vnum, atque omne statuunt esse aërem, alij aquam, alij terram, alij ignem.* Item paulò post: *Ex medicis quoque nonnulli hominem autumant esse solum sanguinem, quidam verò ipsorum bilem arbitrantur esse hominem, aliqui pituitam.* Postmodum illos refellere aggressus eam dictionem protulit, quam ego priorem exposui, quæ in vniuersum efficax plurimùm est tam contra medicos, quam contra naturales philosophos. Mox verò seorsum medicos his etiam verbis insectatur: *Ego verò censeo opus esse, illum qui affirmet solum*

A τὸ δέ γε ὑποθέσθαι, κἂν εἰ ἓν ἦν τὸ στοιχεῖον, ἡμᾶς ἀλγεῖν, οὐκ ἀληθές. ἀλλ' ὅμως ὑποτίθεσθαι τοῦτο, δείκνυσιν ἐκ τῶν ἑπομένων αὐτῷ, τὸ καὶ οὕτως ἀνατρέπεσθαι τὴν ἀρχήν. ἓν μὲν γὰρ καὶ τὸ νόσημα, καὶ τὸ εἶδος τῆς ἰάσεως ἔσται καὶ τὸ ἰώμενον ἕν ἐστιν. οὐχὶ δέ γε τὸ ἰώμενον ἕν, ὑπόθεσις ἄρα ψευδής, ἡ ἓν εἶναι λέγουσα τὸ στοιχεῖον. ὅτι δὲ οὐχ ἓν τὸ ἰώμενον, ἐναργές. καὶ γὰρ θερμαινόμενος ὅδε τις ἐθεραπεύθη. καὶ ἄλλον εὑρήσεις, ὃς οὐδὲν ἧττον ἐθεραπεύθη ψυχόμενος, εἶθ' ὑγραινόμενος. οὐκ ὀλίγους δ' εὑρήσεις, οἳ διὰ τῶν ξηραινόντων ἰάθησαν. B ἀλλ' οὐδ' εἰ διὰ τῶν στρυφνῶν, ἢ πικρῶν ἐθεραπεύθη τις, ἤδη καὶ πάντες. εἰσὶ γὰρ οἱ διὰ τῶν ἁλμυρῶν, ἢ γλυκέων, οὕτω δὲ καὶ διὰ τῶν ἐπεχόντων τὴν κοιλίαν, ὅδε τις ἐθεραπεύθη. ἕτερος δὲ, διὰ τῶν ὑπαγόντων, καὶ ὁ μὲν διὰ τῶν πυκνούντων. ὁ δὲ διὰ τῶν ἀραιούντων, καὶ καθόλου φάναι, τρόπον ἰάσεως οὐδένα δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν, οὗ μὴ καὶ τοὐναντίον εὑρήσεις. ὥστ' ὀρθῶς εἶπεν, ὅτι τὸ ἰώμενον οὐχ ἕν ἐστιν. ἀλλὰ καὶ ταύτης γε τῆς προτάσεως, καὶ τῆς ἑτέρας, ἣν ἐξ ὑποθέσεως ἔλαβε, C τὸ μὴ ἓν εἶναι τὸ στοιχεῖον ἐπεραίνετο, καὶ γὰρ ὁ σύμπας ἐρωτώμενος λόγος, τοιοῦτος. εἰ ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος ἀλγεῖ, καὶ ὁ τρόπος τῆς ἰάσεως εἷς ἐστιν. οὐχὶ δέ γε ὁ τρόπος τῆς ἰάσεως εἷς, οὐκ ἄρα ἓν ὢν ὁ ἄνθρωπος, ἀλγεῖ. μηκέτ' οὖν ἐπιζητῶμεν τὸ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος, εἰρημένον ὑπ' αὐτοῦ, μήθ' ἑτέρως ἐξηγώμεθα παρὰ ταῦτα τὰ νῦν εἰρημένα, σαφῶς γε ἤδη τὴν γνώμην ἅπασαν ἐπιστάμενοι τοῦ ἀνδρός. ἀλλ' ἐπειδὰν εἴπῃ, ὅστις μὲν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσιος τῆς ἀνθρωπίνης, προσω- D τέρω ἢ ὁκόσον αὐτέης ἐς ἰατρικὴν ἀφίκει, τουτέῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὁ λόγος ὅδε ἀκούειν. οὐδὲ γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτ' ἄλλο οὐδὲν, ὅ,τι μὴ φανερόν ἐστιν ἓν ἐὸν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ὅταν ταῦτα λέγῃ, μὴ συνάπτοντές τε, καὶ ψιλοῦντες ἀναγινώσκωμεν, ὡς ἓν μέρος λόγου τὸ ἓν ἐὸν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ τῶν Ἱπποκρατείων ἐποίησαν, ἀλλὰ δασύνοντές τε, καὶ διϊστῶντες εἰς δύο μέρια, ὡς εἰ καὶ οὕτως εἶπεν, οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω εἶναι τὸν ἄνθρωπον, οὔτε πῦρ, οὔτε ὕδωρ, οὔτε γῆν, οὔτε ἄλλο οὐδὲν, E ὅ,τι μὴ φανερόν ἐστιν ἓν καὶ μόνον ὑπάρχον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ὅτι μὲν γὰρ ὁ πρῶτος αὐτῷ λόγος ἅπας, περὶ τοῦ μὴ ἓν εἶναι τὸ στοιχεῖόν ἐστιν, ἐπιδέδεικται μὲν, καὶ ἐξ ὧν ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, οὐδὲν δὲ ἧττον, κἀξ ὧν εὐθὺς ἐν ἀρχῇ, μετὰ τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν, ταύτην ἐπιφέρει. φασὶ γὰρ ἕν τε εἶναι, ὅ, τί ἐστι, καὶ τοῦτο εἶναι τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν, κατὰ δὲ τὰ ὀνόματα ἀλλήλοις οὐχ ὁμολογέουσι. λέγει δ' αὐτῶν, ὁ μέν τις, ἠέρα εἶναι τοῦτο τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν. ὁ δὲ ὕδωρ, ὁ δὲ γῆν, ὁ δὲ πῦρ, εἶτ' ἐφεξῆς, πάλιν. τῶν ἰατρῶν, οἱ μέν τινες λέγουσιν, ὡς ὁ ἄνθρωπος F αἷμα μόνον ἐστι, οἱ δὲ αὐτέων, χολήν, ἔνιοι δὲ, φλέγμα. εἶθ' ἑξῆς ἀρξάμενος αὖθις ἀντιλέγειν, πρότερον μὲν ἐκείνην γράφει τὴν ῥῆσιν, ἣν πρότερον ἐξήγημαι, κοινῇ πρός τε τοὺς φυσικοὺς καὶ τοὺς ἰατροὺς ἰσχύουσαν. εἶτ' ἰδίᾳ πρὸς τοὺς ἰατροὺς ἀντιλέγει, κατὰ τήνδε τὴν ῥῆσιν. ἀξιῶ δ' ἔγωγε, τὸν φάσκοντα αἷμα μόνον

εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄλλο μηδέν, δεικνύωαι αὐτὸν μὴ μεταβάλλοντα τὴν ἰδέαν, μήτε γίνεσθαι παντοῖον, ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίας τῆς τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα. ἓν ἐὸν φαίνεται μόνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. εἰκὸς γὰρ ἐστὶν εἶναι μίαν γέ τινα ὥρην ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ, ἐν ἑωυτῷ ὅ, τί ἐστι. τὰ αὐτὰ δὲ λέγω καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος, φλέγμα μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ περὶ τοῦ φάσκοντος χολήν. τελειώσας δὲ τοῦτον τὸν λόγον ἐφεξῆς πάλιν ἐπιφέρων ἐρεῖ. πρῶτον μὲν οὖν ἀνάγκη τὴν γένεσιν γίνεσθαι μὴ ἀφ' ἑνός. πῶς γὰρ ἂν ἕν γε ὄν, ἄλλο τι γεννήσειεν, εἰ μή τινι μιχθείη ἄλλῳ; καὶ πάλιν ἐφεξῆς. ὥστε, πῶς εἰκὸς ἀπὸ ἑνός τι γεννηθῆναι. ὅπου γε οὐδὲ ἀπὸ τῶν πλειόνων γίνεται, ἢν μὴ τύχῃ καλῶς ἔχοντα τῆς πρὸς ἄλληλα κοινωνίας; καὶ πάλιν ἐφεξῆς. ἀνάγκη τοίνυν, τῆς φύσεως τοιαύτης ἐούσης, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τῆς τῶν ἄλλων ἁπάντων, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. καὶ πάλιν ἐν τοῖς ἐφεξῆς. ἀνάγκη τοίνυν ὅτι τοσοῦτον διήλλακται ἀλλήλων τὴν ἰδέαν τε καὶ τὴν δύναμιν, μὴ ἓν εἶναι αὐτὰ, εἴπερ μὴ πῦρ τε καὶ ὕδωρ ἕν ἐστιν. ἔν τε οὖν τούτοις ἅπασι καὶ τοῖς μετὰ ταῦτα πάλιν οὐδὲν ἄλλο, ἢ τοῖς ἓν ἀξιοῦσιν εἶναι τὸ στοιχεῖον, ἀντιλέγει σαφῶς. δῆλον οὖν, ὅτι καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ λόγου τοῦτ' εἶπεν, ὅπερ ἡμεῖς ἐξηγησόμεθα, τὸ, μήτε ἀέρα μόνον ὑπάρχειν ἐν τῷ σώματι, μήτε πῦρ, μήτ' ἄλλο μηδὲν, ὅτι μὴ φανερόν ἐστιν ἓν ὑπάρχον ἐν τῷ σώματι. καὶ γὰρ αὖ καὶ ὅταν εἴπῃ. οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ χρέεσθαι· πόθεν ὁρμηθέντες ἔνιοι, τὸν ἄνθρωπον ἓν εἶναί φασι, διηγεῖται, κἄπειθ' ἀντιλέγων αὖθις ἐρεῖ· καίτοι τὸ μὲν πρῶτον ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσιν οὐδείς πως ἀπέθανε χολὴν μούνην καθαρθείς. ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῶν ἄλλων χυμῶν, ἐν οἷς μετὰ ταῦτα, πεποίηται τὸν λόγον, ὡς οὐχ εἷς χυμός ἐστι παντελῶς ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου, τοῦτ' ἐστὶ τὸ στοιχεῖον, ἀλλ' οἱ τέτταρες, οὐδὲν ἄλλο, ἢ ὅπερ ἐξ ἀρχῆς ὑπέθετο, περαίνει, τὸ μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον. ἔστι μὲν οὖν ἠλίθιος ἡ δόξα καὶ τῶν φυσικῶν φιλοσόφων, καὶ τῶν ἰατρῶν, ὅσοι στοιχεῖον ἓν εἶναί φασιν, ἢ τοῦ παντὸς, ἢ τοῦ ἀνθρώπου.

sanguinem esse hominem, nec quippiam præterea aliud, ostendere ipsum, nec formam transmutare, nec alio etiam modo variari; & vt vel tempus aliquod anni, vel ætatis monstret, quo vnus solúsque in homine sanguis conspici possit. Nam consentaneum rationi videtur, vt aliquo saltem tempore id, quod in ipso vnum est, repræsentet, & eadem ego illis opposuerim, qui volunt hominem solam esse pituitam, nec non & illis, qui solam bilem. Ac tandem finem huic rationi facturus, hæc iterum subinfert. *Necesse igitur primùm est generationem minimè ex vno fieri, qui enim poterit quod vnum est, nisi alteri cuipiam commisceatur, aliquid aliud gignere?* Atque iterum deinde. *Quo vnquam modo rationi consonum est, quicquam ex vno fieri, quum nec ex pluribus etiam possit quicquam constitui, nisi ea ex mutuo temperamento probè se habuerint?* Et rursus postmodum. *Quare necesse est si huiusmodi sit natura cùm hominis, tum aliorum omnium, hominem non esse vnum.* Denuóque in sequentibus. *Necessarium igitur est, quum adeò inter se & specie, & potestate differant, ea non esse vnum, nisi ignis quoque & aqua vnum fuerint.* Itaque in omnibus his & præterea in sequentibus etiam, nihil aliud agit, præterquam quod eos apertè insectatur, qui vnum esse elementum decernunt. Quare patet, quod idem etiam agit, dum statim circa principia huius sermonis, quæ nos etiam exposuimus, ea profert; hominem, inquam, non esse solum aërem, neque ignem, nec quicquam aliud quod non in corpore vnum esse appareat. Nam & ea parte, qua ipse ait, Mihi videntur hi qui hominem esse vnum autumant, in hanc venisse sententiam; explicat vnde nonnulli inducti sint, vt dicerent hominem esse vnum. Quos quum mox etiam refellit inquiens. Atqui primùm, nullus vnquam ex superfluente purgatione mortuus solam bilem excreuit; nec non quum de cæteris humoribus, de quibus mox disserit, eadem etiam profert, humanam nimirum naturam non ex vno penitus humore, hoc est elemento, sed ex quatuor constare; nihil aliud omninò agit, nisi quod id concludit; quod erat pollicitus statim ab ipso principio, vnum non esse ipsum hominem. Porrò fatua est hæc tam naturalium philosophorum, quàm medicorum opinio, qui vnum, vel hominis, vel ipsius etiam vniuersi esse elementum asserunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ δ'.

Ἐν ᾧ συνίασι καὶ διαφέρουσιν οἱ τὸ στοιχεῖον ἓν τεθεικότες.

ΚΑΙ μᾶλλόν ἐστι θαυμάσαι, πῶς οἱ τὰ τοιαῦτα λέγοντες ἐν εὐδοξίᾳ τινὶ παρὰ τοῖς ἀνθρώποις ἦσαν, ἢ ἀπορῆσαι τῆς ἀντιλογίας. ἀλλ' ὅμως ὁ Ἱπποκράτης ἀντιλέγειν αὐτοῖς ἐπεχείρησεν, οὐχ ὡς μέγα τι ποιῶν, ἀλλὰ διὰ τὴν κατέχουσαν δόξαν. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ πιθανοῖς τισι λόγοις ἐχρήσαντο, καὶ δυσλύτοις, οἱ ἓν εἰπόντες εἶναι τὸ στοιχεῖον, ἀλλὰ πρόχειρόν τε, καὶ ῥᾳδίως φωραθῆναι, τὴν ἀπάτην ἔχουσιν. οἵτε γὰρ τὸ ὕδωρ εἰπόντες εἶναι τὸ στοιχεῖον, ὅτι τοῦτο πυκνούμενον μὲν, καὶ οἷον πιλούμενον, γίνεται γῆ, ἀραιούμενον δὲ, καὶ οἷον χεόμενον, ἀήρ. εἰ δὲ ἐπιπλέον ἀραιωθείη τε, καὶ χυθείη, πῦρ· διὰ τοῦτό φασιν ὑπάρχειν αὐτὸ στοιχεῖον.

CAPVT IV.

In quo conueniant differántve, qui vnum esse elementum posuere.

ET sanè mirandum est, quo vnquam pacto illi, qui talia introducunt, aliqua à quibusdam hominibus existimatione digni habeãtur, quum tamen neque sit arduum illos confutare. Aggressus attamen Hippocrates est illis cõtradicere, nõ quòd se magni aliquid facturum arbitraretur sed magis celebritate eorum motus. Nullas enim, vel probabiles, vel quæ solui facilè non possint, rationes hi afferunt, qui vnum esse elementũ ponunt; sed eas tantummodo, quæ fallaciã omnibus expositã quæque facillimè deprehendatur, habeant. Qui etenim aquã esse elementũ censent, ob id hoc arbitrãtur, quod ea densata & quasi coacta, in terrã vertatur; rarefacta verò, ac veluti fusa, in aërem, quæ si præterea magis rarescat ac fundatur, in ignem transit; & proinde eam esse elementum affirmant.

Sed & qui aërem, ipsi quoque aiunt illum rariorem factum, ignem effici; densiorem verò, aquam; qui si etiam denfetur magis, terram gigni. Alij autem quum terram intuerentur, quæ si aliquantulum, & moderatè rarescit, & funditur, in aquam transmutatur: si magis, in aërem: si maximè, in ignem: hoc argumento probant terram ipsum esse elementum. Nec secus etiam agunt, qui ignem esse elementum statuunt; quia enim si is densetur, & quasi in se ipsum cogatur, in aërem vertitur, si id ipsum magis patiatur, magisque densetur, in aquam; si quàm plurimum densetur, in terram; ideò efficere volunt & isti hoc ipsum esse elementum. Attamen hæ istorum rationes perquàm apertam, & in promptu absurditatem habent. Porrò hi omnes de mutua elementorum transmutatione verba faciunt; nec tamen se id demonstrare arbitrantur, sed potiùs id quod vnusquisque eorum appellat elementum. Non autem idem est de aëris, ignisque, & præterea terræ, & aquæ inter se inuicem transmutatione sermonem habere, ac de elementis; vtpotè quoniam non eò quòd possint inuicem ex natura transmutari, vnumquodque ipsorum elementum est, sed quod primum, atque simplicissimum sit. Vnde & Plato in Timæo ostensurus his omnibus communem materiam esse subiectam, de mutua illorum transmutatione disserit; erat enim ipse peritus methodi demonstrandi, & proinde primorum corporum transmutatione probè vsus est. At Thales, Anaximenes, Anaximander, nec non & Heraclitus, ex eorum mutuâ transmutatione vnum quodpiam ex illis esse elementum demonstrare conantur, ita tamen vt alius aliud introducat. Qui mihi videntur omnes communem illam somniasse materiam, omnibus elementis subiectam; & hanc vt vnicam videre, ita etiam vnum esse elementum arbitrati sunt. Sed par quidem deinde erat, vt dicerent, hócne, quod communi quadam ratione omnibus subiectum est, aëri inquam, & igni, terræque & aquæ, esset id elementum: at illi hoc prætergressi, vnum quodpiam ex his quatuor id elementum esse promulgauerunt; & quidem hi omnes communem habent in demonstrando sententiam, non tamen idem postea elementum constituunt; quos & Hippocrates statim inter huius libri initia carpit, dum ita ait; *Omnes quidem eadem vtuntur sententia, nec tamen eadem deinde dicunt*; móxque hæc etiam addit. *Et ad id quidem quod ipsi sentiunt, eundem afferunt ratiocinij modum, nec eadem tamen pronunciant.* At quisnam erat quæso, is ratiocinij modus; is qui superiùs à nobis expositus est. Qui enim terram esse elementum posuit, inde ratiocinatur, quòd ea fusa, in aquam vertatur; quæ si magis insuper rarescat, in aërem; & ex hoc tandem in ignem, si adhuc fiat rarior; & ex hac ratione colligunt terram esse elementum. Et eisdem innituntur qui aquam aiunt, aut ignem, aut aërem, sicuti priùs à nobis expositum est. Hi igitur omnes quantumlibet in variis versentur positionibus, eodem tamen vtuntur epilogo. Et sanè primam non eam inferunt conclusionem, quæ illi propria, peculiarísque sit, propria enim ea erat, vt dicerent, vnum est ergo subiectum, vnáque substantia, quæ omnibus pari ratione primis corporibus subiicitur. Deinde nec id animaduertunt, quod omnes vnam eandémq; demonstrationem ad quatuor materias accommodare volunt. Et nimirum hæc ambo illis obiicit Hippocrates, dum ait. *Et astruit suam eorum vnusquisque rationem testimoniis,*

A οἵ τε τὸν ἀέρα, καὶ οὗτοι πῦρ μὲν γίνεσθαί φασιν ἀραιούμενον, ὕδωρ δὲ πυκνούμενον. εἰ δ' ἔτι μᾶλλον πυκνωθείη, γῆν. οἵ τε τὴν γῆν, ἐκ τοῦ μετρίως μὲν χυθείσης, ὕδωρ γίνεσθαι, περαιτέρω δ' ἀραιωθείσης, ἀέρα, καὶ σφόδρα τοῦτο παθούσης, εἰς πῦρ μεταπίπτειν, καὶ οὕτω συλλογίζονται τὴν γῆν ὑπάρχειν στοιχεῖον. οἵ τε τὸ πῦρ ὡσαύτως, ἐκ τοῦ στενούμενον, καὶ πυκνούμενον, ἀέρα γίνεσθαι. παθὸν δ' ἔτι μᾶλλον τοῦτο, καὶ σφοδρότερον πιληθέν, ὕδωρ. ἐπὶ πλεῖστον δὲ πυκνωθέν, γῆν ἀποτελεῖσθαι. συλλογίζον-
B ται, καὶ οὗτοι τοῦτ' εἶναι τὸ στοιχεῖον, καίτοι πρόχειρός τε ἡ ἀτοπία τῶν λόγων. ὑπὲρ γὰρ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς τῶν στοιχείων, εἰρηκότες ἅπαντες, οὐ τοῦτο οἴονται δεικνύναι, ἀλλ' ὅτι περ ἂν ἕκαστος αὐτῶν ὀνομάσῃ στοιχεῖον. οὐκ ἔστι δὲ ταὐτὸν, ἢ περὶ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς εἰπεῖν, ἀέρος καὶ πυρὸς, καὶ ὕδατος καὶ γῆς, ἢ περὶ στοιχείων· οὐ γὰρ δὴ ταύτῃ γε στοιχεῖον ἕκαστον αὐτῶν, ᾗ μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα πέφυκεν, ἀλλ' ᾗ πρῶτόν τέ ἐστι καὶ ἁπλούστατον. ἐπεί τε καὶ Πλάτων ὑπὲρ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς ἐν Τιμαίῳ
C διείλεκται, κοινὴν ὑποβεβλῆσθαι πᾶσιν ὕλην μίαν, ἀποδεῖξαι βουλόμενος. ἀλλ' ἐκεῖ μὲν, ὡς ἂν εἰδὼς ἀποδεικνύειν, εἰς δέον ἐχρήσατο τῇ τῶν πρώτων σωμάτων εἰς ἄλληλα μεταβολῇ. Θαλῆς δὲ, καὶ Αναξιμένης, καὶ Αναξίμανδρος καὶ Ηράκλειτος, ἓν ἐξ αὐτῶν ὁτιοῦν, ἄλλος ἄλλο θέμενος εἶναι στοιχεῖον, ἐκ τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς αὐτῶν ἀποδεικνύναι πειρῶνται. καί μοι δοκοῦσιν ἅπαντες ἐκεῖνοι, τὴν ὕλην ὀνειρώττειν, ἣ κοινῇ πᾶσιν ὑποβέβληται τοῖς στοιχείοις, καὶ ταύτην μίαν ὁρῶντες, ἓν ὑπολαμβάνειν εἶναι καὶ τὸ στοι-
D χεῖον· εἶτα δέον εἰπεῖν, εἴπερ ἄρα, τὸ κοινῇ πᾶσιν ὑποβεβλημένον, ἀέρι, καὶ πυρὶ, καὶ ὕδατι, καὶ γῇ, τοῦτ' εἶναι τὸ στοιχεῖον. οἱ δὲ ὑπερέβησαν μὲν ἐκεῖνο, τῶν τεττάρων δὲ ἓν ὁτιοῦν ἀπεφήναντο, κοινῇ μὲν γνώμῃ τῆς ἀποδείξεως ἅπαντες χρησάμενοι. θέμενοι δ' οὐ ταὐτὸν ἅπαντες τὸ στοιχεῖον· ὥσπερ δὴ καὶ σκώπτων αὐτοὺς ὁ Ἱπποκράτης, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τοῦ συγγράμματος, ὡδέ πως φησί. γνώμῃ μὲν τῇ αὐτῇ πάντες χρέονται, λέγουσι δ' οὐ ταὐτά. κἄπειτα τούτῳ συνάπτων. ἀλλὰ τῆς μὲν γνώμης, φησὶ, τὸν ἐπίλογον τὸν αὐτὸν ποιέον-
E ται, λέγουσι δὲ οὐ ταὐτά. τίς δ' ἦν αὐτοῖς ἐπίλογος; ὃν ἔμπροσθεν εἴπομεν. ὅ,τε γὰρ τὴν γῆν λέγων εἶναι στοιχεῖον, ἐκ τοῦ χεομένην αὐτὴν ὕδωρ γίνεσθαι, καὶ μᾶλλον ἀραιωθείσης, ἀέρα, κἄπειτα πῦρ, ἐκ τούτου συλλογίζονται τὴν γῆν εἶναι στοιχεῖον. κατὰ ταὐτὰ καὶ οἱ τὸν ἀέρα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ πῦρ εἰπόντες, ὡς ἔμπροσθεν ἐδήλωσα. πάντες οὖν οὗτοι, τὸν ἐπίλογον ἕνα λέγουσιν ἐπὶ διαφόροις ὑποθέσεσι, πρῶτον μὲν, οὐκ ἐπιφέροντες οἰκεῖον συμπέρασμα. τὸ γὰρ οἰκεῖον ἦν εἰπεῖν, ἓν ἄρα τὸ ὑποκείμενον ἅπασι, καὶ οὐσία μία,
F ἣ ὕλης ὑποβέβληται κοινῇ τοῖς πρώτοις σώμασιν. ἔπειτα μὴ δ' αὐτὸ τοῦτο γινώσκοντες, ὡς τεττάρων ὑποθέσεων ἀπόδειξιν μίαν ἐγχειροῦσι λέγειν ἅπαντες, ἅπερ αὐτῶν καὶ διαρρήδην ὁ Ἱπποκράτης ἀμφότερα μέμφεται ἐν τῷ φάναι. καὶ ἐπιλέγει μὲν ἕκαστος τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ μαρτύριά τε,

καὶ τεκμήρια, ἅ ἐστιν οὐδέν, σαφῶς ἐνδεικνύμενος, ὡς ἀναπόδεικτα φλυαροῦσι, καὶ παραλογίζονται μᾶλλον σφᾶς αὐτούς, ἢ συλλογίζονται. ἐν δὲ τῷ προσθεῖναι γράψαι, ὅτι γνώμῃ μὲν τῇ αὐτῇ πάντες χρέονται, λέγουσι δ' οὐ τὰ αὐτά, δῆλον, ὅτι οὐδὲ γινώσκουσιν. ἐν τούτῳ πάλιν, αὐτὸ τοῦτο ἐνδεικνύμενος, ὡς οὐκ αἰσθάνονται, διαφόρων τε, καὶ μαχομένων πραγμάτων, ἀπόδειξιν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ἐγχειροῦντες λέγειν. ὅθεν καὶ ᾧ ἂν τύχῃ φησίν, ἡ γλῶσσα ῥυεῖσα πρὸς τὸν ὄχλον, περιγίνεσθαι δοκεῖ τῷ λόγῳ, καὶ μάλιστα πρὸς τὸν ὄχλον εἰπών, ἀπαιδεύτων δηλονότι πλῆθος ἀνδρῶν, οὐκ εἰδότων ὅ,τι ποτέ ἐστιν ἀπόδειξις. διὸ καὶ τοῦτο ὀρθῶς ἐπήνεγκεν. ἀλλ' ἐμοί γε δοκέουσιν οἱ τοιοῦτοι, αὐτοὶ ἑαυτοὺς καταβάλλειν τοῖς ὀνόμασι τῶν λόγων αὐτῶν, ὑπὸ ἀξυνεσίης, τὸν δὲ Μελίσσου λόγον ὀρθοῦν. ὁ γάρ τοι Μέλισσος ἀλλόκοτα μὲν καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τοῦ παντὸς ἀπεφήνατο, ὡς ἕν τε εἴη, καὶ ἀμετάβλητον, καὶ ἄπειρον. ἐξ ὧν οἵ τε τὸν ἀέρα λέγοντες, ἢ τὸ πῦρ, ἢ τὸ ὕδωρ, ἢ τὴν γῆν εἶναι τὸ ἕν τε καὶ τὸ πᾶν, ἐκ τούτων μὲν ἔδοξεν ὁ τοῦ Μελίσσου λόγος ὀρθοῦσθαι. εἰ γὰρ χρή, δυοῖν ἀτόπων οὕτω δογμάτων αἵρεσιν ποιήσασθαι, κινδυνεύει νοῦν ἔχειν ὁ τοῦ Μελίσσου λόγος. ὃ γὰρ ὑπέθετο κατ' ἀρχάς, οὐκ ἀνατρέπει κατὰ τὴν ἐφεξῆς διέξοδον, ὡς οὗτοι. θέντες γὰρ τὸ στοιχεῖον ἓν εἶναι τῶν ὄντων, ἐν τοῖς ἐφεξῆς, μνημονεύουσι τῆς μεταβολῆς αὐτοῦ, τέτταρα ποιοῦντες τὰ ὄντα. βέλτιον γὰρ ἦν ἀμετάβλητον ὑποθέσθαι τοῦτο τὸ ἕν, εἰ ὄντως ἕν ἐστιν. εἰ γὰρ μεταβάλλει, πῶς ἕν ἐστιν ἔτι; προσηκόντως οὖν ἔφη ὁ Ἱπποκράτης ἅπαντας τούτους, τούς, ἤτοι τὸ ὕδωρ, ἢ τὸ πῦρ, ἢ τὸν ἀέρα, ἢ τὴν γῆν εἶναι λέγοντας στοιχεῖα, ὀρθοῦν τὸν τοῦ Μελίσσου λόγον, καίτοι γ' ἄτοπον ὄντα δεινῶς, καὶ παρὰ πᾶσαν ἐνάργειαν εἰρημένον, ὡς μηδὲ ἀντιλογίας χρήζειν. ὅτι πλέον δὲ καὶ περὶ τῆς ἀτοπίας αὐτοῦ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τῷ πρώτῳ τῆς φυσικῆς ἀκροάσεως διείλεκται.

ac coniecturis quibusdam; quæ tamen nihil sunt; apertè insinuat illos procul ab omni demonstratione nugari, potiusque seipsos fallere, quàm quod aliquid conficiant. Et quum præterea addit, quod in eadem sententia omnes versantur, nec tamen eadem dicunt, nempe neque id cognoscunt, hac etiam parte indicat eos latere, se rebus diuersis, ac pugnantibus velle vnam eandémque aptare demonstrationem. Vnde ait deinde ipse, *Cuiuscunque lingua magis soluta, fluénsque turbæ visa fuerit, is in ea disputatione superior indicatur.* Turbam porrò rudem imperitorum hominum multitudinem appellat, qui nec etiam quid sit demonstratio nouerunt vnquam; vnde rectè quidem hæc ipse deinde intulit; *Sed (vt mihi videtur) hi homines ipsi suis ipsorum, quibus in differendo vtuntur, verbis, se ipsos præ imperitia in errorem detrudunt, Melißique sententiam erigunt. Is enim habito sermone de vniuersitate, absurda quædam pronunciauit, omnia nimirum esse vnum, & id intransmutabile, & infinitum.* Vnde ex qua parte aërem aiunt, aut ignẽ, aut aquã, aut terram esse vnum & omne, ex ea etiam ratio Melissi firmari videtur. Data nanque optione vt ex his duobus decretis, adeò tamen absurdis, alterum eligatur, res periclitari videtur, ne Melissi sententia sit præferenda; neque enim ipse id, quod à principio suppposuerat, præcedente disputatione euertit; quod tamen illi committunt, quippe qui ponunt quidem vnum esse rerum omnium elementũ, mox verò de eius transmutatione agunt, ita, vt tandem quatuor entia constituant; melius enim foret id vnũ intransmutabile fecisse, si sit reuera vnum, quoniam si transmutetur, quo modo erit amplius vnum? Meritò igitur autumat Hippocrates eos omnes qui, vel aquam vnum esse elementum inquiunt, vel aërem, vel ignem, vel terram, Melissi rationem erigere; quæ tamen adeò est absurda, & ab omni prorsus euidentia semota, vt neque digna sit cui contradicat. De eius tamen absurditate ab Aristotele quoque in primo naturalis auscultationis libro pleniùs disputatum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Τῷ αὐτῷ τρόπῳ τὸν Ἱπποκράτην τε καὶ τὸν Ἀριστοτέλη τοὺς παλαιοὺς διελέγξαι, καὶ τέσσαρα τὰ πρῶτα στοιχεῖα γράψαι.

ΚΑὶ μὴν δὴ καὶ τὸ εἶδος τῶν λόγων ὡσαύτως ἔοικεν Ἀριστοτέλης πεποιῆσθαι τῷ Ἱπποκράτει. προειπὼν γὰρ εὐθὺς ἐν ἀρχῇ, τὸ μὲν οὖν, εἰ ἕν ἐστι καὶ ἀκίνητον τὸ ὂν σκοπεῖν, οὐ περὶ φύσεώς ἐστι σκοπεῖν. εἶτ' αὐτὸ τοῦτο ἀποδείξας, καὶ διὰ τοῦτο, μηδ' ἀντιλογίας τινὸς δεῖσθαι φήσας τὸν Μελίσσου τε, καὶ Παρμενίδου λόγον, ἐναργῶς ἑκάτερον ἄτοπον ὄντα, προϊόντος τοῦ συγγράμματος, ἀντιλέγων αὐτοῖς εὑρίσκεται. ταὐτὸν δὴ τούτῳ καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἔπαθεν. ἐνδειξάμενος γὰρ ὡς ἀναιροῦσι τὴν ἰατρικὴν τέχνην οἱ ἓν εἰπόντες εἶναι τὸ στοιχεῖον, καὶ ὡς οὐκ ἔστιν αὐτοῖς ἐπιτήδειος ὅδε λόγος ἀκούειν, ὅμως ἐν τοῖς μετὰ ταῦτα, φαίνεται διαβάλλων αὐτῶν τὴν δόξαν. ὅτι δὲ καὶ τὰς τῆς φυσιολογίας ἀρχάς, ὡς Ἀριστοτέλης ἔλεγε, καὶ τὰς τῆς ἰατρικῆς, ὡς Ἱπποκράτης φησίν, ἀναιροῦσιν, οἱ ἓν εἶναι λέγοντες τὸ ὄν, ἄντικρυς δῆλον, ἥτε γὰρ φυσιολογία, περὶ τῶν ἐν γενέσει, καὶ φθορᾷ, καὶ ὅλως ἐν μεταβολῇ σωμάτων ἐστίν. εἰ δὲ ἓν ἔστι μόνον τὸ ὄν, ἀνῄρηται ταῦτα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ἡ

CAPVT V.

Eodem pacto Hippocratem, & Aristotelem, veteres confutasse, & quatuor dixisse prima elementa.

IMò videtur ille se in suarum rationum forma Hippocratem imitatum fuisse. Præfatus etenim ab ipso statim initio, *quod considerare quidem si ens vnum sit, & immobile, non est de natura considerare,* atque hoc deinde etiam demonstrato, & proinde quòd neque sit opus rationibus Melissi, & Parmenidis contradicere, vtpotè quia vtræq; sint manifestò absurdæ, attamen mox in illius libri processu eos insectari deprehenditur. Nec secus etiam Hippocrates, ac ille egit, vtpotè quem (tametsi primũ innuisset illos, qui aiunt vnum esse elementum, eò medicinam labefactare, vt neq; operæpretium sit eos hunc audire sermonem) eorum sententias postmodum refellere comperimus. At verò, quod ij, qui ens pronunciant esse vnum philosophiæ naturalis principia tollant, vt ait Aristoteles; atque etiam medicinæ, vt Hippocrates; est sanè quàm manifestum. Naturalis etenim scientia corpora quę generãtur, ac intereunt, quæque prorsus sunt exposita transmutationi, contemplatur; ea verò, si vnum tantummodo ens fuerit, omninò delentur. Quibus deinde ablatis pariter, &

medicina

medicina tollitur; primùm quidem ob id, quod ea sit quasi generationis, & interitus ministra, & proinde nisi hæc concedantur, illa etiam tollitur: deinde verò quia ab iis ipsis, qui ens esse vnum opinantur, tot variæ, multiplicésque tolluntur medendi rationes: nam vel nihil corpora nostra tunc paterentur; vel si paterentur, vnus tantùm foret patiendi modus, & proinde vnica etiam esset medelæ ratio. Quòd si fuerit, vniuersa porrò medicina ruit: quippe quia, si multa sint remediorum genera, ad medicum mox pertinebit ea excogitare, quæ vnicuique morbo conducere possint: at quum vna tantummodo fuerit vt morbi, ita etiam remediorum ratio, nullum relinquitur amplius aberrandi periculum. Rectè igitur Hippocrates protinus inter initia ita ait: *Quicunque eos consueuerunt audire, qui de natura humana procul ab eo quod ad medicinam attineat disserunt, illos minimè expedit hunc audire sermonem.* Et deinde subinfert, *Neque enim dixerim hominem esse, vsquequaque aërem*, hoc est, *penitus vnum & solum.* Quia si quis id ipsum affirmare velit, is fertur vlterius, quam ratio medicinæ exposcat, & artis principia subuertit. Nam hoc medio in primis concedi opus est, multas nimirum esse morborum, multas etiam præsidiorum species: quod nisi concesserit, statim è medio tollet ipsa medicinæ principia. Procul igitur erit is sermo à finibus medicinæ. Iam enim nullus est artifex, qui illis contradicat, qui suæ artis principia destruit, imò hoc ad alium pertinet. Quod facilè vel ex ipsius Aristotelis verbis perdiscas quæ se in hunc modum habent. *Vt enim nequit Geometra contra eum, qui sua tollit principia disputare; verùm hoc vel alterius scientiæ munus est, vel pariter omnium: ita nec philosophus naturalis. Nam illi qui ea destruunt quæ perspicuè apparent, iure essent coarguendi ab omnibus in vniuersum hominibus, vtpote quia vitam subuertant: aut saltem ars aliqua præter has omnes particulares, instituenda est, cuius sit, pro principiis artium omnium propugnare: etenim particularium vnaquæque artium ex principiis quæ pro concessis habentur, progreditur.* Vnde videntur tam Aristoteles, quàm etiam Hippocrates, suum eodem ferè modo digessisse sermonem, quem tamen expositores intelligentia non consequuntur. Siquidem Hippocrates non ea propter dixit, hunc sermonem illis non conuenire, qui de humana natura audire consueuerunt vlteriùs quam quantum ipsius ad medicinam pertineat, quod eos contemnat, qui ignem, & terram, & aquam, & aërem in elementis ponunt, imò ab initio statim ad extremum vsque eos increpat, qui vnum tantùm ex his ponit, quocunque modo sit illud. Id nanque esset prorsus ab omni ratione alienum, si propterea quia nullum ex his quatuor solum, sincerúmque conspiciatur in corpore, velit etiam negare ea omnia simul reperiri. Esset enim hoc perinde ac si quis credere nollet, medicamentum quod tetrapharmacum appellatum est, ex cera, resina, picéque & adipe componi, quoniam eorum nullum integrum sincerum contineri videat. Sed cur de his quæ inuicem per tota miscentur, & temperantur ampliùs loquimur? quum neque sicciora medicamenta, vt ea quæ ex cadmia, ære vsto, stimmíque constant, si illa sint optimè læuigata, videantur vllum ex his simplex purúmque seruare: nec vllam vnquam possis, quantumlibet vel minimam accipias particulam inuenire, vbi quodpiam ex his sincerum alteríque im-

A ἰατρική, πρῶτον μὲν, κἀκ τοῦ τῆς γενέσεώς τε, καὶ φθορᾶς, οἷον ὑπηρέτης ὑπάρχειν, εἰ μὴ δοθείη ταῦτα, συναναιρεῖται καὶ αὕτη. ἔπειτα δὲ καὶ οἱ τρόποι τῶν ἰάσεων, οἱ πολλοὶ καὶ πολυειδεῖς, οὗτοι πρὸς τῶν ἓν ἡγουμένων εἶναι τὸ ὄν, ἀνατρέπονται. ἢ γὰρ οὐδ᾽ ὅλως πείσεταί τι τὰ σώματα ἡμῶν, ἢ εἴπερ πάσχει, καθ᾽ ἕνα τρόπον πείσεται, ὥστε καὶ τὸ ἰώμενον ἓν ἔσται. εἰ δὲ τοῦτ᾽ ἀληθές, ἀπόλωλε δηλονότι σύμπασα ἰατρική. πολλῶν μὲν γὰρ ὄντων τῶν ἰωμένων, ἰατροῦ ἔργον ἐστὶ, τὸ προσφορον ἑκάστῳ τῶν νοσημάτων ἐξευρεῖν. ἑνὸς δ᾽ ὑπάρχοντος κατ᾽ εἶδος, τοῦ τε ἰω- B μένου, καὶ τοῦ νοσοῦντος, οὐδεὶς κίνδυνος ἀποτυχίας· ὥστ᾽ ὀρθῶς εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης εὐθὺς κατ᾽ ἀρχάς. ὅστις μὲν οὖν εἴωθεν ἀκούειν λεγόντων ἀμφὶ τῆς φύσεως τῆς ἀνθρωπίνης προσωτέρω, ἢ ὁκόσον αὐτέης ἐς ἰατρικὴν ἀφίκει, τουτέῳ μὲν οὐκ ἐπιτήδειος ὅδε ὁ λόγος ἀκούειν. οὔτε γὰρ τὸ πάμπαν ἠέρα λέγω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, τοῦτ᾽ ἔστιν οὐ παντελῶς ἕν, οὐδὲ μόνον. ὁ γὰρ τοῦτο λέγων προσωτέρω, ἢ κατὰ τὴν ἰατρικὴν, ἀποφαίνεται τὰς ἀρχὰς τῆς τέχνης ἀνατρέπων. χρὴ γὰρ εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο συγκεχωρῆσθαι τοῖς ἰατροῖς, ὡς πολλαὶ μὲν αἱ τῶν C νοσημάτων ἰδέαι, πολλαὶ δ᾽ αἱ τῶν ἰαμάτων. τοῦτ᾽ οὖν ὁ μὴ συγχωρῶν, ἀναιρεῖ τὰς ἀρχὰς τῆς ἰατρικῆς, ὥστε προσωτέρω, ἢ κατὰ τὴν ἰατρικὴν ὁ λόγος ἐστίν. ὁ γὰρ ἀντιλέγων τοῖς ἀναιροῦσιν ἡστινοσοῦν τέχνης τὰς ἀρχὰς, οὐχ ὁ τεχνίτης ἐστὶ τῆς ἀναιρουμένης τέχνης, ἀλλ᾽ ἕτερός τις, ὅπερ ἄν σοι γένηται δῆλον κἀκ τῆς τοῦ Ἀριστοτέλους ῥήσεως, ἐχούσης ὧδε. ὥσπερ γὰρ τῷ γεωμέτρῃ, οὐκ ἔτι λόγος ἐστὶ πρὸς τὸν ἀναιροῦντα τὰς ἀρχὰς, ἀλλ᾽ ἤτοι ἑτέρας ἐπιστήμης, ἢ κοινῇ πασῶν, οὕτως οὐδὲ τῷ φυσικῷ, τοῖς γὰρ ἀναιροῦσι τὰ ἐναργῶς φαινόμενα, ἢ κοινῇ πάν- D τας ἀνθρώπους μέμφεσθαι προσῆκεν, ὡς ἀνατρέπουσι τὸν βίον, ἢ τέχνην τινὰ ὑπὲρ τῶν ἀρχῶν ἀγωνιζομένην προστήσασθαι, παρὰ τὰς κατὰ μέρος ἁπάσας. αὐτὴν δ᾽ ἑκάστην τῶν κατὰ μέρος τεχνῶν, ἐπὶ ταῖς ἀρχαῖς συγχωρηθείσαις, οὕτω προϊέναι. φαίνονται τοίνυν ὁ μὲν Ἀριστοτέλης τε, καὶ Ἱπποκράτης, ὡσαύτως διατεθεῖσθαι τὸν λόγον, οἱ δ᾽ ἐξηγηταὶ μὴ παρακολουθεῖν. οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτ᾽ εἶπεν ὁ Ἱπποκράτης, οὐκ ἐπιτήδειον εἶναι τὸν λόγον τοῖς εἰωθόσιν ἀκούειν περὶ φύσεως ἀνθρωπίνης, προσωτέρω ἢ ὁκόσον αὐτέης εἰς ἰατρικὴν ἀφίκει, διότι κατα- E γινώσκει τῶν, πῦρ, καὶ γῆν, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα τιθεμένων στοιχεῖα, ἀλλ᾽ ἁπλῶς, ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τέλους, τοῖς ἓν ὁτιοῦν αὐτῶν εἰποῦσιν, εὑρίσκεται μεμφόμενος, ἐπεὶ ἐκεῖνό γε δεινῶς ἄλογόν ἐστιν. εἰ, διότι μηδὲν τῶν τεττάρων εἰλικρινὲς ἐν τῷ σώματι φαίνεται, διὰ τοῦτ᾽ ἀπιστηθήσεται πάντα. κατὰ γὰρ τὸν αὐτὸν, οἶμαι, τρόπον ἀπιστήσει τις, ἐκ κηροῦ, καὶ ῥητίνης, καὶ πίττης, καὶ στέατος συγκεῖσθαι τὴν τετραφάρμακον καλουμένην, ὅτι μηδὲν αὐτῶν ὁλόκληρον, καὶ παντελὲς ἐν αὐτῇ περιεχόμενον φαίνεται. καὶ τί δεῖ λέγειν περὶ τῶν οὕ- F τω δι᾽ ὅλων ἀλλήλοις κραθέντων; ὅπου καὶ τὰ ξηρὰ φάρμακα, τὰ ἐκ καδμίας καὶ στίμμεως, καὶ χαλκοῦ κεκαυμένου συγκείμενα, καλῶς λειωθέντα, τῶν ἁπλῶν οὐδέν τι εἰλικρινὲς διασωζόμενον ἔχει· οὐδ᾽ ἔστι λαβεῖν τι μόριον, οὐδὲ τὸ σμικρότατον αὐτῶν, ἐν ᾧ τῶν εἰρημένων ὁτιοῦν ἓν, ἄκρατόν τε, καὶ ἀμι-

κτον ἑτέρου θεάσῃ. μὴ τοίνυν, ἐπεὶ καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα, τῶν τεττάρων στοιχείων οὐδὲν εἰλικρινὲς διασωζόμενον ἔχει, ἐκ τούτων ἀπιστῶμεν αὐτὰ κεκρᾶσθαι, μηδὲ διὰ τοῦτο, τὸν μὲν κόσμον ἐκ τῶν τεττάρων εἶναι στοιχείων συγχωρήσωμεν, ἀφαιρώμεθα δὲ τὰ ζῶα τῆς ἐκ τούτων γενέσεως, ὥσπερ ἔξωθέν ποθεν ἥκοντα, καὶ οὐκ ἐν τῷ κόσμῳ γεγονότα. ἢ δεῖξαί μοι σὺ κελεύεις γῆν ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν εἰλικρινῆ καὶ ἄμικτον, αὐτὸς μηδ' ἐν τῷ κόσμῳ δεῖξαι τοιαύτην δυνάμενος· ὅτι γὰρ ἂν λάβοις αὐτῆς τὸ μόριον, εὐθὺς τοῦτο, καὶ θερμότητός τινος, καὶ νοτίδος, καὶ ἀερώδους οὐσίας μετέχει, τῆς ἀμίκτου γῆς, ἣν δὴ καὶ στοιχεῖον ἐπινοοῦμεν, ἐσχάτως πυκνῆς οὔσης, καὶ βαρείας, καὶ ψυχρᾶς, καὶ ξηρᾶς. ἀλλ' εἰ ἐν τῷ κόσμῳ τὸν λίθον ἐπιδεικνύεις μοι σὺ γεῶδες σῶμα, τοιοῦτον ἐν τοῖς ζώοις ἐπιδείξω σοι, τό τε τῶν ὀστῶν γένος, καὶ τὸ τῶν χόνδρων, καὶ τὸ τῶν τριχῶν. ἐκ τούτου δὲ τοῦ γένους ἐστὶ, κἂν τοῖς ὀστρακοδέρμοις ζώοις, τὸ καλούμενον ὄστρακον, ἀκριβῶς εἰς γῆς ἰδέαν ἀπεξηραμμένον, καὶ πεπιλημένον· ὥστ' εἰ ζητεῖς ἐν τοῖς ζώοις γῆν, ἔχεις θεάσασθαι τοιαύτην, οἵαν κἂν τῷ κόσμῳ, τήν τε ἄμικτόν τε, καὶ παντελῆ, καὶ μόνην, οὐκ ἂν οὐδ' ἐν ἐκείνῳ ῥᾳδίως ἐξεύροις· ὥσπερ οὐδὲ ὕδωρ καθαρὸν, καὶ ἀμιγὲς ἁπάντων τῶν ἄλλων, οὐδὲ πῦρ, οὐδὲ ἀέρα. νενόθευται γὰρ ἅπαντα τοῖς ἑτερογενέσι, καὶ ἀναμέμικται, καὶ μετείληφεν ἀλλήλων, ἢ μᾶλλον, ἢ ἧττον, ἀλλά τοι, κἂν τῇ μίξει τοῖς γε νοῦν ἔχουσιν, ἡ τοῦ κρατοῦντος ἰδέα φαίνεται. μὴ τοίνυν μηδ' ἐν τοῖς τῶν ζώων σώμασιν, ἄμικτόν τι ζήτει, ἀλλ' ἀρκείτω σοι, ποτὲ μὲν ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ πυκνὸν ἰδόντι τὸ μόριον, ἀναμνησθῆναι γῆς. ποτὲ δ' ὑγρὸν, καὶ ἀραιὸν, καὶ ῥυτὸν, εἰς ἔννοιαν ὕδατος ἀφικέσθαι. ἀναμιμνησκέτω δέ σε καὶ ἡ πολλὴ θερμασία κατὰ τὸ τοῦ ζώου σῶμα, πυρός· ἥ τε τοῦ πνεύματος φύσις, ἧς χωρὶς οὐχ οἷόν τε συστῆναι ζῶον, ἀέρος μὲν μάλιστα, ὑπ' αὐτοῦ δὲ πυρὸς ἀναμιμνησκέτω σε. μὴ δέ με γῆν αἰτήσῃς αὐτὴν καθ' αὑτὴν ἐν ζώου σώματι, μὴ δὲ τῶν ἄλλων μηδὲν ἄκρατον, ἢ δεῖξόν μοι σὺ πρότερος ἐν τῇ τετραφαρμάκῳ τὸν κηρόν. ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεται, εἰ τοὺς πυροὺς, καὶ τὰς κριθὰς, καὶ τὰς φηγοὺς, καὶ τὰ σῦκα, καὶ τῶν ἄλλων ὀσπρίων τε, καὶ ἀκροδρύων ἕκαστον, οὐκ ἐκ γῆς καὶ ὕδατος οἴει γεγονέναι, σαφῶς ὁρῶν ἐντεῦθεν αὐτοῖς ὑπάρχουσαν τὴν γένεσιν. ἆρ' οὖν οὐδ' ὅλως ἀέρος, ἢ πυρώδους οὐσίας μετέχει; καὶ μὴν εἰ γῆν ὕδατι δεύσειας, οὐδὲν ἔσται σοι πλέον πηλοῦ. τῶν δ' ὀσπρίων ἕκαστον, ἢ τῶν ἀκροδρύων, οὐκ αὐτὸ δὴ τοῦτο πηλός ἐστιν, ὅτι καὶ πυρὸς, καὶ ἀέρος μετείληφεν, δι' ὅλων ἀλλήλοις κεραννυμένων. ἀλλ' ἴσως σὺ μὲν τὰς φηγοὺς, καὶ τὰ σῦκα συγχωρεῖς, ἐκ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων γεγονέναι, καὶ πρό γε τούτων αὐτῶν, τὰ φυτὰ, μικρὸν μὲν ἑκάστου σπέρμα θεώμενος εἰς τὴν γῆν καταβαλλόμενον, ὃ τῶν ἄλλων φυτῶν οὐδὲ μυριοστόν ἐστι μόριον. ἅπασαν δὲ τὴν ἄλλην οὐσίαν, ἐκ τῶν τοῦ κόσμου στοιχείων ὁρῶν γινομένην. ἀπορεῖς περὶ τῶν ζώων, ὥσπερ οὐχὶ κἀκείνων ἐντεῦθεν τρεφομένων. ὄϊες μὲν γὰρ τὰς πόας, σύες δὲ καὶ ταύτας, καὶ τὰς φηγοὺς, αἶγες δὲ πρὸς τούτοις, καὶ τοὺς

A permixtum inſpicias. Igitur, tametſi nullum etiam è quatuor elementorum numero integrum ſincerúmque in animantium corporibus reperiatur, tamen non propterea dubitandum, quin illa ex his ſint contemperata: neque eam ob cauſam, ſi mundum ex quatuor elementis conſtare concedimus, deinde ab hac horum compoſitione animalia eximamus, ac ſi illa minimè ſint in eo procreata, ſed huc extrinſecus, & aliunde introducta. Vel cur eſt, quæſo, quod tu à me velis terram in corporibus animantium oſtendi, quæ ſincera ſit, atque impermixta, quum eiuſcemodi ne in vniuerſo quidem B à te oſtendi queat? quancunque enim illius particulam acceperis, ea ſtatim erit alicuius caloris, ac humoris cuiuſdam, aëreæque ſubſtantiæ particeps, quum tamen ea terra, quam etiam eſſe elementum opinamur, ſit quàm maximè denſa, grauiſque, & ſicca, & præterea frigida. Quod ſi tu in mundo mihi lapidem oſtenderis terreum ſanè corpus, ego tibi illi ſimile in animantibus oſſium, cartilaginum, pilorúmque genus oſtendam: ad quod etiam in teſtaceis animalibus id ſpectat, quod teſta appellatur, quod iam exactè eſt in ſpeciem terræ concretum & exiccatum. Quare ſi cupis in animante terram intueri, eandem habes qualem in vniuerſo: C eam verò, quæ ſola ſit, & cuiúſque mixturæ expers, neque in illo facilè reperias, quemadmodum neque aquam puram, quæ aliorum nulli commixta ſit, nec ignem, nec aërem: ſunt etenim hæc omnia quaſi adulterata, & aliis mixta, quæ ſunt diuerſi generis: ſempérque alterum alterius tum magis, tum minus particeps eſt: vt tamen in ipſa mixtione, illius (ſi quis animum intendat) forma appareat, quod alia excedit. Ne igitur amplius impermixtum quicquam in animalium corporibus exquiras: ſed quotieſcunque aliquam videris particulam frigidam ſiccámque, & denſam; ea ſatis D ſit ad reuocandam tibi terram in memoriam. Satis etiam præterea ſit humidum aliquid vidiſſe, & rarum, atque fluens: ad aquam mente concipiendam. Calor quoque, qui plurimus in corpore animantis reperitur, tibi ignis memoriam repræſentet: necnon & ſpiritus natura, citra quem animal, nequaquam conſtare poteſt, aëris in primis, ac mox etiam ignis tibi afferat memoriam. Iam ne me popoſceris terram, quæ ipſa per ſe ſit, nec aliorum vllum ſincerum: aut tu mihi prior in tetrapharmaco ceram oſtende. Nam ego non poſſum ſanè non admirari, ſi tu non arbitraris triticum, hordeum, glandes, fagos, ficus, leguE mináque omnia, ac fructus ex terra, & aqua gigni, quum tamen ea manifeſtò videas ſuum inde ortum habere. Anne igitur eorum ſubſtantia dum gignitur, ignis eſt, & aëris expers? Atqui ſi terram aqua maceraueris, nihil inde, niſi lutum habebis: legumina tamen, & huiuſcemodi fructus non id ipſum ſunt, lutum inquam: vtpotè quæ ab igne, & aëre ſimul per tota temperatis partem habeant. Concedes forſitan tu glandes quidem ficúſque ex totius vniuerſi elementis conſtare, atque etiam ſtirpes his ipſis priores: quippe qui videas cuiúſque eorum ſemen F perexiguum, quod terræ mandatum eſt, neque milleſimam eſſe particulam totius plantæ, quæ aliam, vel vniuerſam deinde ſubſtantiam à totius vniuerſi referant elementis. Sed mox de animantibus dubitas, perinde ac ſi hæc ab illis non alantur: oues enim herbas depaſcuntur, ſues non eas modò, ſed & glandes, capræ verò præter has

arborum quoq; teneros ramos. Vnde illis ſanguis gignitur, atque corpori alimentum accedit, ac præterea fœtus inde, & conſtant, & augentur. Nunquid igitur capræ, oues, ſuéſque ex vniuerſi procreatæ ſunt elementis, cætera verò, quæ his ipſis veſcuntur, aliundè primum habent ortum, aut nutricationem, aut incrementum? Porrò hæc omnia, & ab omni ratione aliena, & abſurda ſunt, atque etiam multa rerum inſcitia referta. Legumina etenim, fructúſque omnes ex elementis vniuerſi ſuam habent originem, è quibus omnia animalia gignuntur, aluntur, & augentur. Audacterque profitendum eſt terram, ignem, aërem, & aquam, prima eſſe communiáque rerum omnium elementa, quum ipſa ſint inter ea corpora, quæ rerum vniuerſitate comprehenduntur, omnium prima, atque ſimpliciſſima vſque adeò, vt alia deinde omnia, ſtirpes inquam, & animalia, ſint ex his concreta. Atque Hippocrates in proceſſu libri De natura humana, non modò pronunciat, quòd hæc ſint omnium elementa, quæ mundo contineantur: verum etiam primus ipſe eorum qualitates definiuit, per quas inter ſe natura agere, & pati poſſunt.

CAPVT VIII.

Aduerſus Athenæum primas qualitates non eſſe prima elementa.

QVod dum non aſſequũtur quàm plurimi multiplici verborum ſignificatione confuſi, turbantur, quemadmodum Athenæo Attalenſi contigit, qui vt calidum, frigidum, humidum, & ſiccũ hominis eſſe elementa ſtatuit: ita elementa vſque eo eſſe euidentia prædicat, vt nullam præterea demonſtrationem expoſcant: qui ea etiam qualitates nonnunquam, ac poteſtates appellat, nonnunquam verò eſſe corpora concedit, nec audet hæc fateri eſſe ignem, aquam, aërem, & terram: qui, & ſi nullus è iunioribus æquè vniuerſam rei medicæ rationem, ac ipſe literis mandauerit: in hoc tamen & in multis præterea aliis, vnà cum reliquis ferè omnibus erraſſe depreheditur. Nemo enim, quod equidem nouerim, antequam medicinam accuratè tractauit, aut methodos à priſcis illis nobis traditas abſoluit. Quin etiam, ſi verum ingenuè fateri liceat, dixerim, multa ex his, qui ab illis conſtantiſſimè dicta ſunt, hos detraxiſſe. Siquidem Athenæus ait elemente ita eſſe euidentia, vt nulla egeãt demonſtratione. Sed libenter ab eo ſciſcitarer, hanc ne euidentiam aſſecuta ſint ea ratione, que elementa ſunt: an potius ex ipſis eorum ſubſtantiis, quibus deinde accidit, vt elementa ipſa ſint? quoniam ſi ex ſubſtantiis, cur non etiam affirmat, ſalubria morboſáque eſſe omnibus homibus manifeſta, quæ nulla propter eorum euidentiam diſciplina, nulláque demonſtratione egeant? Iam enim nemo eſt, qui panem lentémq; non agnoſcat, necnon, & ptiſſanam, & carnem, alicámq, & mulſam: ſed quos deinde hæc ſigillatim poſſint, vel iuuare, vel lædere, non eſt æquè omnibus compertum: inde tamen habent, vt hæc ſalubria ſint, illa verò morboſa. Norunt igitur omnes panem, ptiſſanámque: ſalubria tamen & morboſa ignorant. Et idem de medicamentis dixerim, nemo ferè eſt, qui veratrum, elaterium, ſcammoniam, epithymũ, irim, & helenium tractare non poſſit, non poſſit etiam olfacere, inſpicere, & guſtare: qui tamen quum ignorent poſtea quid commodi, quídve incommo-

A ἁπαλοὺς κλάδους τῶν δένδρων σιτοῦνται, κἀκ τούτων αὐτοῖς τό, τε αἷμα γίνεται, καὶ τὸ σῶμα τρέφεται, καὶ τὰ κυήματα συνίσταταί τε, καὶ αὔξεται. πότερον οὖν αἶγες μὲν, καὶ σύες, καὶ ὄιες ἐκ τῶν τοῦ κόσμου γεγόνασι στοιχείων, οἱ δὲ ταῦτα ἐσθίοντες, ἐξ ἄλλου τινὸς, ἢ τὴν πρώτην γένεσιν καὶ αὔξησιν, ἢ τὴν νῦν ἔχουσι τροφήν; καὶ μὴν ἄλογα ταῦτα πάντα, καὶ ἄτοπα, καὶ πολλῆς ἀμαθίας μεστά. καὶ γὰρ ὄσπρια, καὶ καρποὶ πάντες, ἐκ τῶν τοῦ κόσμου γεγόνασι στοιχείων, κἀκ τούτων, τὰ ζῶα καὶ γίνεται, καὶ τρέφεται, καὶ αὐξάνεται. καὶ χρὴ θαῤῥούντως B ἀποφαίνεσθαι, γῆν καὶ πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, πάντων εἶναι κοινὰ καὶ πρῶτα στοιχεῖα. πρῶτα γάρ ἐστι ταῦτα, καὶ ἁπλούστατα σώματα πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ. τὰ δ᾽ ἄλλα πάντα, καὶ φυτὰ καὶ ζῶα, ἐκ τούτων σύγκειται. καὶ Ἱπποκράτης οὐ μόνον, ὅτι ταῦτα στοιχεῖά ἐστι πάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ, προϊὼν αὐτὸς ἀποφαίνεται κατὰ τὸ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίον, ἀλλὰ καὶ τὰς ποιότητας αὐτῶν, καθ᾽ ἃς εἰς ἄλληλα δρᾷν, καὶ πάσχειν πέφυκεν, αὐτός ἐστιν ὁ πρῶτος ὁρισάμενος.

C ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ΄.

Εἰς τὸν Ἀθήναιον, τὰς πρώτας ποιότητας μὴ εἶναι τὰ πρῶτα στοιχεῖα.

ΜΗ παρακολουθοῦντες δ᾽ οἱ πολλοὶ τῇ κατὰ τὸν λόγον ὁμωνυμίᾳ, συγχέονταί τε, καὶ ταράττονται, καθάπερ καὶ Ἀθήναιος ὁ Ἀτταλεὺς, ἅμα μὲν τιθέμενος στοιχεῖα τοῦ ἀνθρώπου, τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, ἅμα δ᾽ ἐναργῆ φάσκων εἶναι τὰ στοιχεῖα, καὶ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως δεῖσθαι. καί ποτε μὲν ὀνο- D μάζων αὐτὰ ποιότητάς τε, καὶ δυνάμεις ἐνίοτε δὲ συγχωρῶν σώματ᾽ ὑπάρχειν. εἶτα δεδιὼς, ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ πῦρ, καὶ γῆν ὁμολογῆσαι, καίτοι σχεδὸν οὐδεὶς τῶν νεωτέρων ἰατρῶν οὕτως ἅπαντα τὸν κατὰ τὴν ἰατρικὴν τέχνην ἐξειργάσατο λόγον, ὡς Ἀθήναιος. ἀλλ᾽ ὅμως κἀκεῖνος ἁμαρτάνων φαίνεται, καὶ ταῦτα, καὶ ἄλλα πάμπολλα, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες. οὐδένα γὰρ οἶδα τὴν παλαιὰν ἰατρικὴν ἀκριβῶς μεταχειρισάμενόν τε, καὶ τελειώσαντα τὰς ὑπ᾽ ἐκείνων ἡμῖν παραδοθείσας μεθόδους. ἀλλ᾽ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀφείλοντο πολλὰ τῶν ὀρθῶς εἰρημέ- E νων, ὅπου γε καὶ Ἀθήναιος, ἐναργῆ φησιν εἶναι τὰ στοιχεῖα, καὶ μηδεμιᾶς ἀποδείξεως δεῖσθαι. πότερον γὰρ ᾗ στοιχεῖα, ταύτῃ τὴν ἐνάργειαν αὐτοῖς μαρτυρεῖ, ἢ κατὰ τὰς οὐσίας, αἷς συμβέβηκεν αὐτοῖς εἶναι στοιχείοις. εἰ μὲν γὰρ κατὰ τὰς οὐσίας, τί οὐχὶ καὶ τὰ ὑγιεινὰ, καὶ τὰ νοσερὰ, πᾶσιν ἀνθρώποις φαίνεσθαί φησι, καὶ μήτε διδασκαλίας τινὸς, μήτ᾽ ἀποδείξεως προσδεῖσθαι διὰ τὴν ἐνάργειαν, ἅπαντες γὰρ γνωρίζουσιν ἄρτον, καὶ φακῆν, καὶ πτισάνην, καὶ κρέας, καὶ χόνδρον, καὶ μελίκρατον, ἀλλὰ τίνας, ἢ πότε βλάπτειν, ἢ ὠφελεῖν ἕκαστον τούτων πέφυκεν, οὐκέτι γινώσκουσιν. ἐν F τούτῳ δὲ τῷ αὐτοῖς ὑγιεινοῖς, ἢ νοσεροῖς ὑπάρχειν, ὥστ᾽ ἄρτον μὲν, καὶ κρέας ἴσασι, καὶ πτισάνην. ὑγιεινὸν δὲ καὶ νοσερὸν, οὐκ ἐπίστανται. οὕτω δὲ καὶ τῶν φαρμάκων, ἐλλέβορον, ἐλατήριον, σκαμμωνίαν, ἐπίθυμον, ἶριν, ἑλένιον, οὐδείς ἐστιν ὃς οὐκ ἐναργῶς ἅψασθαι, καὶ ὀσφρήσασθαι, καὶ ἰδεῖν, καὶ γεύσασθαι δύναται. τὰς δ᾽ ἐξ αὐτῶν ὠφελείας, ἢ βλά-

θας, οὐκ ἴσασιν, ὡς οὐδὲ τὸ ὑγιεινόν, ἢ νοσερὸν αὐτῶν ἐπίστανται. καὶ τοίνυν, καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ γῆν, οὐδείς ἐστιν ὡς οὐκ ἐναργῶς γινώσκει ταῖς αἰσθήσεσιν ἁπάσαις. ἀλλ' εἰ στοιχεῖα ταῦτ' ἐστὶν οὐκ ἔτι γινώσκουσιν, οὐ μόνον οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐδὲ τῶν φιλοσόφων ἔνιοι, ἀλλ' ἴσως φήσουσιν οἱ ἀπ' Ἀθηναίου, μηδ' αὐτοὶ περὶ γε τούτων αὐτῶν ἀποφαίνεσθαι μηδέν, ἐπέκεινα γὰρ εἶναι τῆς ἰατρικῆς τέχνης. ἀρκεῖν δὴ αὐτοῖς τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ τὸ ξηρὸν καὶ ὑγρόν, ἃ κἂν τοῖς ζώοις ἐναργῶς δεῖξαι δύνανται, στοιχεῖα καὶ τῶν σωμάτων ὑποθέσθαι καὶ τῆς ὅλης ἰατρικῆς. τὸ μὲν οὖν, ὥσπερ ζώου, καὶ τῆς ἰατρικῆς ὑποθέσθαι στοιχεῖα, τὸ θερμόν, καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ τὸ ξηρόν, καὶ τὸ ὑγρόν, ὅσης ἀλογίας ἔχεται, τί ἂν ἐγὼ νῦν ἀπεξίοιμι; κεκωμῴδηται γὰρ ὑπὸ πολλῶν ἤδη τὸ δόγμα, καὶ ψόγον, καὶ γέλωτα, οὐ σμικρόν, ἔτι τε πρὸς τούτοις, ἀπιστίαν οὐκ ὀλίγην, τῷ παλαιῷ προσετρίψατο λόγῳ. τίς γὰρ ἄν, μᾶλλον αὐτὸν προὔδωκεν, ἢ ὁ μήτ' ἀπόδειξιν ἔχειν φάσκων τὰ στοιχεῖα διὰ τὴν ἐνάργειαν, ἀξιῶν δὲ ταῦτα τῆς ἰατρικῆς καὶ τῶν ζώων ὑποθέσθαι στοιχεῖα. τὸν δὲ φοβούμενον εἰπεῖν ὕδωρ, καὶ πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ γῆν, ὑγρὸν καὶ θερμόν, καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν ὀνομάζειν, ὅτι μηδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ ἀμαθήτως ἔχειν ὁμωνυμίας, ἐγώ μοι δοκῶ δεῖξειν, οὐχ ἵν' Ἀθηναῖον ἐλέγξαιμι σφαλλόμενον, ἀλλ' ἵν' ὁμοίως ἐκείνῳ τοὺς λοιποὺς ἁμαρτάνειν κωλύσαιμι. καὶ δείξω γε δι' αὐτῶν τῶν πραγμάτων, ὡς οὐκ ἐνδέχεται χωρὶς τῆς λογικῆς θεωρίας, οὐδὲν ἀκριβῶς οὐδένα καταστήσεσθαι δόγμα. τὰ γοῦν ἐμοὶ συμβάντα θεοὺς ἐπομνύμενος, ἤμελλον οὕτως ἐρεῖν, ὡς ἐγένετο, καὶ δὴ πειράσομαι διηγήσασθαι. ἡνίκα τὸ πρῶτον, ὁ τούτων διδάσκαλος ἐπεχείρει με διδάσκειν τὴν Ἀθηναίου γνώμην, ἠξίουν αὐτόν, ἀκριβῶς μοι διελέσθαι τὴν ὁμωνυμίαν. οὐ γὰρ εἰδέναι, κατὰ τινος ὑποκειμένου πράγματος ἐπιφέρει τὸ θερμόν, ἢ τὸ ψυχρόν, ἢ τῶν ἄλλων τι τῶν τοιούτων ὀνομάτων. ὡς γὰρ λευκόν, ἔφην, αὐτό τε τὸ χρῶμα λέγεται, καὶ τὸ δεδεγμένον τὰ χρώματα σῶμα, φαμὲν γὰρ τῶν χρωμάτων, τὸ μὲν εἶναι λευκόν, τὸ δὲ μέλαν, τὸ δ' ἐρυθρόν, τὸ δὲ ξανθόν, τὸ δὲ ὠχρόν. ἔτι τε πρὸς τούτοις, τὰ δεδεγμένα τὰς χρόας σώματα, λευκὸν γὰρ τὸν κύκνον, καὶ τὸ γάλα λέγομεν, μέλανα δὲ τὸν κόρακα, καὶ τὸν Αἰθίοπα, οὕτως, ἔφην, ἀκούω καὶ θερμὸν λεγόντων, ἐνίοτε μὲν αὐτὸ τὸ σῶμα, καθάπερ εἰ τύχοι τὸ πῦρ, ἐνίοτε δὲ τὴν ἐν αὐτῷ ποιότητα μόνην. οὐ τοίνυν ἔφην, γινώσκω, ἐπειδὰν εἴπῃς θερμόν, ὅ, τί ποτε δηλοῦν ἐθέλεις, εἴτε τὴν ποιότητα μόνην, εἴτε τὸ δεδεγμένον αὐτὴν σῶμα. ὁ δέ, πρὸς μὲν τοῦτο, καὶ μάλα ἑτοίμως ἀπεκρίνατο, μὴ τὴν ποιότητα μόνην, ἀλλὰ καὶ σύμπαν τὸ σῶμα, θερμὸν ὀνομάζειν ὁμολογῶν, ἐφεξῆς δέ μου πάλιν ἐρομένου. πότερον οὖν ἐκεῖνο λέγεις μοι τὸ σῶμα στοιχεῖον, ὅ, τί περ ἂν ἄκρως ᾖ θερμόν, ἢ κἂν μετρίως ᾖ τοιοῦτο, ἔσται καὶ τοῦτο στοιχεῖον; ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ ψυχροῦ, καὶ ὑγροῦ, καὶ ξηροῦ, τὴν αὐτὴν ἐρώτησιν ποιησαμένου μου. τί δὲ τοῦτο ἔφη σοι διαφέρει, ταραττόμενος ἤδη, καὶ μὴ καθὼς πρόσθεν, ἑτοίμως ἀποκρινόμενος ὅτι πολὺ διαλλάττει ἔφην,

A di, ea poſſint afferre, ignorant etiam quid ſalubre contineãt, & quid inſalubre. Atqui pari etiam paſſu quis eſt, qui euidentiſſimè, & ope ſenſuum omnium terram non norit, aquámque, & ignem, & aërem? ſed quod ea ſint elementa, adeò eſt plerisque hominum occultum, vt nonnullos quoque ex philoſophis lateat. Dicet forſitan quiſpiam ex ſectatoribus Athenæi, ſe quoque de his nihil pronunciare, quippe quòd limites artis medicæ excedant: ſibi verò ſatis eſſe calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, quæ etiam in animalibus poſſunt perſpicuè oſtendere, corporum etiam, ac medici-
B næ vniuerſæ elementa ſupponere. Verùm enimuerò quam ſit ab omni ratione procul, velle, vt animalium, ita medicinæ elementa, ſtatuere calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, nihil arbitror eſſe opus, vt à me in præſentia ampliùs explicetur, quũ idipſum dogma à quampluribus palàm, & perinde, ac in ſcena taxetur, iámque & deriſioni, atque infamiæ ſit, & non parum præterea de fide detraxerit ſermoni antiquo. Nam quis eſt qui vnquam magis illum prodiderit, quàm qui elementa ait nulla ob euidentiam demonſtratione egere, quique cenſet deinde hæc eſſe ſupponenda, tam animantium, quàm medicinæ eſſe elementa? Ego verò
C monſtrare ſtatui, quòd hominis ſit quaſi ſtupidi, & quem omnino verborũ multiplicitates lateant, vereri quidem nominare aquam, ignem, terram, & aërem: malle autem calidum, frigidum, humidum, & ſiccum appellare. Nec id agam vt Atheneum erroris damnem: verùm potiùs vt in cauſa ſim, ne alij in eundem cum illo errorem labantur: atque vt interim etiam oſtendam vel ex ipſiſmet rebus, neminem vnquam poſſe decretum aliquod accuratè conſtituere, abſque ope logicæ diſciplinæ. Deos autem teſtor me non ſecus hæc narraturum, ac mihi euenerint: iam ergo narrationẽ aggrediar. Quo
D primùm tempore ille qui hæc profitebatur dogmata, me Athenæi ſcientiam docere nitebatur: & in primis ab illo requirebam, vt nominum multiplicitatem exquiſitè diſtingueret: quippe quum me profectò lateret, quando ille calidum, vel frigidum, vel humidum, vel ſiccum, vel aliquod aliud huiuſce generis nomen proferret: in quam ſubiectam rem illud foret referẽdum: dicebam etenim, albus non modò color ipſe dicitur, ſed corpus quoque quod eo colore imbutum eſt. nam vt colorum dicimus hunc album eſſe, illum nigrum, alterum rubeum, alterum verò flauum, alterum palli-
E dum: ita etiam de corporibus quæ iſtis coloribus infecta ſunt, loquimur: cygnum enim & lac album dicimus, coruum verò, & æthiopem nigrum. Et eodem, inquam, modo ſæpè audio, qui corpus ipſum, vtpotè ignem calidum appellent, nonnunquam ſolam qualitatem eam quæ illi indita eſt. Vnde quum album profers, non etiam percipio quid tu mihi velis ſignificare, ſolámne qualitatem, an præterea & corpus ea affectum. Ille autem ſtatim ad hæc promptè admodum reſpondit: faſſúſque eſt ſe non qualitatem ſolam: ſed vniuerſum hoc, corpus inquam, calidum, ſic appellare. Verùm quũ iterum deinde illum percunctarer: Tu ne igitur ele-
F mentum ſolum id corpus ais, quod ſummè calidum eſt, aut potiùs nec illa alioquin ab elementorum numero eximis quæ moderatè calida ſint? & hoc idem de frigido quærebam, humidóque & ſicco. At ille cœpit hæſitare, nec amplius ita expeditè reſpondebat, dixit attamen. Quid, inquit, hoc tuâ refert? Plurimùm inquam: tanti nimirum,

quanti, vt vel infinita sint elementa constituenda, vel finita. Quoniam siquis in elementis vel mediocria calida, aut frigida, aut humida, aut sicca posuerit; cogetur statim fateri infinita elementa; sed qui id tantùm quod summum est; non amplius infinita, quum id in vnoquoque genere vnicum sit; vt demum finita, quatuórque futura sint elementa. Igitur ait ille; tu quoque hoc modo accipe, finita quatuórque elementa. Tum ego, iam ita satis constat ea, & prima esse, & simplicia, atque sibi qualitates summas vendicare. Tum ille, & tu cur tandem hoc vel etiam quàm par sit curiosiùs scrutaris? vt id quod dicitur (inquam ego) exactiùs apprehendam. Ille verò, ita equidem dico, & tu quoque ita intellige. Sed quum mox iterum interrogassem; tu, quæso, quo pacto iubes me elementum intelligere summè calidum, aut humidum? ipse non parum perturbatus, ac ira incitatus respondit, corpus id calidum appello, in quo calor superat, & eodem etiam modo frigidum, & humidum, & siccum, vbi vnumquodque eorum, quæ nunc recensuimus, excellit, & exuperat. Nihil sanè vetat (dicebam ego) quin ita loquamur; nam & panis, & lens, atque etiam ptisana, & balneæ calidæ dicuntur; attamen nunquam putarim te hoc à me exigere, vt existimem vnumquodque horum esse elementum, sed id potiùs, quod summè calidum est, & humidum, & pari modo quod summè siccum, & frigidum est, quod sit opus, vt simplex sit elementum, & cuiuscunque mixturæ expers. Qui ait, sic tu quoque intelligas, neque enim is sum, qui velim asserere lentem, aut ptisanam esse elementum. Atqui, inquam ego, quotiescunque existimauerim id corpus esse elementum, quod summè calidum sit, quid aliud putauerim ego quàm ipsum ignem? Esto, dixit ille, ignem puta. Vis ne igitur, dixi, vt ratione eadem quod summè humidum est, aquam arbitrer? vix tandem ille assensit. Quare, inquam, ad ignem, aërem, aquam, & terram, vnde maximè inter initia aufugiebamus, denuò reuoluimur? Ille verò, inquit, tu es qui istis rationem conturbas; statimque ad alios discipulos conuersus ait. Hic in dialecticis studiis educatus, ac inde quadam veluti scabie repletus (ita enim ipse loquebatur) omnia distorquet, peruertit, & confundit, nos fallacibus quibusdam rationibus petens, vt quàm ipse sit dialectices peritus ostendat. Accessit igitur, ac postulauit nos arbitrari calidum multiplex habere significatum, primùm vt qualitaaem significat, quemadmodum album colorem; deinde verò corpus id, quod ea qualitate summa affectum est; tertio loco illud in quo hæc qualitas alias superat, calidum nuncupatur, sicuti balneum. Verùm nos, qui nunquam istius modi sophismata diluere didicimus; illi qui ea contexuit soluenda relinquemus. Porrò hæc mihi euenere, quum annum agerem decimum nonum. Postmodum autem, ne contentiosus viderer, plurima silentio præteribam, mecum tamen ipse cùm alia multa, tum vel maximè elementorum rationem meditabar, atque etiam non parum admirabar, Athenæum non animaduertere quàm se ipsum confundat, dum calidum, frigidum, humidum, & siccum nominare audet, & ea ignem, aquam, aërem, & terram dicere recusat. Equidem, ait ipse; quippe quum proxima sumere velim animalium elementa, non quæ corporum omnium communia sint; proxima verò propria appellat, ita nimirum vt nullius alterius sint. Ego verò inter huiusce libri initia præfatus sum, plurimum inter ea quæ videntur,

ἢ ἄπειρόν τι πλῆθος ὑποθέσθαι στοιχείων, ἢ πεπερασμένον. ἄπειρον μὲν γὰρ ἔσται πως, μετρίως θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν ὑποτιθεμένῳ στοιχεῖον, οὐκ ἄπειρον δὲ πως, ἄκρως. ἓν γὰρ καθ' ἕκαστον ἔσται γένος. ὥστε εἶναι τέτταρα τὰ πάντα στοιχεῖα πεπερασμένα. οὕτω τοίνυν, ἔφη, νόει καὶ τέτταρα. δῆλον οὖν εἶπον, ὅτι καὶ ἄκρα ταῖς ποιότησι, καὶ ἁπλᾶ, καὶ πρῶτα. τί γὰρ δεῖ, εἶπεν ἔτι τοῦτο πολυπραγμονεῖς; ἵνα, ἔφην, νοήσαιμι τὸ λεγόμενον ἀκριβῶς. ἀλλ' οὕτως, ἔφη, λέγω, καὶ οὕτως νόει. πῶς κελεύεις με νοῆσαι, πάλιν ἐπανηρώτων ἐγὼ, τὸ ἄκρως θερμὸν, ἢ ὑγρὸν, στοιχεῖον; ὁ δὲ ὀργιζόμενός τε ἤδη, καὶ ταραττόμενος ἱκανῶς. ὅπου δὴ αὖ, ἔφη, τὸ θερμὸν ἐπικρατήσῃ, θερμὸν ὀνομάζω σῶμα, καὶ ὑγρὸν αὖ, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν ὡσαύτως, ἐν ᾧ κρατεῖ, καὶ πλεονεκτεῖ τῶν εἰρημένων ἕκαστον. ὀνομάζειν οὖν, ἔφην, οὕτως οὐδὲν κωλύει. καὶ γὰρ ὀνομάζεται καὶ ἄρτος θερμὸς, καὶ φακὴ, καὶ πτισάνη, καὶ βαλανεῖον, ἀλλ' οὐχ ἡγοῦμαί σε τούτων ἕκαστον ἀξιοῦν με νοῆσαι στοιχεῖον, ἀλλὰ μόνον ἐκεῖνο τὸ ἄκρως θερμὸν, οὕτω δὲ καὶ τὸ ἄκρως ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρόν. ἁπλοῦν γὰρ εἶναι χρὴ, καὶ ἄμικτον, οὐ σύνθετον, οὐδὲ μεμιγμένον ἤδη τὸ στοιχεῖον. οὕτως, ἔφη, νόει. πτισάνην γὰρ, καὶ φακὴν, οὐκ ἂν εἴποιμι στοιχεῖον, καὶ μὴν, εἶπον, εἰ τὸ ἄκρως θερμὸν σῶμα νοήσαιμι στοιχεῖον εἶναι, πῦρ εὐθέως ἐννοῶ, καὶ οὐδὲν ἄλλο. νόει τοίνυν, ἔφη, πῦρ. οὕτως οὖν, ἔφην, βούλει με, καὶ τὸ ἄκρως ὑγρὸν, ὕδωρ νοῆσαι; συνεχώρησε καὶ τοῦτο πάνυ μόγις. ἐπὶ πῦρ οὖν αὖθις ἥκομεν, ἀέρα τε, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν, ὧν κατ' ἀρχὰς ἀπεχωρήσαμεν. ὁ δέ; σὺ γὰρ, ἔφη, τοιαῦτα ταράττεις τὸν λόγον, καὶ ἅμα πρὸς τοὺς ἄλλους ἀποβλέψας μαθητὰς, οὗτος, ἔφη, τραφεὶς ἐν διαλεκτικῇ, καὶ τῆς ἐκεῖθεν ἀναπλησθεὶς ψώρας. οὕτω γὰρ δὴ καὶ ὠνόμασεν αὐτὸς, ἀναστρέφει πάντα, καὶ διαστρέφει, καὶ κυκᾷ, σοφιζόμενος ἡμᾶς, ἵν' ἐπιδείξηται τὴν λογικὴν αὐτοῦ παρασκευήν. ἧκει γοῦν ἀξιῶν ἡμᾶς ὁμώνυμα νοῆσαι τὰ θερμὰ, ἓν μὲν ὡς ποιότητα, καθάπερ τὸ λευκὸν χρῶμα, δεύτερον δὲ, τὸ τὴν ἄκραν ποιότητα δεδεγμένον σῶμα, καὶ τρίτον ὃ τῆς τοιαύτης ἐπικρατεῖ ποιότητος, θερμὸν ὀνομάζειν, καθάπερ τὸ βαλανεῖον. ἀλλ' ἡμεῖς, ἔφη, σοφίσματα λύειν οὐκ ἐμάθομεν, αὐτὸς τοίνυν, ὡς ἔπλεξεν, οὕτως καὶ λυέτω. ταῦτα μὲν ἐμοὶ συνέπεσεν, ἔτος ἐννεακαιδέκατον ἄγοντι. καὶ τοῦ λοιποῦ, τὰ πλείω μὲν ἐσιώπων ὑπὲρ τοῦ μὴ δοκεῖν ἐρίζειν. αὐτὸς δὴ ἀνεσκεπτόμην, πρὸς ἐμαυτὸν τά τ' ἄλλα, καὶ τὸν περὶ στοιχείων λόγον. ἐθαύμαζον δὲ, πῶς οὐκ αἰσθάνεται συγχέων ἑαυτὸν ὁ Ἀθήναιος, ὃς θερμὸν μὲν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν ὀνομάζειν ἐπιχειρεῖ, ἀπαξιοῖ δὲ πῦρ εἰπεῖν, καὶ γῆν, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ. ναί φησι. τὰ γὰρ προσεχῆ τῶν ζώων λαμβάνω, οὐχὶ τὰ κοινὰ πάντων σωμάτων στοιχεῖα. καλοῦσι δὲ προσεχῆ, τὰ οἷς ἴδια, καὶ μηδενὸς ἄλλου τῶν ἁπάντων. ἐμοὶ δὲ καὶ κατ' ἀρχὰς εὐθὺς εἴρηται, πάμπολυ διαφέρειν τὰ φαινόμενα

στοιχεῖα, τῶν ὄντως στοιχείων. ἔοικα δὲ καὶ νῦν εἰπεῖν ὑπὲρ αὐτῶν διὰ μακροτέρων. εἴπερ γὰρ ἐλάχιστόν τι, καὶ ἁπλούστατόν ἐστι μόριον τὸ στοιχεῖον, εἴη ἂν ὡς πρὸς τὴν αἴσθησιν, ὀστοῦν, καὶ χόνδρος καὶ σύνδεσμος, καὶ ὄνυξ, καὶ θρὶξ, καὶ πιμελὴ, καὶ σὰρξ, καὶ νεῦρον, καὶ μυελὸς, ἶνές τε, καὶ ὑμένες, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἅπαντα τὰ ὁμοιομερῆ στοιχεῖα τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων. ἆρ' οὖν ὁ Ἀθήναιος ἔθετό που ταῦτα στοιχεῖα; καὶ μὴν αὐτός ἐστιν ὁ γράφων, ἕκαστον μὲν τῶν ὁμοιομερῶν, ἐκ τῶν πρώτων γεγονέναι στοιχείων. ἐκ δὲ τῶν ὁμοιομερῶν, ἤδη καὶ συγκεῖσθαι τὰ ἄλλα τοῦ ζώου μόρια. τῆς οὖν σαρκὸς (εἰ οὕτως ἔτυχεν) ἢ τῆς πιμελῆς, ἐρωτηθεὶς τὰ στοιχεῖα, δῆλον, ὅτι τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν ἀπεκρίνατο. καὶ μὲν δὴ καὶ ὀστοῦ, καὶ χόνδρου, καὶ τριχὸς, ὡσαύτως ὑγρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν εἶναί φησι τὰ στοιχεῖα. καιρὸς οὖν ἤδη πυνθάνεσθαί σε, ὁποῖον ὑγρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ θερμὸν ἀπεφήνατο. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐπικράτησιν, ὑγρὸν μὲν ἡ σὰρξ, ὁ χόνδρος δὲ, ψυχρόν. ὡσαύτως δὲ τὸ μὲν ὀστοῦν, ξηρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ πιμελὴ δὲ, ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἕκαστόν τε τῶν ἄλλων ὁμοιομερῶν, ἢ τοῖον, ἢ τοῖον, ἐπικρατείᾳ ἐστὶ τῶν ἁπλῶν. εἴπερ οὖν τὸ κατ' ἐπικράτησιν, θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν ἢ ὑγρὸν, ἀποφαίνοιτό τις εἶναι στοιχεῖον, ὀστοῦν, καὶ χόνδρος, καὶ νεῦρον, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, στοιχεῖα γενήσεται τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, ἀλλ' οὐ ταῦτά φησιν ὁ Ἀθήναιος, ἀλλὰ τὰ τούτων συνθετικὰ, ὄντως εἶναι στοιχεῖα. δῆλον οὖν ὡς ὑπερβαίνει τὴν αἴσθησιν, ἐπὶ τὰ πρῶτα, καὶ ὄντως ἁπλᾶ, τῷ λογισμῷ προϊὼν, ἃ μηκέτι ἐγχωρεῖ λέγειν, ἐπικρατείᾳ τοῖα ἢ τοῖα γίνεσθαι. σύνθετα γὰρ κἀκεῖνα πάλιν ἔσται. καὶ διχῇ σφαλησόμεθα τοῦ προσήκοντος· ὅτι τε τῶν αἰσθητῶν ἀπεχωρήσαμεν, ὡς ἁπλούστερόν τι ζητοῦντες, καὶ ὅτι μηδ' ἐν τοῖς ἀδήλοις ἤδη τὸ ἁπλούστερον ἔχομεν. ἐν μὲν γὰρ τοῖς φαινομένοις, εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, τὸ γοῦν ὁμολογούμενον ἡμῖν ὑπῆρχεν. οὐδεὶς γοῦν ἐστιν, ὃς οὔ φησι, πρῶτα καὶ ἁπλούστατα μόρια πρὸς τὴν αἴσθησιν εἶναι, χόνδρον, καὶ πιμελὴν, καὶ ὑμένα, καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα, τὰ ὁμοιομερῆ. τῷ δὲ καὶ ταῦτ' ἀπολείποντι, διότι πρὸς τὴν φύσιν ἐστὶ σύνθετα, κἂν ταῖς αἰσθήσεσιν ἁπλᾶ φαίνεται, καὶ μηδέπω μηδὲν τῶν ἁπλῶν λέγοντι, τίς ἂν εὐσχήμων ἀπολογία γένοιτο, πρὸς τὸ μὴ περιττά τε καὶ μάταια φλυαρεῖν· εἰ μὲν γὰρ τὸ κατ' ἐπικράτειαν ὑγρὸν, καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν ὀνομάζεις, ἔχεις ἐναργῶς ἤδη τὰ στοιχεῖα γινωσκόμενα, νεῦρον, καὶ ὑμένα, καὶ χόνδρον, καὶ σάρκα, καὶ σύνδεσμον, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον ὧν εἴπομεν. εἰ δὲ τὸ πρὸς τὴν φύσιν ἁπλοῦν ζητεῖς, ἄμικτόν τε εἶναι χρὴ τοῦτο, καὶ ἄκρατον, καὶ ἄκρον τῇ ποιότητι. πάλιν οὖν ἥκεις ἐπὶ πῦρ, καὶ ἀέρα, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆν. ἐν τούτοις γὰρ μόνοις, εὑρήσεις ἀμίκτους τε, καὶ ἀκράτους τὰς ποιότητας, ἄκρας μὲν ἐν πυρὶ θερμότητά τε καὶ ξηρότητα, ἄκρας δ' ἐν τῇ γῇ ψυχρότητα καὶ ξηρότητα, καὶ τῶν ἄλλων ἐν ἑκατέρῳ, κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν. κἂν εἰ μὴ τέτταρα δὲ βουλη-

intereſſe, & ea quæ vera ſunt elementa; non erit tamen abs re, vt mihi quidem videtur, ſi de re hac in præſenti quoque longiorem habuero ſermonem. Etenim ſi elementum minima ſit ſimpliciſſimáque rei particula, atque hoc ſi ſenſu deinde metiri oporteat; profectò os, cartilago, ligamentum, vnguis, capillus, adeps, caro, neruus, medulla, fibræ, membrana, & tandem (vt omnia vno ſimplicíque verbo complectar) ſimilaria cuncta erunt humanorum corporum elementa. Eſtne igitur quiſpiam locus vbi Athenæus reperiatur poſuiſſe hæc in elementis? Atqui ille ipſe ſcriptum reliquit, ſimilaria quæque ex primis eſſe confecta elementis, alias poſtmodum animantis partes ex ſimilaribus conſtitui. Qui ſi etiam interrogaretur, quænam eſſent carnis, exempli gratia, aut pinguedinis elementa; calidum proculdubio reſpondiſſet, frigidúmque, humidum, & ſiccum. Quare pari modo oſſis etiam & cartilaginis, nec non & capilli, diceret ille, calidum, humidum, frigidum & ſiccum eſſe elementa. Iam ergo tempus eſſet ab eo percunctandi, qualénam ſibi vellet humidum, vel ſiccum, calidum, vel frigidum; humidum etenim ſecundùm exuperantiam, caro eſt; ſiccum verò, cartilago; ſicut os frigidum, & ſiccum; adeps, calida, & humida, atque etiam cætera ſimilaria ex aliquorum ſimplicium dominatu ſigillatim talia erunt, vel talia; & proinde ſi quis illud eſſe elementum ſtatuerit, quod aliquo iſtorum exceſſu calidum ſit, aut frigidum, aut humidum, aut ſiccum; porrò os, & cartilago, & neruus, nec non & reliqua huiuſce generis, prima erunt humano corpori elementa. At noluit Athenæus illa eſſe elementa; ſed ea quæ hæc ipſa conſtituunt. Liquidò itaque conſtat, quòd ille ſenſum tranſgreditur, ad eáque progreditur, quæ verè, & ex ipſa ratione prima ſunt, & ſimplicia, & quæ nequaquam amplius per alicuius in eis dominationem talia vel talia ſunt; ſiquidem eſſent tunc, & hæc ipſa concreta, & à propoſito bifariam aberraremus. Nam & propterea ſenſilia miſſa fecimus; vt quippiam quod ſimplicius eſſet, inquireremus, & tamen nihil proinde in his abditis, quod ſimplicius eſſet aſſequuti ſumus. Etenim in illis euidentibus, ſi non aliud, hoc ſaltem habebatur; quòd comperta hæc nobis erant, confeſſáque, quum nemo non fateatur cartilaginem, membranam, & adipem, cæteráque ſimilaria primas eſſe, ſi ſenſui attendamus ſimpliciſſimáſque particulas. Quòd ſi hæc ob id aliquis dimittat, quia natura compoſita ſut, quantumlibet ſenſibus ſimplicia videantur, nec poſtmodum aliud quicquam, quod ſimplicius ſit, introducat; neſcio profectò quam poſſit ille honeſtam proferre excuſationem, ne inaniter, & ſuperuacanea nugari videatur. Quotieſcunque enim voluerit calidum frigidúmve, ſimiliter humidum, & ſiccum nominare, quod ſecundùm dominationem tale eſt; iam elementa habet, & ſatis etiam perſpecta; neruum, inquam, membranam, cartilaginem, carnem, & ligamentum, & reliqua etiam illa, quæ nuper recenſuimus. At ſi illud inquiris, quòd natura ſimplex ſit; oportet ſtatim id haud eſſe mixtum, temperatúmve, & præterea ſumma eſſe qualitate affectum. Rurſum igitur ad ignem remeas, & aërem, aquámque, & terram, quippe quòd in his ſolis qualitates reperire poſſis abſque vlla mixtura, temperieque. In igne nimirum, calorem ſummum, ſummámque ſiccitatem; ſummum frigus cum ſiccitate in terra, & in reliquis reliquas, prout ſua cuiúſque natura poſtulat. Porrò ſi quatuor elementa nolueris po-

nere, sed ex his, vel duo, vel tria; possis forsitan huius aliquam afferre rationem. At affirmare esse elementum, quod summè humidum est, simúlque mox arbitrari illud esse quippiam ab aqua diuersum, extremæ cuiusdam ineptiæ est, nisi forsan solas velis qualitates, nec ipsa illis affecta corpora, esse elementa; nam tunc non aqua, sed humiditas elementum erit, nec ignis, sed summus calor. Quòd si ita fuerit, primùm quidem iam vltra ignem aërémque, & aquam, & terram, tuam profers rationem, qui ne ea quidem attingere audebas, vtpotè quia medicinam excederent. deinde verò facilè conuinceris, quòd ignores quàm ab elemento principium differat. Iam enim quòd summus calor sit igne simplicior, atque etiam quòd illo ad materiam accedente ignis gignatur pro confesso ab omnibus philosophis habetur, quos Athenæus imitari studet. Et fatentur etiam omnes, quod materia quædam, quæ omnibus elementis subiecta est, quæque omni caret qualitate, nec non & summus calor in ea procreatus, sint igni suæ generationis principium; & præterea, quòd hæc eadem materia sit semper ab omni penitus generatione & interitu immunis, qualitas verò ea sit quæ in illa gignatur & intereat; & quod opus sit vt elementum sit eiusdem generis cum illo, cuius est elementum. Eò enim elementum à principio differt, quòd minimè sit necesse principia in eodem esse genere cum his quorum sunt principia, sicut elementa ad idem semper genus pertinere. Simplex nanque qualitas, compositæ qualitatis; & simplex corpus, corporis compositi est elementum. Quòd si calidum, frigidum, atque humidum, & siccum dicuntur tripliciter; nam vel sicuti qualitas, vel sicut corpus impermixtum, vel sicut illud quod mixtum est; nec ipsa deinde qualitas elementum esse videtur, neque etiam mixtum temperatúmque corpus; relinquitur quòd elementum sit id corpus quod est cuiúsque temperamenti ac mixturæ expers, quódque qualitatibus sit simplex, & tandem ad ipsum ignem, & terram, & aërem, & aquam deueniendum est; in quibus primis summus est calor, & summum frigus, atque etiam humor, & siccitas. Quòd si quis ea non audeat fateri elementum, ea propter, quòd ex ipsis nullum, aut è corpore detrahimus, aut eidem imponimus, is summam quandam præfert stoliditatem. Iam enim quum ea, quæ ex elementis constant, nostris offerimus corporibus, eisdem quoque elementa omninò adhibemus. At non sincera, aiunt, neque sola; igitur peruersè etiam dictum est, non detrahi, neque apponi elementum: nam nec ita absolutè proferendum erat: sed potiùs, quòd non solum, aut non sine mixtura, aut per se. Verùm enimuerò, nec quid tandem illi velint conficere, videre possum; neque enim ideò elementorum contemplatio iure inutilis habenda est, quia nullum eorum quod quidem mixtum cum altero non sit, nostris offeramus corporibus. Atque etiam non ob id perperam pronunciatum est, ignem, aërem, aquam, & terram esse elementa; quòd illa, quæ ex his composita sunt, nobis in vsum veniant; nullum verò ipsorum seorsum ab aliis, solúmque, & per se nobis vtile sit. At verò, & ipsis propemodum sinceris huius vniuersi elementis sæpe vtimur, quemadmodum aquâ quotidie quum bibimus, aut lauamur, vel alio etiã aliquo modo; & aëre qui nos vndique ambit, dum illum inspirando attrahimus, igne quoque interdum quũ frigemus, vt caleamus vtimur. Vt tandem minimè videam, quid ipsi conficiant, quũ aiunt, nunquam ignem, aut aquam, aut aërem, aut terram, vel detrahi è corpore nostro, vel illi apponi.

A θείης, ἀλλὰ δύο λέγειν ἐξ αὐτῶν, ἢ τρία τὰ στοιχεῖα· τάχ' ἂν ἔχοις τινὸς εὐπορῆσαι λογισμοῦ. τὸ δὲ, ἅμα μὲν ἄκρως ὑγρὸν ὁμολογεῖν εἶναι τὸ στοιχεῖον, ἅμα δὲ ἄλλο τι λέγειν οἴεσθαι παρὰ τὸ ὕδωρ, ἐσχάτως ἠλίθιον, εἰ μή τι ἄρα τὰς ποιότητας αὐτὰς μόνας εἶναι λέγεις στοιχεῖα, καὶ οὐ τὰ δεδεγμένα ταύτας σώματα. γενήσεται γὰρ οὕτως, οὐ τὸ ὕδωρ στοιχεῖον, ἀλλ' ὑγρότης· οὐδὲ τὸ πῦρ, ἀλλ' ἡ ἄκρα θερμότης. εἰ δὲ τοῦτο, πρῶτον μὲν πυρὸς ἀνωτέρω, καὶ γῆς, καὶ ὕδατος, καὶ ἀέρος, ἀναβήσεται τῷ λόγῳ, ὁ μηδ' ἐπὶ ταῦτα προελθεῖν ὑπομένων, ὡς πόρρω τῆς ἰατρικῆς

B ὄντα. δεύτερον δὲ, φανερῶς ἐξελεγχθήσεται, μὴ γινώσκων ὅπῃ διαφέρει στοιχεῖον ἀρχῆς. ὅτι τε γὰρ ἁπλούστερόν ἐστι πυρὸς ἡ ἄκρα θερμότης, ὅτι τε ταύτης ἐγγινομένης τῇ ὕλῃ, πῦρ ἀποτελεῖται, τοῖς φιλοσόφοις ὡμολόγηται πᾶσιν, οἷς Ἀθήναιος ἕπεσθαι σπουδάζει. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς ἀρχὴ τῆς τοῦ πυρὸς γενέσεως, ὕλη τις ἐστὶν ἡ ἅπασιν ὑποβεβλημένη τοῖς στοιχείοις, ἡ ἄποιος, ἥ τ' ἐγγινομένη ταύτῃ θερμότης ἡ ἄκρα, καὶ τοῦτ' ὁμοίως ὡμολόγηται. καὶ ὡς ἡ μὲν ὕλη, διὰ παντὸς τοῦ αἰῶνος ἐστὶν, ἀγένητός τε, καὶ ἄφθαρτος οὖσα. τὸ δὲ γινόμενόν τε, καὶ ἀπογινό-

C μενον αὐτῆς, ἡ ποιότης ἐστίν. καὶ ὡς ὁμογενὲς εἶναι χρὴ τὸ στοιχεῖον, οὗπερ ἂν εἴη στοιχεῖον. ἐν τούτῳ γὰρ δὴ καὶ διήνεγκε στοιχεῖον ἀρχῆς, ἐν τῷ τὰς μὲν ἀρχὰς, οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὁμογενεῖς εἶναι τοῖς πράγμασιν, ὧν ὑπάρχουσιν ἀρχαί· τὰ δὲ στοιχεῖα, πάντως ὁμογενῆ. ποιότης μὲν γὰρ ἁπλῆ, ποιότητος συνθέτου στοιχεῖον, ἁπλοῦν δὲ σῶμα, σώματος οὐχ ἁπλοῦ. καὶ μὴν εἰ τὸ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν, καὶ ὑγρὸν ἐλέγετο τριχῶς, ἢ ὡς ποιότης, ἢ ὡς ἄμικτον, ἢ ὡς μεμιγμένον σῶμα. φαίνεται δ' οὔθ' ἡ ποιότης στοιχεῖον, οὔτε τὸ κεκραμένον καὶ μεμιγμένον σῶμα,

D ὑπολείπεται τοίνυν τὸ ἄκρατόν τε καὶ ἄμικτον σῶμα, καὶ ἁπλοῦν ταῖς ποιότησι, τὸ στοιχεῖον εἶναι. πάλιν οὖν ἥκει πῦρ, καὶ γῆ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀήρ, ἐν οἷς πρώτοις ἄκρα θερμότης, καὶ ψυχρότης, καὶ ξηρότης, καὶ ὑγρότης ἐστί. τὸ δὲ διὰ τοῦτο δεδιέναι ταῦθ' ὁμολογεῖν εἶναι στοιχεῖα, διότι μήτ' ἐξαιροῦμεν ἐκ τοῦ σώματος αὐτῶν τι, μήτ' ἐντίθεμεν, ἐσχάτως ἠλίθιον. τὰ γὰρ ἐκ τῶν στοιχείων γεγονότα προσφερόμενοι, πάντως δήπου καὶ τὰ στοιχεῖα τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐντίθεμεν· ἀλλ' οὐκ εἰλικρινῆ, φασιν, οὐδὲ μόνα. κακῶς οὖν λέγεται, μήτ' ἐξαίρειν, μήτε ἐντιθέναι στοιχεῖον. ἐχρῆν

E γὰρ οὐχ ἁπλῶς οὕτως εἰπεῖν, ἀλλ' ὅτι μὴ μόνον, μηδ' ἄμικτον, μηδ' αὐτὸ καθ' ἑαυτό. καίτοι καὶ τοῦτ' αὐτὸ τί ποτε βούλεται σαφηνίζειν αὖθις; οὔτε γὰρ ἄχρηστος ἡ περὶ τῶν στοιχείων θεωρία, διὰ τοῦτ' ἂν εἰκότως νομισθείη, διότι μηδὲν αὐτῶν ἄμικτον ἑτέρου, τοῖς σώμασιν ἡμῶν προσφέρομεν, οὔτε διὰ τοῦτο, πῦρ, καὶ ἀήρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ κακῶς εἴρηται στοιχεῖα, διότι τοῖς μὲν ἐξ αὐτῶν γεγονόσι χρώμεθα, μόνον δ' αὐτῶν ἕκαστον, ἰδίᾳ καὶ καθ' αὑτὸ παντάπασιν ἄχρηστον ὑπάρχει. καίτοι καὶ εἰλικρινέσι χρώμεθα πολλάκις τοῖς τοῦ κόσμου στοιχείοις, ὕδα-

F σι μὲν ὁσημέραι χρώμενοι, καὶ πίνοντες, καὶ λουόμενοι, καὶ ἄλλως ὁπωσοῦν, ἀέρι τε πανταχόθεν ἡμῖν περικειμένῳ, καὶ διὰ τῆς εἰσπνοῆς ἑλκομένῳ. καὶ μὲν δὴ καὶ κατεψυγμένοι πολλάκις, ἐδεήθημεν πυρός. οὐκ οὖν οἶδα τί ποτέ ἐστιν ὃ σαφηνίζουσι, φάσκοντες, μήτ' ἐξαίρειν τι τοῦ σώματος ἡμῶν, μήτ' ἐντιθέναι πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ ἀέρα, καὶ γῆν.

ἐγὼ μὲν γὰρ καὶ τὸν ἐν τῷ κρύει παρὰ πυρὶ θαλπόμενον, ἀντεισάγειν φημὶ τῷ σώματι πῦρ, καὶ ὅστις ὕδατος πίνει, καὶ τοῦτον ἀντεισάγειν ὕδωρ εἰς τὸ σῶμα, καὶ τὸν ἀναπνέοντα δὴ, κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, ἀέρα· καὶ μέν γε καὶ ὅσα τῶν ζῴων, ἢ ψάμμον, ἢ γῆν, ἢ λίθους, ἢ βόρβορον, ἢ ὀστᾶ σιτεῖται, καὶ ταῦτα φανερῶς ἐπεισάγει τοῖς σώμασι γῆν. εἰ δ' ὅτι μήτε μέχρι τοῦ καυθῆναι θάλπεταί τις παρὰ τῷ πυρὶ, μήτ' ἄχρι τοῦ διαῤῥαγῆναι πίνει, διὰ τοῦτ', οὐχ ἡγοῦνται τῶν στοιχείων οὐδὲν ἡμᾶς ἐπεισάγειν τῷ σώματι, θαυμάζειν χρὴ σοφίαν τῶν ἀνδρῶν, οὐδ' ἄχρι τοσούτου συνιέναι δυναμένων, ὡς εἰ παντελῶς ἀπόλλυτο τῶν στοιχείων ὁτιοῦν, εὐθὺς καὶ τὸ ζῷον φθαρήσεται. ἀπολεῖται δὲ, εἰ μὲν ἐκπυρωθείη, τὸ ψυχρὸν στοιχεῖον, εἰ δ' ἐσχάτως καταψυχθείη, τὸ θερμόν. οὕτω δὲ κἂν ἐσχάτως ἀποξηραίνῃς τὸ σῶμα, τελέως ἀναιρήσεις τὸ ὑγρὸν, κἂν ὑγραίνῃς, τὸ ξηρόν. ὥστ' αὖθ', τοὐναντίον, ἢ ἐκεῖνοι λέγουσιν, ἀεὶ μὲν ἀφαιρεῖται, καὶ προστίθεται τῶν στοιχείων τι· μέτρῳ μέντοι τοῦτο γὰρ τοῖς γε μὴ βουλομένοις διαφθεῖραι τὸ ζῷον. ἡ γὰρ ἄμετρος αὐτῶν χρῆσις, εἰς ὄλεθρον τελευτᾷ.

A Etenim ego facilè affirmauerim eum qui alget, & ad ignem vt calefiat, accedit, ignem corpori adhibere, & aquam illum qui bibit, illum etiam qui respirat, aërem. At quæcunque animantia quoque vel arena vescuntur, vel terra, vel lapidibus, vel luto, vel ossibus, terram manifestò in corpus introducunt. Quòd si qui ob id putent nullum nos corpori offerre elementum, quia nemo eatenus calefiat, donec vratur, vel bibat quoad rumpatur: erit nempe horum hominum mirabilis sapientia, qui eousque deuenire nequiuerunt, vt intelligerent, quod si vel vnum elementum intereat B omninò; sit etiam statim animal interiturum. Interribit autem frigidum elementum, si comburatur, calidum verò, si nimis refrigeretur; similiter etiam si nimis arescat corpus, peribit humidum; & siccum, si nimis humectetur. Vnde è contrario se habet hæc res, ac illi sentiunt. Quia semper aut eximitur elementum aliquod, aut apponitur. Verùm id fieri moderatè oportet ab his, qui animal incolume esse volunt; siquidem immoderatus eorum vsus ad interitum ducit.

C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Δεῖσθαι ἡμᾶς τῶν φαρμάκων, καὶ τῶν σίτων διὰ τὴν τῆς οὐσίας ἡμῶν ἀλλοίωσίν τε, καὶ διαπνοήν.

ΤΟ δὲ συνέχον ἐν τῷ λόγῳ, καὶ μάλιστα λανθάνον αὐτοὺς, ἤδη που ἀποκαλύψαι πειράσομαι. ἅπαντα γὰρ ὅσα γένεσιν ἔχει καὶ φθορὰν, σώματα, διτταῖς ὑπόκειται μεταβολαῖς, ἀλλοιουμένης τε ἅμα, καὶ ῥεούσης αὐτῶν τῆς οὐσίας. ἀλλοιοῦται μὲν οὖν θερμαινομένη, καὶ ψυχομένη, καὶ ξηραινομένη, καὶ ὑγραινομένη. μόναι γὰρ αἱ ποιότητες αὗται μεταβάλλουσιν ὅλην δι' ὅλου τὴν οὐσίαν, ὡς καὶ μετ' ὀλίγον εἰρήσεται· ῥεῖ δὲ κατὰ τὰς αἰσθητὰς ἐκκρίσεις, καὶ προσέτι κατὰ τὴν ἄδηλον καλουμένην διαπνοήν. ὥσθ' ἵνα σώζηται, διττῆς καὶ τῆς ἐπανορθώσεως δεῖται, τῆς μὲν ἑτέρας τὸ ὑπερβάλλον ἐν ταῖς ποιότησι κολαζούσης, τῆς δὲ λοιπῆς, τὴν τοῦ κενουμένου βάσιν ἀναπληρούσης. ἀλλὰ ἡ μὲν καθαιροῦσα τὴν ἀμετρίαν, ἡ ἐναντία δήπου ποιότης ἐστὶ τῆς πλεοναζούσης. ἡ δὲ τὸ λεῖπον ἀναπληροῦσα ποιότης, ἐναντία μὲν οὐκ ἔστιν, ὁμοιοτάτην δ' εἶναι χρὴ τῇ κενωθείσῃ πρότερον οὐσίᾳ. μέλλει γὰρ ἀντ' ἐκείνης ἔσεσθαι τῷ ζῴῳ, τουτὶ μὲν οὖν ἐστι τὸ τρέφεσθαι τοῖς σώμασιν, ἔκ τινος οὐσίας ὁμοίας τῇ πρότερον κενωθείσῃ γινόμενον. ὅθεν οἶμαι καὶ τὴν οὐσίαν ἐκείνην, τροφὴν ὀνομάζομεν. ἡνίκα δὲ κατὰ ποιότητα μόνον ἀλλοιοῦν βουλόμεθα τὸ ὑποκείμενον, οἷς μὲν τοῦτο δρῶμεν, οὐ τροφὰς, ἀλλὰ φάρμακα προσαγορεύομεν. οὐκ ἔχοντες δ' εὑρεῖν χωρὶς οὐσίας, οὐδὲ μίαν ποιότητα, σὺν ταῖς οὐσίαις αὐταῖς ἀναγκαζόμεθα λαμβάνοντες προσφέρειν τοῖς δεομένοις σώμασιν. ἄκρας μὲν ποιότητος χρήζοντες, τὸ στοιχεῖον αὐτὸ, πῦρ, ἢ ὕδωρ, ἢ γῆν, ἢ ἀέρα, μετρίας δὲ, τὸ μεμιγμένον ἐκ τῶν στοιχείων. ἐπεὶ δ' αὖ μὲν οὕτω θερμῆναι βουλόμεθα, τοιοῦτον αἱρούμενοι φάρμακον, ἐν ᾧ πλείων μέν ἐστιν ἡ τοῦ πυρὸς μοῖρα, τῆς ἐναντίας, ἐπειδὰν δὲ ψῦξαι, ἐν ᾧ τοὔμπαλιν. ἔστι δ' ὅτε συναμφότερον ἅμα πρᾶξαι

CAPVT VII.

Egere nos medicamentis, & cibis ob substantiæ nostræ alterationem, ac difflationem.

IAm autem id omninò aperire aggrediar, quod in hoc sermone consequens est, quódque istos imprimis latet. Omnia nimirum corpora quæ generantur, & intereunt, duplici transmutationi sunt obnoxia, vtpote quorum substantia tum alteretur, tum diffluat. Alteratur quidem quum calefit, uel refrigeratur, vel humectatur, vel exiccatur; hæ enim D qualitates solæ possunt vniuersam (vt paulò post expositurisumus) substantiam, ac illam per totum transmutare. Diffluit verò partim per sensiles excretiones, partim verò per eam, quæ latens difflatio appellatur. Quò deinde fit vt duplici egeat procuratione, si incolumis sit seruanda; altera quâ quicquid in qualitatibus modum excesserit, reprimatur; altera, qua loco illius, quod euacuatur, restituatur aliquid. Porrò excedentis immoderationem opposita qualitas emendat; quod verò deperditur, nequaquam per oppositam qualitatem reparatur, quum opus sit, vt id quod reparatur, sit E priori, deperditæque substantiæ quàm simillimum, siquidem in illius locum reficiendum est in animante; atque hoc ipsum nutriri, inquam, corpora, ex quadam nimirum substantia fit, illi simili, quę priùs fuerit euacuata. Vnde etiam (vt equidem arbitror) ea substantia alimentum appellata est. At verò quum solam eam transmutationem in subiecto quærimus, quæ per qualitates fit, non amplius illa, per quæ idipsum agimus, alimentum, sed medicamenta potiùs appellamus. Sanè quum nulla qualitatum seorsum à substantia reperiri queat; proinde cogimur eas vnà cum substantiis assumere, ac ita corporibus illis egentibus offerre; quæ si summas eas exposcant, F ipsum elementum adhibemus, ignem inquam, aut aquam, aut terram, aut aërem; vbi verò mediocri sit opus, mixto ex elementis vtimur; vnde si calefacere voluerimus, eiusmodi medicamentum eligemus, in quo maior sit ignis, quam alicuius illi contrarij portio; contra verò, si refrigerandum sit. Nonnunquam verò, si vtrunque horum procurare

A institüerimus, alterare inquam, & alere, eam tunc substantiam exquirimus quæ possit vtranque operã præstare, eam nimirũ quam cibus, & eam quã medicamentum. Itaq; non amplius hoc exposcant, vt vnumquodque animal ignem ingerat, aut terrã, aut aquam, aut aërem, aut tandem illud elementum, quod solum & per se ipsum sit, & absque vllo aliorum consortio: quippe quũ nihil nos illud vel tanquam medicinam, vel tanquam cibum offerre cogat: siquidem cibus rei nutriendæ similis est. Et simile composito corpori, atque ex elementis contemperato, eorúmq; participi id corpus est (ni me mea fallit opinio) quod itidem ex illis eisdem constitutum sit. Nec sanè semper elementum, vt me- B dicina, vsui est, nisi eo fortasse tempore tantummodo, quo corpus summa eget qualitate. Hæc igitur à nobis aduersus eos prolata sint, qui perperã Hippocratem intelligũt. Iámq; id etiam præterea conspicuũ est, elementa in nostros vsus semper venire, vt tamen ea nonnunquã sola, & simplicia veniant, quandoque verò vt in mixtione vincentia, & tandẽ prout corpus id constituũt, quod potest nobis vel alimenti, vel medicamenti vsum præstare.

CAPVT VII.

C *Sæpe Hippocratem, qualitatum nomine appellare omnium corporum elementa.*

QVòd autem Hippocrates à qualitatibus in libro de natura humana, sæpiùs elementa nominet, atque calidum non solam ipsam qualitatem appellet, neque illud etiam, in quo vna quæpiam qualitas alias in mixtura superat, hoc vocet modo, sed potiùs corpus id, quod est summo calore affectum, & frigidum id, in quo summum sit frigus, & siccum, in quo siccitas: ipsa tibi horum verborum series facilè poterit apertum reddere. D Quum enim ait: quum interit homo necesse est vnumquodque rursus ad suam ipsius naturam redire, siccum ad siccum, humidum ad humidum, calidum ad calidum, frigidum ad frigidum: non solas profectò qualitates, siccum, humidum, calidum, & frigidum vocat, sed eas substantias, in quibus hæ reperiuntur qualitates. Ipsæ enim sunt quæ animali vita defuncto, abeunt, quæque elementis vniuersi permiscentur. Qualitates verò possis forsan dicere, animante mortuo interire, ad propriam autem eas naturã redire, non item. Sed præterea hæc quoque tradit Hippocrates. Talis autem est tum E animalium, tum aliorum omnium natura, omniáq; similiter oriuntur, atque similiter occidunt. quippe quorum natura ex his omnibus quæ diximus sit constituta: & vnde vnumquodq; ortum habuit, in idipsum etiam (vt dictum est) pariter desinit, & proinde ad idipsum tandem redit. Quo loco patet, non solas illum qualitates appellare calidum, frigidum, humidum, & siccum: sed ipsa elementa, quũ ab his vniuersa corpora suam trahant originem, & tandẽ in hæc ipsa etiam omnia dissoluantur. Quod vt attendas, quàm maximè te monitum velim, quũ F id quamplurimos medicorum latuerit, qui credant Hippocratem præteriisse, quò minus statuerit omnium quæ gignantur, & intereant corporum hæc esse elementa. In ista enim nuper à nobis recitata sententia, quater reperies id vocabulum (omnium) repetitum: sed & superiùs quũm dixit, necesse est, si talis sit cùm aliorum omnium tum etiam ipsius hominis natura, hominem non esse vnum: &

A προαιρούμενοι, καὶ ἀλλοιῶσαι, καὶ θρέψαι, τοιαύτην ζητοῦμεν οὐσίαν, ἥτις καὶ τὴν ὡς σιτίου, καὶ τὴν ὡς φαρμάκου χρείαν παρέξει. μὴ τοίνυν ἀξιούτωσαν ἅπαν ζῶον, ἢ πῦρ, ἢ γῆν, ἢ ὕδωρ, ἢ ἀέρα προσφέρεσθαι, μόνον αὐτὸ καθ᾽ αὑτὸ χωρὶς τῶν ἄλλων, εἰλικρινὲς στοιχεῖον. οὔτε γὰρ ὡς σιτίον, οὔθ᾽ ὡς φάρμακον, δεήσει προσφέρεσθαι. τὸ γὰρ ὅμοιον τῷ τρεφομένῳ, σιτίον. ὅμοιον δὲ τῷ συνθέτῳ σώματι, καὶ κεκραμένῳ, καὶ πάντων μετέχοντι τῶν στοιχείων, ἕτερον οἶμαι τοιοῦτό ἐστιν, ἐξ ἐκείνων ἁπάντων γεγονός. οὐδ᾽ B ὡς φάρμακον ἀεὶ χρήσιμόν ἐστι τὸ στοιχεῖον, ἀλλ᾽ ἐν ἐκείνῳ μόνῳ τῷ χρόνῳ, καθ᾽ ὃν, ἄκρας ποιότητος δεῖται τὸ σῶμα. ταῦτ᾽ οὖν εἰρήσθαί μοι πρὸς τοὺς οὐκ ὀρθῶς ἀκούοντας Ἱπποκράτους. ἤδη δὲ δῆλον, ὡς ἀεὶ τῶν στοιχείων δεόμεθα, ποτὲ μὲν, ὡς ἁπλῶν καὶ μόνων, ἐνίοτε δὲ ὡς ἐπικρατούντων, ἢ πάντως γ᾽ ὡς συντιθέντων ἐκεῖνο τὸ σῶμα, τὸ μέλλον ἡμῖν, ἢ τροφῆς ἢ φαρμάκου χρείαν παρέξειν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ η'.

Πολλάκις τὸν Ἱπποκράτην ἀπὸ τῶν ποιοτήτων ὀνομάζειν τὰ τῶν πάντων σωμάτων στοιχεῖα.

ΟΤΙ δ᾽ ἀπὸ τῶν ποιοτήτων ὀνομάζει τὰ στοιχεῖα πολλάκις ὁ Ἱπποκράτης, ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίῳ, θερμὸν μὲν καλῶν, οὔτε τὴν ποιότητα μόνην, οὔτε τὸ κατ᾽ ἐπικράτησιν αὐτῆς ὁμωνύμως ὀνομαζόμενον, ἀλλὰ τὸ μετέχον ἄκρας θερμότητος σῶμα, ψυχρὸν δὲ, ἐν ᾧ ψυχρότης ἄκρα, ξηρὸν δὲ, ἐν ᾧ ξηρότης, ἐξ αὐτῶν ἂν τις καταδήλων γένοιτο τῶν ῥήσεων. ἐπειδὰν μὲν γὰρ λέγῃ, καὶ πάλιν ἀνάγκη D ἀποχωρέειν ἕκαστον εἰς τὴν ἑωυτοῦ φύσιν, τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου, τό, τε ξηρὸν πρὸς τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν πρὸς τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ θερμὸν πρὸς τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν πρὸς τὸ ψυχρόν. οὐ τὰς ποιότητας αὐτὰς μόνας, λέγει ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, καὶ ψυχρὸν καὶ θερμὸν, ἀλλὰ τὰς οὐσίας, ἐν αἷς αἱ ποιότητες. αὗται γὰρ ἀποχωρέουσι τελευτῶντος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ αὗται τοῖς τοῦ παντὸς ἀναμίγνυνται στοιχείοις. αἱ ποιότητες δὲ φθείρεσθαι μὲν ἂν λέγοιντο τελευτῶντος τοῦ ζώου, πρὸς δὲ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀποχωρεῖν, οὐκ ἂν λέγοιντο. πάλιν δὲ τοῖς εἰρημένοις E ἐπιφέρων ὁ Ἱπποκράτης, φησί. τοιαύτη δὲ καὶ ἡ τῶν ζώων φύσις ἐστὶ, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. γίνεται γὰρ ὁμοίως πάντα, καὶ τελευτᾷ ὁμοίως πάντα. συνίσταται γὰρ αὐτέων ἡ φύσις ἀπὸ τουτέων τῶν εἰρημένων ἁπάντων, καὶ τελευτᾷ κατὰ τὸ εἰρημένον, ἐς ταὐτὸ, ὅθεν περ συνέστηκεν ἕκαστον, ἐνταῦθα οὖν καὶ ἀπεχώρησεν. ἐναργῶς ἐνταῦθα δῆλόν ἐστι, οὐ τὰς ποιότητας μόνον ὀνομάζειν θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ἀλλὰ τὰ στοιχεῖα. πάντων γὰρ τῶν σωμάτων ἐκ τούτων ἐστὶν ἡ γένεσις, καὶ πάντων εἰς ταῦτα ἡ τελευτή. καί σε καὶ τούτῳ F προσέχειν τὸν νοῦν ἀξιῶ, τῷ λαθόντι πολλοὺς τῶν ἰατρῶν, οἳ νομίζουσι φυγεῖν τὸν Ἱπποκράτην τὸ, πάντων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ σωμάτων ἀποφαίνεσθαι ταῦτα στοιχεῖα. τετράκις μὲν γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ ῥήσει, τῇ νῦν ἡμῖν παραχθείσῃ, τὸ, πάντων, ὄνομα παρέλαβεν, ἔτι τε πρότερον ἡνίκα ἔλεγεν. ἀνάγκη τοίνυν, τῆς φύσεως τοιαύτης ἐούσης καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, καὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου, μὴ ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον,

ἔν τε τοῖς ἐφεξῆς λόγοις οὕτω φαίνεται χρώμενος. ἀλλὰ τοῦτό γε παρορῶσιν οἱ πολλοὶ τῶν Ἱπποκρατείους ἑαυτοὺς ὀνομαζόντων, ἔτι τε πρὸς τούτοις, νομίζοντες ἄλλο τι λέγειν αὐτὸν, ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ θερμὸν καὶ ξηρὸν, οὐ τὰ κοινὰ πάντων στοιχεῖα. τὰς μὲν γὰρ ποιότητας αὐτῶν, ὅτι μὴ βούλεται στοιχεῖα τίθεσθαι τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, ἐξ ὧν ἤδη προεθέμην αὐτοῦ ῥήσεων, ἐναργῶς ἀποδεδεῖχθαι νομίζω, κἀκ ταύτης οὐχ ἥκιστα. καὶ πάλιν. εἰ μὴ δὲ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ, μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει, καὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ ἕτερον, τοῦ ἑτέρου πολλῷ προέξει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. οὐ γὰρ δὴ ἐκ τῶν ποιοτήτων μόνων ἡγεῖται τὴν γένεσιν ὑπάρχειν τοῖς ζώοις, ἅς γε μηδ' εἶναι δύνανται χωρὶς τῶν σωμάτων, ἀλλ' ἐκ τῶν σωμάτων αὐτῶν, δηλονότι τῶν τὰς ἄκρας ποιότητας δεδεγμένων. ἐκεῖνα γάρ ἐστι τὰ κοινὰ πάντων στοιχεῖα. τὰ δ' ἐπικρατείᾳ τούτων, ὀνομαζόμενα θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ἴδια καθ' ἕκαστον ὑπάρχει. φέρε γὰρ ἵν' ἐπ' ἀνθρώπου διέλθω τὸν λόγον, ἐκ πρώτων μὲν καὶ ἁπλουστάτων αἰσθητῶν στοιχείων ἐστὶ τῶν ὁμοιομερῶν ὀνομαζομένων, ἰνὸς, καὶ ὑμένος, καὶ σαρκὸς, καὶ πιμελῆς, καὶ ὀστοῦ, καὶ χόνδρου, καὶ συνδέσμου, καὶ νεύρου, καὶ μυελοῦ, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων, ὧν τὰ μόρια τῆς αὐτῆς ἀλλήλοις ἰδέας ἐστὶ σύμπαντα. γέγονε δὲ πάλιν ἐκ τινῶν ἑτέρων προσεχῶν ἑαυτοῖς στοιχείων, αἵματος καὶ φλέγματος, καὶ χολῆς διττῆς, ὠχρᾶς καὶ μελαίνης, ὧν ἡ γένεσις, ἐκ τῶν ἐσθιομένων ἐστὶ, καὶ πινομένων, ἃ δὴ πάλιν ἐξ ἀέρος, καὶ πυρὸς, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς ἐγένετο. ταυτὶ δ' οὐκ ἐξ ἑτέρων σωμάτων, ἀλλ' ἐξ ὕλης τε, καὶ ποιοτήτων ἐστί. καὶ διὰ τοῦτο, πυρὸς μὲν, καὶ γῆς, ἀέρος τε καὶ ὕδατος, ἀρχὰς εἶναι λέγομεν, οὐ στοιχεῖα. ταυτὶ δ' αὐτὰ, τῶν ἄλλων ἁπάντων στοιχεῖα. μόρια γάρ ἐστιν ἐλάχιστα τῶν ἄλλων ἁπάντων ἁπλᾶ, καὶ πρῶτα. ὅτι μὲν οὖν ἐξ ἀέρος, καὶ πυρὸς, ὕδατός τε, καὶ γῆς, ἁπάσας τὰς πόας, καὶ τὰ φυτὰ, καὶ τοὺς καρποὺς ἔχειν τὴν γένεσιν, οὐδεὶς ἀμφισβητήσει νοῦν ἔχων. οὐ μὴν οὐδ' ὅτι τροφὴ ταῦτ' ἐστὶ τοῖς ζώοις ἅπασιν, οὐδ' ὡς ἐκ τούτων ὑμῖν οἱ χυμοὶ γεγόνασιν, οἱ κατὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι φαινόμενοι. τίνες δ' εἰσὶν οὗτοι, καὶ πόσοι, ζητοῦσιν ἡμῖν, ὁ δεύτερος λόγος εἰς τοῦτ' ἀπόκειται. νυνὶ δὲ κεφαλὴν ἐπιθεῖναι τῷ προτέρῳ λόγῳ πειρασόμεθα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ θ'.

Θερμὸν, ψυχρὸν, ὑγρὸν, καὶ ξηρὸν, τὰ στοιχεῖα τἄλλα τῶν ἀλλοιουμένων σώματα κατασκευάζειν, καὶ ταῦτα τὰς πρώτας ποιότητας εἶναι, τὴν ὅλην οὐσίαν ἀλλοιοῦντα καὶ μεταβάλλοντα.

Ἐκ μὲν γὰρ τῶν χυμῶν τούτων, ἕκαστον τῶν ὁμοιομερῶν ἐγένετο. συνιόντων δὲ τούτων ἀλλήλοις, τὸ πρῶτον ἀποτελεῖται ἁπλούστατον ὄργανον, ὃ μιᾶς ἐνεργείας ἕνεκεν ὑπὸ τῆς φύσεως ἐγένετο. τούτων δ' αὖθις ἀλλήλοις συντεθειμένων, ἕτερον ὄργανον μεῖζον γίνεται. κἀκείνων αὖθις ἀλλήλοις ἐπιπεπλεγμένων, ἡ τοῦ παντὸς σώματος ἀποτελεῖται σύστασις. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι λέγεται. καὶ μέν τοι καὶ ὅπως

etiam in sequentibus eodem visus est vti modo. Multi attamen ex his qui Hippocratici appellari volunt, hoc conniuentibus oculis prætereunt: qui præterea etiam putant, Hippocratem aliud per calidum, frigidum, humidum, & siccũ voluisse præter communia rerũ omnium elementa. Nam quod ipse nunquam senserit ipsas istorum qualitates esse corporum elementa, monstratum esse existimo ex illis verbis, quæ iam à nobis proposita sunt, atque etiam non minus ex his dum ait. Item nisi calidum cum frigido, & siccum cum humido se moderatè & ęqualiter habuerint, sed alterum quod valentius, alterum, quod imbecillius est, plurimum superet, nulla vnquam futura est generatio. Quo loco nunquam velim mihi persuadeant, illum arbitrari ex qualitatibus, que ne seorsum quidem à corporibus consistere possint, animalia gigni: sed ex corporibus potiùs, quibus illæ qualitates summæ insint: ea quippe sunt communia omnium elementa. Quæ verò calidum, frigidum, humidum, & siccum ob aliquam horum dominationem dicuntur, propria sunt vnicuique. Agedum, vt de homine nostrum sermonem habeamus, is ex primis simplicissimisq; his sensilibus elementis constat, quæ similaria appellantur: nempe fibra, membrana, carne, adipe, osse, cartilagine, ligamento, neruo, medulla, atque etiam omnibus aliis, quorum vniuersæ particulæ eandem omninò formam retinent: quæ & ipsæ quoque ex aliis quibusdam ipsis proximis gignuntur elementis, ex sanguine nimirum, & pituita, & bile vtraque, pallida, & atra. quæ item ab illis ortum habent, quibus vescimur, quæque potamus: at hæc ex aëre, igne, aqua, & terra gignuntur: ipsa verò hæc ex nullo ampliùs corpore alio constituta sunt, nisi quod ex materia, & qualitatibus, & proinde has principia quidem esse ignis, & aquæ, aërisque, & terræ concedimus, elementa verò nequaquam: illa autem cæterorum omnium elementa esse dicimus, vtpotè quum rerum omnium primæ sint, minimæque, ac etiam simplices particulæ. Itaq; nullus vnquam, qui sanæ mentis sit, dubitauerit, quod herbæ omnes, stirpésque, & fructus geniti sint ex igne, aëre, aqua, & terra, neque etiam quod hæc animantibus omnibus sint alimenta: sed neque de eo ambiget quispiam, quod humores qui natura in nostris conspiciũtur corporibus, ab his ipsis ortum habeant. Qui verò sint hi, & quot, siquis ex nobis percunctetur, ad secundum librum hanc huiusce rei inquisitionem distulimus. iam enim caput primo libro imponere properamus.

CAPVT IX.

Calidum, frigidum, humidum, & siccum elementa, ac cætera quæ alterantur corpora constituere, atque primas esse qualitates quæ totam substantiam alterant & transmutant.

Ex his nimirum humoribus similaria quæque gignuntur: ipsis verò simul coëuntibus, primum id, atque simplicissimum instrumentum absoluitur, quod vnius functionis gratiâ à natura procreatum est. mox autem quum hæc item vnà componuntur: aliud maius instrumentum perficitur. Et deinde ex his aliis simul coagmentatis, vniuersi tandem corporis integritas constituitur. Quibus de rebus in dissectoriis administrationibus actũ est: sed seorsum etiam in alio quodam opere, quam

habuerit Hippocrates de rebus, quæ per dissectiones corporum apparent, opinionem, literis mandauimus. At impræsentia de supremis elementis sensum effugientibus, de quibus Hippocrates in libro de natura humana sermonem instituit, disserere proposui, qui asserit quidem eos humores quatuor propria ac proxima esse nostri corporis elementa; communia verò omnium, humidum, calidum, frigidum, & siccum; ex qualitatibus quippe elementa nominat, ex quibus etiam habent quòd elementa sint. Quum enim materiæ summus accedit calor, iam id vniuersum elementum est; & eodem modo quum summum frigus, aut humor, aut siccitas: nam nec quòd album sit, aut nigrum, aut leue, aut graue, aut pari etiam ratione quod densum sit, vel rarum, quódve premat, vel incidat, vel frangat, (vt tandem in vniuersum loquar) ex nulla alia qualitate, nisi ex enumeratis illis quatuor, elementum esse iudicatur. Solæ etenim hæ quum materiam subiectam alterant in causa sunt mutuæ inter elementa transmutationis, suntque præterea stirpium ac animalium opifices. Porrò Thaletis etiam sectatores ab ipsa huius euidentia coacti, tametsi id eorum (vt iam ostensum est) decretis aduersetur; mutuæ tamen elementorum transmutationi assensere. Hoc autem cõcesso statim ea sequebatur conclusio, nempe vnam communémque elementis omnibus esse subiectam substantiam. Quod quidem & Hippocrates quoque ea ipsa dictione, quam priorem ascripsi, monstrauit, quum inquit, *nos nenquam dolituros, si homo vnum sit.* Qua (quantumlibet ea breuissima sit; dicebamus doceri vtrumque eorum, nimirum, & elementa plura esse, & natura ad alterationem habilia. Hoc ergo, vt aptum priori libro finem imponamus, iterum repetendum venit. Quum substantia suapte natura alterationi exposita sit, mox quænam illæ sint qualitates, inspiciendum est, quæ hoc efficere possint. Hippocrates itaque solita antiquorum breuitate vsus, vt præfatus est hominem, si vnum sit, nunquam doliturum; statim calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, ad omnes adhibet alterationes. Hoc ex euidentia accipiens, quòd corpora, quæ inter se vicina sunt, nata sint sese mutuò transmutare calefaciendo, vel refrigerando, vel exiccando, vel humectando. At verò, nec ipsum latuit, quòd si priùs demonstratum sit, vniuersam alterari substantiam, statim subuertitur eorum sententia, qui aiunt apparentem corporum alterationem quandam esse concretionem, & secretionem, quemadmodum sensere Epicurus, & Democritus, nec non quanuis alio quodam modo Anaxagoras & Empedocles; horum enim alter similaria, alter quatuor quidem elementa, verùm ea intransmutabilia introduxit. Nos verò eam rationem explicabimus, vt illam clariorem, & proinde probabiliorem reddamus, quæ talis erit. Si nos dolemus, neque specie vna erit, neque impatibilis nostra substantia: dolemus autem: quare non vna secundùm speciem, neque impatibilis erit substantia nostra. Atqui si patitur, oportet vt calefacta frigefactáve, humectata, aut exiccata patiatur; quum nulla alia qualitate possint, quæ sibi inuicem proxima sunt, alterari tota per tota. Nam nec graue si prope rem leuem accedat; propterea aut graue leue, aut contrà leue graue reddetur; nec asperum, si læui fiat vicinum; aut densum raro, aut crasso tenue; nullum enim horum id quod illi proximum est, totum potest, & per totum immutare. Sed reliqua præterea sunt, durum & molle, viscidum & friabile: verùm ex his molle

A ἐγίνωσκεν ὁ Ἱπποκράτης περὶ ἁπάντων τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων ἰδίᾳ μοι γέγραπται. νυνὶ δέ, περὶ τῶν ἀνωτέρω στοιχείων, ἃ τὴν αἴσθησιν διαφεύγει, πρόκειται διελθεῖν, ὑπὲρ ὧν καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου βιβλίῳ, διείλεκται. τὰ μὲν ἴδια καὶ προσεχῆ τοῦ σώματος ἡμῶν στοιχεῖα, τοὺς τέσσαρας φάμενος εἶναι χυμούς, τὰ δὲ κοινὰ πάντων, ὑγρόν, καὶ θερμόν, καὶ ξηρόν, καὶ ψυχρόν. ἀπὸ γὰρ τῶν ποιοτήτων ὀνομάζει τὰ στοιχεῖα, δι' ἃς καὶ στοιχεῖα γέγονε. θερμότητος γὰρ ἄκρας ἐγγινομένης τῇ ὕλῃ, στοιχεῖον ἔσται τὸ σύμπαν ἤδη. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον, καὶ B ψυχρότητος, ὑγρότητός τε καὶ ξηρότητος. οὐ γὰρ δὴ τῷ ξανθόν, ἢ λευκόν, ἢ μέλαν ὑπάρχειν, ἢ τῷ κοῦφον, ἢ βαρύ, τὸ στοιχεῖον κρίνεται. κατὰ ταῦτα δὴ οὐδὲ τῷ πυκνόν, μανόν, οὐδὲ τῷ θλίβειν, ἢ τέμνειν, ἢ θλᾶν, οὐδ' ἁπλῶς εἰπεῖν, ἑτέρᾳ τινὶ ποιότητι, πλὴν τῶν εἰρημένων τεττάρων. αὗται γὰρ μόναι, τὴν ὑποκειμένην οὐσίαν ἀλλοιοῦσαι, τῆς εἰς ἄλληλα μεταβολῆς τῶν στοιχείων εἰσὶν αἰτίαι, καὶ φυτῶν, καὶ ζώων δημιουργοί. τὸ μὲν οὖν εἰς ἄλληλα μεταβάλλειν τὰ στοιχεῖα, καὶ πρὸς τῶν ἀμφὶ τὸν Θαλῆν συγκεχώρηται διὰ τὴν ἐνάργειαν. καίτοι μαχόμενόν γε ἦν C ταῖς ὑποθέσεσιν αὐτῶν, ὡς ἐδείκνυτο. τὸ δ' ἐκ ταύτης τῆς ὁμολογίας περαινόμενον ἦν, ὑποβεβλῆσθαί τινα κοινὴν οὐσίαν ἅπασι τοῖς στοιχείοις. Ἱπποκράτει μέν γε καὶ τοῦτ' ἀποδέδεικται διὰ μιᾶς ἐκείνης ῥήσεως, ἣν ἁπασῶν προτέραν προὐθέμην, ἐν ᾗ φησιν, ὡς οὐκ ἂν ἠλγοῦμεν, εἴπερ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος. ταύτην γὰρ οὕτως οὖσαν βραχεῖαν, ἀμφότερα διδάσκειν ἔλεγον, ὡς πλείω τέ ἐστι τὰ στοιχεῖα, καὶ ἀλλοιοῦσθαι πεφυκότα. τοῦτ' οὖν καὶ νῦν αὖθις ἀναλάβωμεν, ἵν' ἐπιθῶμεν τῷ προτέρῳ λόγῳ τὴν προσήκουσαν τελευτήν. ἐπεὶ γὰρ ἀλλοιοῦσθαι πέφυκεν ἡμῶν ἡ D οὐσία, τίνες αἱ δυνάμεναι τοῦτο δρᾶν ὑπάρχουσι ποιότητες, ἐφεξῆς ἴδωμεν. ὁ μὲν οὖν Ἱπποκράτης, ὡς ἂν βραχυλογίᾳ χρώμενος παλαιᾷ, μετὰ τὸ προειπεῖν, ὡς εἴπερ ἓν ἦν ὁ ἄνθρωπος, οὐδέποτ' ἂν ἤλγησεν, ἐφεξῆς ἤδη χρῆται τῷ θερμῷ καὶ τῷ ψυχρῷ, καὶ τῷ ξηρῷ καὶ τῷ ὑγρῷ, πρὸς ἁπάσας τὰς ἀλλοιώσεις, ἐκ μὲν τοῦ φαίνεσθαι, λαβών, ὅτι τὰ πλησιάζοντα σώματα μεταβάλλειν εἰς ἄλληλα πέφυκε, τῷ θερμαίνειν, ἢ ψύχειν, ἢ ξηραίνειν, ἢ ὑγραίνειν. ἐκ δὲ τοῦ προδεδεῖχθαι τὸ τὴν οὐσίαν ἀλλοιοῦσθαι πᾶσαν, εἰδὼς ἀνατρεπόμενον, ὡς οὐκ ἔστι διάκρισίς τις, καὶ σύγκρισις ἡ E φαινομένη τῶν σωμάτων ἀλλοίωσις, ὡς οἱ περὶ τὸν Ἐπίκουρόν τε καὶ Δημόκριτον, ἐνόμιζον. ἑτέρῳ δὲ τρόπῳ πάλιν Ἀναξαγόρας τε, καὶ Ἐμπεδοκλῆς, ὁ μὲν τὰς ὁμοιομερείας εἰσάγων, ὁ δ' ἀμετάβλητα νομίζων εἶναι τὰ τέσσαρα στοιχεῖα· ἡμεῖς δ' ἐξαπλώσαντες τὸν λόγον, εἰς ὅσον σαφέστερον, εἰς τοσοῦτον καὶ πιστότερον ἐργασόμεθα. γενήσεται δὲ τοιοῦτός τις· εἴπερ ἀλγοῦμεν, οὔτε μία τῷ εἴδει, οὔτ' ἀπαθής ἐστιν ἡμῶν οὐσία. καὶ μὴν εἴπερ πάσχει, θερμαινομένη τε, καὶ ψυχομένη, καὶ ξηραινομένη, καὶ ὑγραινομένη πείσεται. τῶν δ' ἄλλων οὐδεμία ποιοτήτων, ἀλλοιοῦν οἷά τ' ἐστὶ τὸ πλησιάζον ὅλον F δι' ὅλου. οὔτε γὰρ εἰ τὸ βαρύ, τῷ κούφῳ πλησιάσειεν, ἢ τῷ βαρεῖ τὸ κοῦφον, ἢ τὸ κοῦφον ἔσται βαρύ, ἢ τὸ βαρὺ κοῦφον, οὔτ' εἰ τῷ τραχεῖ τὸ λεῖον, καὶ τῷ πυκνῷ τὸ μανόν, καὶ τῷ παχεῖ τὸ λεπτόν. τῶν γὰρ τοιούτων, οὐδὲν ἀλλοιοῦν δύναται τὸ πλησιάζον ὅλον δι' ὅλου. ὑπολείπεται οὖν ἔτι τὸ μαλακὸν καὶ σκληρόν, καὶ γλίσχρον, καὶ κραῦρον. ἀλλά τοι καὶ τούτων, τὸ μὲν μαλακόν,

καὶ γλίσχρον, ἐκ τῆς τῶν ὑγρῶν ἐστι φύσεως. τὸ δὲ σκληρὸν καὶ τὸ κραῦρον, ἐκ τῆς τῶν ξηρῶν. ἕτεραι δὲ οὐκ εἰσὶ παρὰ ταύτας ἁπταὶ ποιότητες. ὅτι δ᾽ ὁραταῖς, ἢ ἀκουσταῖς, ἢ γευσταῖς, ἢ ὀσφρηταῖς ποιότησιν, αἱ τῆς ὕλης ἀλλοιώσεις οὐχ ἕπονται, πρόδηλον παντί. ταῦτα μὲν γάρ εἰσιν ἁπταὶ καὶ αὗται, διενηνόχασι δὲ τῶν ἰδίως ἁπτῶν, τῷ, μήτε κατὰ πάντα τὰ γένη τῶν ζώων συνίστασθαι, μήθ᾽ ὅλως ἀλλοιοῦν τὰς ὑποκειμένας οὐσίας. εἴπερ οὖν αὗται μὲν ἰδίᾳ τινων ὑπάρχουσι ζώων, αἱ δὲ τὴν ὅλην οὐσίαν ἀλλοιοῦσαί τε καὶ μεταβάλλουσαι, πρῶταί εἰσι τῇ φύσει, καὶ κοιναὶ πάντων τῶν ὄντων, καὶ τῶν στοιχείων δημιουργοί, δῆλον ὡς ὑγρότης καὶ ξηρότης, καὶ θερμότης καὶ ψυχρότης, ἑκάστου τῶν ὄντων συνιστῶσι τὴν οὐσίαν. ὀρθῶς οὖν ὁ Ἱπποκράτης, οὐκ ἀνθρώπου μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων τὴν φύσιν, ἐκ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ, συνίστασθαί φησι. καὶ γὰρ δρᾷ ταῦτ᾽ εἰς ἄλληλα φανερῶς, ὡς ἅπαντες ὁμολογοῦσι. καὶ τὸ δρᾷν, οὐκ ἐκ διακρίσεως καὶ συγκρίσεως ἔχει, ἀλλ᾽ ἐκ τοῦ πάσχειν τε καὶ ἀλλοιοῦσθαι δι᾽ ὅλης ἑαυτῆς τὴν οὐσίαν. ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεται τὴν Ἀθηναίου γνώμην, μήτε ταῦτα τὰ νῦν εἰρημένα, μήθ᾽ ὅσα προσέθηκεν Ἀριστοτέλης τε, καὶ Χρύσιππος, εἰπόντος, ἀλλ᾽ ἀξιοῦντος ἐναργῆ τὰ στοιχεῖα χωρὶς ἀποδείξεως λαμβάνεσθαι. καίτοι γε, ἐν οἷς αὐτὸς ἀντεῖπεν Ἀσκληπιάδῃ, μέμνηταί πως καὶ τούτων, οὐχ ἁπάντων μὲν ἀκριβῶς, οὐδὲ ἀγωνιστικῶς, οὐδὲ τάξει, καὶ μεθόδῳ λογικῇ χρώμενος τῆς ἀντιλογίας. ὅμως δ᾽ οὖν μέμνηται, σπαράττων ἀτάκτως αὐτά. τούτῳ μὲν οὖν ἄξιον μέμφεσθαι, προδιδόντι τὴν Ἱπποκράτειον φυσιολογίαν. ἐμοὶ δ᾽ ἂν εἴη καιρὸς, ἐνταῦθα καταπαύειν τὸν πρῶτον λόγον. ὅσα γὰρ ἄλλα ταῖς ἀπαθῆ μὲν τὴν οὐσίαν ὑποτιθεμέναις αἱρέσεσι, παραπλεκούσαις δὲ τὸ κενὸν, ἐναντιοῦται, τὰ μὲν ὑπὸ Ἀριστοτέλους τε, καὶ Θεοφράστου λέλεκται, τὰ δὲ καὶ ἡμεῖς ἂν εἴποιμεν, ἰδίᾳ πρὸς ἑκάστην τῶν αἱρέσεων ἀντειπόντες, ἀλλ᾽ ἐκεῖνα μὲν ἐκ περιουσίας. ἱκανὰ δὲ τὰ νῦν εἰρημένα, πρὸς ἐπιστημονικὴν ἀπόδειξιν. οὔτε γὰρ ὡς οὐ χρὴ δι᾽ ὅλης ἑαυτῆς ἀλλοιοῦσθαι τὴν οὐσίαν, ἀντειπεῖν ἐστιν. ἀναιρήσομεν γὰρ οὕτω, καὶ πόνον, καὶ ἡδονὴν, καὶ αἴσθησιν, καὶ μνήμην, καὶ λογισμὸν, καὶ αὐτήν γε τὴν ψυχήν· οὔθ᾽ ὡς ἄλλη τις ποιότης, ἀλλοιοῦν δι᾽ ὅλου πέφυκε, παρὰ τὰς εἰρημένας τέτταρας. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ πρῶτος Ἱπποκράτης ἁπάντων εὑρὼν φαίνεται τὰ στοιχεῖα τῆς τῶν ὄντων φύσεως, καὶ πρῶτος αὐτάρκως ἀποδείξας. εἰ δ᾽ οὐκ ἐπέγραψε τὸ σύγγραμμα περὶ στοιχείων, ὡς Ἀσκληπιάδης ὁ ἰατρὸς, οὐδὲν ἂν εἴη τοῦτό γε ζήτημα. τὰ γὰρ τῶν παλαιῶν, ἅπαντα περὶ φύσεως ἐπιγέγραπται, τὰ Μελίσσου, τὰ Παρμενίδου, τὰ Ἐμπεδοκλέους, Ἀλκμαίωνός τε, καὶ Γοργίου, καὶ Προδίκου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων. Ἀριστοτέλει δ᾽ ἔν τε τοῖς περὶ οὐρανοῦ, καὶ τοῖς περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ὁ περὶ τῶν στοιχείων λόγος ἐξείργασται, ὥσπερ ἐν τοῖς περὶ τῆς οὐσίας λόγοις, Χρυσίππῳ. ἀλλ᾽ οὐδὲ τούτων οὐδέτερος ἐπιγράφει τὰ βιβλία, περὶ στοιχείων. οὐδὲ χρὴ τοὔνομα ζητεῖν, ἀλλὰ τὴν δύναμιν ἐξετάζειν τῶν λόγων. εἴτε γὰρ περὶ φύσεως,

quidem, & viscidum, ad humidorum, durum verò, & friabile, ad siccorum naturam pertinent; porrò nullæ aliæ præter istas sunt tactiles qualitates. Quòd verò materiæ alterationes minimè visibiles sequantur qualitates, nec etiam eas, quæ ad auditum, gustum, aut olfactum, attinent, iam omnibus satis constat: verùm & hæ quidem sunt è genere tactilium qualitatum; sed ab illis quæ propriè tactiles sunt, hoc differunt quòd hæ neque in omnibus animalium generibus consistunt, neque substantias omninò transmutant. Quòd si hæ quibusdam tantummodo animantibus peculiares sunt, illæ verò vniuersam substantiam transmutant, & alterant, & natura primæ sunt, & rerum omnium communes, & elementorum constitutrices, manifestum est quòd calor, & frigus, humórque, & siccitas, cuiúsque rei substantiam constituant. Et proinde rectè Hippocrates non hominis modò, sed aliorum etiam omnium naturam ex calido, frigido, humido, & sicco, esse constitutam pronunciauit. Siquidem hæc, vt omnes fatentur, mutuò inter se manifestè agunt; neque à secretione, & concretione habent quod agant, sed ex eo potiùs, quod ipsa substantia per se ipsam totam patitur, & alteratur. Et equidem non possum non Athenæum admirari, qui nec ista, quæ nunc exposita sunt, nec ea etiam quæ ab Aristotele, & Chrysippo addita sunt, proferre voluerit; sed censuerit potiùs absque vlla demonstratione elementa esse pro compertis accipienda. Attamen vbi aduersus Asclepiadem disserit, horum, etsi non prorsus omnium, quoquo modo meminit, neque tamen sub disceptandi formula; nam nec ordinem adhibet, nec logica vtitur methodo, dum illi aduersatur; eorum enim meminit fine vllo ordine illa discerpens. Vnde & hac parte damnandus est, quòd rerum naturalium disciplinam ab Hippocrate institutam ipse prodiderit. Mihi verò iam opportunum videtur, vt primo libro finem imponamus; nam alia, quæcunque his sectis, quæ impatibilem statuunt substantiam, cui intermiscent etiam vacuum, obiici possunt, ea partim ab Aristotele, & Theophrasto explicata sunt, partim à nobis, quo loco particulatim vnicuique sectæ contradiximus, sed illa quidem ex abundanti. Quantùm enim ad demonstrationem scientiis congruentem attinet, hæc ipsa, quæ hoc loco diximus, abundè erant: siquidem neque aduersari quisquam potest, quin substantia per se tota non alteretur, quippe quia statim è medio dolorem tolleremus, voluptatésque præterea, & sensum, & memoriam, & rationem, atque etiam tandem ipsum animum: sed neque quod alia sit qualitas, his quatuor exceptis, quæ possit aliquid per totum transmutare. Quare si res se ita habeat, primus profectò omnium Hippocrates videtur naturæ rerum omnium elementa excogitasse, atque quantùm satis esse possit, demonstrasse. Neque verò nos moueat, quod ille suum commentarium non inscripserit de elementis, quemadmodum Asclepiades medicus; nihil enim hîc refert, quum veteres ferè omnes videamus sua monumenta literarum de natura inscripsisse, vt Melissus, Parmenides, Empedocles, Alcmæon, Gorgias, Prodicus, cæterique omnes. Sed Aristoteles in libris de cælo, & in libris de generatione, & interitu, agit de elemenis; Chrysippus in libro de substantia; nec istorum quispiam libros de elementis inscripsit, verùm ipsis vocabulis non est plurimùm insistendum, vis enim sermonis potiùs perpendenda est. Et equidem nihil ego interesse putauerim, si quis opus hoc de natura

de natura inscriberet, vel de elementis, vel etiam de generatione, & interitu, vel de substantia. Quum tamen hac tempestate inualuerit hæc consuetudo ferè apud omnes, vt huiuscemodi commentaria de elementis titulum habeant, nos etiam operæpretium duximus, vt de elementis ex Hippocratis sententia inscriberemus. Iámque videor primum hunc librum ad calcem deduxisse; nam si particulam quampiam ex iis quæ ab Hippocrate scripta sunt, præteriimus absque expositione, facilè id poterit ex his vnusquisque assequi, quæ nos iam explicauimus, sicut illud; quòd oporteat generationem non esse ex vno; & id etiam, quòd nisi calidum, & frigidum, & humidum, & siccum, inter sese moderatè ac æqualiter habuerint, sed alterum nimis, alterum excellat, fortius, inquam, id quod imbecillius est, nulla vnquam futura est generatio. Hoc enim loco de eorum agit moderatione, atque virium æqualitate, quæ nos tum in libris de temperamentis, tum etiam mox in aliis exponemus; & præterea quo pacto ea, quæ miscentur, per tota temperentur solísne qualitatibus, vt Aristoteles sensit, an potius ipsis etiam corporis substantiis, in sese mutuò penetrantibus; quæ tamen non est opus medicum sciuisse, & proinde nihil de his Hippocrates pronunciauit; satis enim ipse habuit, si monstraret elementa per totum temperari. Quippe quoniam hæc non parum vsui futura sunt, partim ad librum de temperamentis, quem paulò post prosequemur, partim ad librum de medicamentis, sed & in libro de curandi methodo, de horum vsu abundè sumus sermonem habituri. Quantum verò ad præsens negotium attinet, hoc præterea dixisse satis fuerit, quod ea quæ ab Asclepiade in libro de elementis contra illos proferuntur, qui totas substantias per totas misceri statuunt, minimè eos attingit, qui solas aiunt qualitates temperari. Vnde ex hoc saltem capite, si non ex alio, hoc decretum esset recipiendum, quod tutius nimirum sit; dicendúmque proinde est, quod si vinum, exempli gratia, aquæ immisceatur; particulæ horum vtrorúmque in minima infringuntur, móxque inter se mutuò agunt, & patiuntur; & eo faciliùs sibi inuicem qualitates impertiuntur, quò fuerint in minutiora redactæ; & propterea qui id genus res permiscent, diutius eas commouent, eo commento diuisionem in minima molientes. Atqui & ipsa ratio dictat, qualitates eorum, melius simul vniri quæ magis & diutius fuerint commixta; nam tempore opus est vt eorum quæ commiscentur mutuæ particulæ inter se inuicem exactè agant, & patiantur, atque ita totum id, vnum, & sibi vndique, & penitus simile euadat. Et hac de causa nonnulla possunt statim post mixtionem segregari; quæ si diutiùs permanserint, & tantisper donec totum factum fuerit vnum, nequit alterum ab altero ampliùs diuelli. Nos tamen iterum in libro de medicamentis nonnulla adhuc de ratione temperaturæ quæ per totum est dicemus.

εἴτε περὶ στοιχείων, εἴτε περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, εἴτε περὶ οὐσίας ἐπιγράψειέ τις τὴν νῦν ἡμῖν ἐνεστῶσαν πραγματείαν, οὐδὲν δήπου διοίσει. τῷ δὲ συνηθέστερον εἶναι σχεδὸν ἅπασι τοῖς νῦν, ἐπιγράφειν τὰ τοιαῦτα συγγράμματα περὶ στοιχείων, ὀνομάζειν τε διὰ παντός, οὕτω καὶ ἡμῖν ἄμεινον ἔδοξεν εἶναι, περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐπιγράψαι. καὶ δὴ δοκῶ μοι πάντα τὸν προὔτον λόγον ἤδη πεπεράνθαι. εἰ γάρ τί που καὶ σμικρὸν ἔτι διαφεύγει, τῶν ὑφ' Ἱπποκράτους εἰρημένων, ἀνεξήγητον, αὐτὸς τις ἕκαστος, ἐξ ὧν εἶπον ὁρμώμενος, ἐξευρήσει κἀκεῖνο ῥᾳδίως. οἷον ὅτι τε τὴν γένεσιν οὐκ ἐξ ἑνὸς εἶναι χρή, καὶ ὡς, εἰ μὴ τὸ θερμὸν τῷ ψυχρῷ, καὶ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ, μετρίως πρὸς ἄλληλα ἕξει, καὶ ἴσως, ἀλλὰ τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου πολὺ περιέξει, καὶ τὸ ἰσχυρότερον τοῦ ἀσθενεστέρου, ἡ γένεσις οὐκ ἂν γένοιτο. διδάσκει γὰρ ἐνταῦθα περὶ τῆς συμμετρίας αὐτῶν, καὶ τῆς κατὰ δύναμιν ἰσότητος. ὑπὲρ ἧς καὶ ἡμεῖς, ἔν τε τοῖς περὶ κράσεων ὑπομνήμασιν ἐξηγησόμεθα, κἀν τοῖς ἄλλοις τοῖς ἐφεξῆς. καὶ μὲν δὴ καὶ ὅπως δι' ὅλων κεράννυνται τὰ κεραννύμενα, πότερον τῶν ποιοτήτων μόνων, ὡς Ἀριστοτέλης ὑπέλαβεν, ἢ καὶ τῶν σωματικῶν οὐσιῶν δι' ἀλλήλων ἰουσῶν, ἃ οὐκ ἀναγκαῖον ἐπίστασθαι τοῖς ἰατροῖς. ὅθεν οὐδ' Ἱπποκράτης ἀπεφήνατό τι περὶ τούτων, ἀλλ' ἠρκέσθη μόνῳ τῷ δι' ὅλων κεκρᾶσθαι τὰ στοιχεῖα. τούτου γάρ ἐστιν ἡμῖν χρεία, πρός τε τὴν περὶ κράσεων πραγματείαν, ἣν ἐφεξῆς τῆσδε δίειμι, καὶ προσέτι τὴν περὶ φαρμάκων. εἰρήσεται δὲ, κἀν τῇ τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου πραγματείᾳ, περὶ τῆς χρείας αὐτῶν ἐπιπλέον. ἐν δὲ τῷ παρόντι, τοσοῦτον εἰπεῖν ἀποχρήσει πρὸς τὸν ἐνεστῶτα λόγον, ὅτι τῶν ὑπ' Ἀσκληπιάδου λεγομένων ἐν τῷ περὶ στοιχείων βιβλίῳ, πρὸς τοὺς ὅλας δι' ὅλων κεραννύντας ἀλλήλαις τὰς οὐσίας, οὐδὲν ἅπτεται τῶν τὰς ποιότητας μόνας κεράννυσθαι λεγόντων· ὥστ' εἰ καὶ διὰ μηδὲν ἄλλο, διά γοῦν τό γ' ἀσφαλές, αἱρετέον τὸ δόγμα, καὶ λεκτέον, ὡς ἐν τῷ μίγνυσθαι τὸν οἶνον, εἰ τύχῃ τῷ ὕδατι, καὶ καταθραύεσθαι μέχρι σμικροτάτων ἑκατέρου τὰ μόρια, δρᾶν καὶ πάσχειν αὖθις εἰς ἄλληλα συμβαίνει καὶ μεταδιδόναι τῶν ποιοτήτων ἀλλήλοις ἑτοιμότερον, ὅσῳ περ ἂν εἰς ἐλάττω καταθραυσθῇ, καὶ διὰ τοῦτο, κινοῦσιν ἐπὶ πλεῖστον οἱ μιγνύντες ἀλλήλοις τὰ τοιαῦτα, τὴν εἰς ἐλάχιστα διαίρεσιν αὐτῶν μηχανώμενοι. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ μᾶλλον ἑνοῦσθαι τὰς ποιότητας ἀλλήλαις, τῶν ἐπὶ πλέον ἀναμιχθέντων τε, καὶ χρονισθέντων ὁμολογεῖ τῷ λόγῳ. χρόνου γὰρ δεῖται τὰ σμικρὰ μόρια τῶν κεραννυμένων, ἵν' εἰς ἄλληλα δράσῃ καὶ πάθῃ τελέως, καὶ οὕτως ἓν ἀπεργάσηται τὸ ὅλον ὅμοιον ἑαυτῷ πάντη. διὰ ταῦτα κἀν τῷ παραχρῆμα μὲν οἷαί τε διαχωρεῖσθαι πάλιν ἀπ' ἀλλήλων ἔνια τῶν ἀναμιχθέντων. εἰ δ' ἐπὶ πλέον χρονίσαιεν ὡς ἑνωθῆναι τὸ πᾶν, ἀμήχανον ἔτι διακρῖναί τε, καὶ διελεῖν ἀπὸ θατέρου θάτερον. ἀλλὰ περὶ μὲν τοῦ τρόπου τῆς δι' ὅλων κράσεως, εἰρήσεταί τι κἀν τοῖς περὶ φαρμάκων.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΚΑΘ' ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΝ ΣΤΟΙΧΕΙΩΝ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

GALENI DE ELEMENTIS EX HIPPOCRATE LIBER SECVNDVS.

Η ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Περὶ τῶν τεσσάρων χυμῶν λέγει, οἵπερ εἰσὶν τὰ τῶν ἐναίμων ζώων ἴδια στοιχεῖα.

ARGVMENTVM LIBRI.

De quatuor humoribus agit, qui sunt propria animalium sanguine præditorum elementa.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τὰ τῶν ἐναίμων ζώων ἴδια στοιχεῖα.

ΕΠΙ δὲ τὸν δεύτερον λόγον ἤδη μοι ἰέναι καιρός. ἀποδείξας γὰρ ὁ Ἱπποκράτης, ἁπάντων τῶν ὄντων κοινὰ στοιχεῖα, τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν. ἐφεξῆς ἐπὶ γένος ἕτερον στοιχείων μέτεισιν, οὐκέτι πρῶτον οὐδὲ κοινὸν, ἀλλὰ τῶν ἐναίμων ζώων ἴδιον. αἷμα γὰρ, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴ ξανθή τε, καὶ μέλαινα, στοιχεῖα τῆς ἁπάντων γενέσεώς ἐστι τῶν ἐναίμων ζώων, οὐκ ἀνθρώπου μόνον. ἀνθρώπου δέ γε ἴδια μόρια, τὰ ἐλάχιστά τε, καὶ ὁμοιομερῆ προσαγορευόμενα. κοινωνία δὲ ἐστὶ καὶ τούτων αὐτῶν πρὸς ἔνια τῶν ἐναίμων ζώων, οἷον ἵππον, καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ τ' ἄλλα ὅσα τοιαῦτα. πάντα γὰρ ταῦτα, καὶ ἀρτηρίας ἔχει, καὶ φλέβας, καὶ νεῦρα, καὶ συνδέσμους, καὶ ὑμένας, καὶ σάρκας, οὐ μὴν ἀκριβῶς γε πάντη τοῖς ἀνθρώποις ὅμοια. τινὰ δὲ καὶ κατὰ γένος ἕτερα, καθάπερ ὁπλὰς, καὶ κέρατα, καὶ πλῆκτρα, καὶ ῥάμφη, καὶ φολίδας, καὶ λεπίδας. ὥσπερ οὖν τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ἁπάντων ἦν κοινὰ στοιχεῖα, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἴδια πάλιν ἑκάστου τῶν ζώων ἐστὶ, τὰ πρῶτα πρὸς αἴσθησιν μόρια, περὶ ὧν ἐν ταῖς ἀνατομικαῖς ἐγχειρήσεσι λέξεται. μεταξὺ δὲ τούτων τε κἀκείνων, ἡμῖν μὲν οἱ τέσσαρες χυμοὶ, τῶν δ' ἄλλων ζώων ἑκάστῳ, τὸ θ' ὅπερ ἂν ὕλη τῆς γενέσεως αὐτῶν ᾖ προσεχής· οὕτω γὰρ εἰώθασιν ὀνομάζειν

A

CAPVT PRIMVM.

Quæ sint propria animalium sanguineorum elementa.

SED iam opportunum fuerit, vt ad secundum librum accedamus. Vt enim Hippocrates demonstrauit calidum, frigidum, humidum, & siccum, esse communia rerum omnium elementa, mox ad alterum transit elementorum genus, non amplius quidem primum, aut commune, sed animalium sanguineorum proprium. Sanguis enim, pituitáque, & bilis vtraque flaua ac atra, sunt non modò generationis hominum, sed cæterorum etiam animantium sanguine præditorum, elementa. Hominis verò propria sunt ipsæ partes minimæ, quæ similares appellantur: quanuis, & in his aliquam habeat cum nonnullis sanguineorum animalium, B communionem, sicut cum boue, cane, equo, & quibuscunque aliis huiusce generis. Siquidem hæc omnia venas habent, & arterias, & neruos, & ligamenta, & membranas, carnésque, attamen non omnia vsquequaque humanis similia; imò quædam etiam sunt alterius cuiusdam generis, qualia vngulæ, aculei, rostra, squamæ, & cortices. Vnde quemadmodum communia omnium elementa erant calidum, frigidum, humidum, & siccum; ita rursus propria vniuscuiusque animalis sunt partes illæ, quæ sensu primæ habentur, de quibus in diffectionum pertractationibus sermo habetur: inter has verò, & illa medium in nobis quidem humores quatuor locum obtinent; in aliis verò animantibus quicquid vnicuique illorum proxima fuerit generationis materia: nam hoc sanè modo id consueuerunt appellare,

ex quo primùm fit aliquid, nulla præterea media egens transmutatione.

ἐξ ἧς πρώτης τι γίγνεται, μηδὲ μιᾶς ἐν μέσῳ δεομένης ἑτέρας μεταβολῆς.

CAPVT II.

Constare animalia sanguinea ex quatuor humoribus qui in sanguinea natura continentur.

AT verò quòd omnes sanguineorum animantium partes ex matris sanguine gignãtur, iam satis omnibus constat. Et quum sit is pituitę, necnon & vtriusq; bilis particeps, non absque ratione ex hoc capite dissidium ortũ est: quippe quod nonnulli fuerint, qui ex solo sanguine assererẽt nos esse genitos, alij verò ex succis quatuor. Nec æquè est deinde in his facile veritatem monstrasse, ac in primis elementis: siquidem vtraque horum sententia probabilitate non vacat. Ego verò conabor ea explicare, vnde adductus est Hippocrates, vt sentiret, humores quatuor materiam esse generando homini hinc tamen sumpto exordio. Similaris quidem, & caro est, & neruus: verũ caro sanguinea, & mollis est, atque etiam calida: aut neruus in his omnibus contra ac illa se habet, vtpotè qui exanguis sit, durus ac frigidus. Verum enimuerò nec illa omninò mollis & calida est, neque durus ac frigidus est neruus: sanguis quippe carne mollior ac calidior est; os autem neruo durius & frigidius, & ita cæteræ particulæ sigillatim se habent: nam hæc quidem altera frigidior est, illa verò calidior, atque hæc mollior, illa durior. Quid ergo ex eadem omnia procreata sunt substantia, vel potiùs sagax rerum opifex natura, quo primùm tempore ex sanguine ab ipsa matre in vterum delato fœtum procreabat atque formabat, quod in eo crassius erat, ad solidiora corpora constituenda attraxit, quod verò tenuius ad molliora, & simili etiam modo quod calidius erat, ad calidiora, & etiam quod frigidius, ad frigidiora? Et sanè mihi videtur quidem longè esse magis naturæ consentaneum & statim ab ipsis initiis formari fœtum, ac subsequenti etiam tempore vniuerso vnamquamque particulam suum habere alimentum augmentúmque ex propria peculiaríque materia. Nam sanguis vt lac etiam vna quædam res videtur, ratio tamen docet illum non esse vnum, sicut nec lac. Nam in lacte aliquid est quod omninò serosum ac tenue est, aliquid etiam quod penitus casei speciem refert crassúmque est: & dum hæc simul erant contemperata, lac constituebant, quod inter caseum medium erat & serum: simul autem vt discernuntur, & propriè eorum forma inde ostenditur, & præterea docetur lactis naturam vnam non esse vsquequaque sed ex contrariis atque etiam differentibus concretum. Quemadmodum igitur in lacte & serum reperitur & caseus: sic & in sanguine liquor quidam est qui sero in lacte pro portione respondet: est & id quod veluti limus quidam, ac fæx sanguinis est, & caseo in lacte assimilatur. Sed & fibras in sanguine deferri nemo est qui videre non possit: quæ si ex eo detrahantur, iam non concrescit ampliùs sanguis qui deinde non parum, illis exemptis, colore ac substantia differt: quippe quum ex eo pars quædam omninò rubra videatur, alia verò potius flauescat, quædam etiam magis ad atrum vergat, nonnunquam verò, & aliquid albicans se in illius superficie apertè offert, interdum tamen totus ferè videtur liuens,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ β'.

Συντίθεσθαι τὰ αἱματικὰ ζῷα ἐκ τῶν τεττάρων χυμῶν τῶν ἐν τῇ αἱματικῇ φύσει περιεχομένων.

ΟΤΙ μὲν οὖν ἐκ τοῦ τῆς μητρὸς αἵματος, ἅπαντα γέγονε τὰ τῶν ἐναίμων ζώων μόρια, πρόδηλον παντί. μετέχοντος δὲ τούτου, φλέγματός τε, καὶ διττῶν χολῶν, εὐλόγως ἐντεῦθεν διέστησαν. οἱ μὲν, ἐξ αἵματος μόνου τὴν γένεσιν ὑπάρχειν ἡμῖν, οἱ δὲ ἐκ τῶν τεττάρων χυμῶν φάσκοντες. ἔστι μὲν οὖν οὐχ ὁμοίως ἀποδεῖξαι τἀληθὲς ἐνταῦθα δυνατὸν, ὡς ἐπὶ τῶν πρώτων στοιχείων. ἑκάτερος γὰρ ὁ λόγος ἔχει τι πιθανόν. ἐξ ὧν δ' οὖν ὁ Ἱπποκράτης κινηθεὶς, ἀληθέστερον εἶναι νομίζει τοὺς τέτταρας χυμοὺς ὕλην εἶναι τῆς τοῦ ἀνθρώπου γενέσεως, ἐπιδεῖξαι πειράσομαι, τὴν ἀρχὴν ἐνθένδε ποιησάμενος. ὁμοιομερὲς μὲν οὖν ἐστι, καὶ σὰρξ, καὶ νεῦρον, ἀλλ' ἡ μὲν σὰρξ, ἔναιμός τε, καὶ μαλακὴ, καὶ θερμή. τοὐναντίον δὲ τὸ νεῦρον ἄναιμόν τε καὶ σκληρὸν καὶ ψυχρόν, οὐ μὴν οὔτ' ἐκείνη μαλακὴ καὶ θερμὴ τελέως ἐστὶν, οὔτε τὸ νεῦρον σκληρὸν καὶ ψυχρὸν, ἀλλὰ τὸ μὲν αἷμα, τῆς σαρκὸς μαλακώτερόν τε, καὶ θερμότερόν ἐστι. τὸ δὲ ὀστοῦν, τοῦ νεύρου σκληρότερον, καὶ ψυχρότερον, οὕτω δὲ καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον μορίων ἕτερον ἑτέρου, τὸ μὲν ψυχρότερόν ἐστι, τὸ δὲ θερμότερον, καὶ τὸ μαλακώτερον, τὸ δὲ σκληρότερον. ἆρ' οὖν ἐκ τῆς αὐτῆς οὐσίας τὰ πάντα γέγονεν, ἢ μᾶλλον, ἀγαθός τις οὖσα δημιουργὸς ἡ φύσις, ἡνίκα τὸ πρῶτον ἐκ τοῦ παρὰ τῆς μητρὸς αἵματος, εἰς τὴν μήτραν ἰόντος, ἔπλαττέ τε, καὶ διέπλαττε τὸ ἔμβρυον, εἰς μὲν τὴν τῶν σκληροτέρων σωμάτων πῆξιν, εἷλκεν ἐξ αὐτοῦ τὸ παχύτερον, εἰς δὲ τὴν τῶν μαλακωτέρων, τὸ ὑγρότερον. οὕτω δὲ καὶ τὸ μὲν θερμότερον, εἰς τὴν τῶν θερμοτέρων, τὸ δὲ ψυχρότερον, εἰς τὴν τῶν ψυχροτέρων. ἐμοὶ μὲν οὖν οὕτω δοκεῖ μακρῷ φυσικώτερον εἶναι, καὶ κατὰ τὴν πρώτην ἀρχὴν εὐθέως διαπεπλάσθαι τὸ κύημα, κἂν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ παντὶ, τὴν τροφὴν καὶ τὴν αὔξησιν ἕκαστον τῶν μορίων ἔχειν ἐκ τῆς οἰκείας ὕλης. ἓν μὲν γάρ τι φαίνεται τὸ αἷμα, καθάπερ καὶ τὸ γάλα. διδάσκει δ' ὁ λόγος, οὐχ ἓν ὑπάρχειν αὐτὸ, καθότι μηδὲ τὸ γάλα. τὸ μὲν γάρ ἐστιν ἄκρως ὀρρῶδες καὶ λεπτὸν ἐν τῷ γάλακτι, τὸ δὲ ἄκρως τυρῶδες καὶ παχύ. ταῦτα δὲ, ἕως μὲν ἐκέκρατο πρὸς ἄλληλα, μέσον ἀπηργάζετο τὸ γάλα, τυροῦ καὶ ὀρροῦ. διακριθέντα δὲ, τὴν οἰκείαν ἰδέαν ἐνεδείξατο, καὶ τὴν τοῦ γάλακτος ἐδίδαξε φύσιν· ὡς οὐκ ἄρα ἓν ἦν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἐξ ἐναντίων τε, καὶ διαφερόντων συγκείμενον. ὡς οὖν ἐν τῷ γάλακτι, τὸ μέν ἐστιν ὀρρὸς, τὸ δὲ τυρὸς, οὕτω καὶ ἐν τῷ αἵματι, τὸ μὲν οἷον ἰχὼρ αἵματος ἀνάλογον ὀρρῷ γάλακτος. τὸ δὲ οἷον ἰλύς τις, καὶ τρὺξ, ἀνάλογον τῷ τυρῷ. καὶ μὲν δὴ καὶ ἶνας ἐμφερομένας τῷ αἵματι σαφῶς ἐστι θεάσασθαι, καὶ τούτων ἐξαιρεθεισῶν, οὐ πήγνυται τὸ αἷμα, καὶ χωρισθὲν τῶν ἰνῶν τὸ αἷμα, καὶ χροιᾷ καὶ συστάσει διαφέρει. τὸ μὲν γὰρ, ἐρυθρὸν ἀκριβῶς φαίνεται, τὸ δὲ, ξανθότερον τούτου, τὸ δὲ μελάντερον. ἔστιν ὅτε δὲ καὶ σαφῶς ἐπανθεῖ τι λευκὸν αὐτῷ, καὶ ποτὲ πελιδνὸν ἅπαν ἐφάνη,

καὶ νὴ Δία γε πολλάκις ἐστὶν ὡς τῷ μέλανι, καθάπερ τις πορφύρα κατακορὴς, ὥστ' οὐχ ἓν ἀκριβῶς τὸ αἷμα. πάντων γὰρ ἂν, οἶμαι, καὶ ζώων καὶ ἀνθρώπων ὅμοιον ὑπῆρχε διὰ παντὸς, εἴπερ ἦν ὄντως ἕν. ἀλλά ποτε ἐν αὐτῷ πλεονεκτεῖ τὸ παχὺ καὶ μέλαν, ὡς καὶ τὴν χρόαν ἅπαντος τοῦ σώματος μελαντέραν φαίνεσθαι, καὶ τὰς οὐλὰς μελαίνεσθαι, καὶ κιρσοῦσθαι τὰς ἐν τοῖς σκέλεσι φλέβας, ἅμα τινὶ πελιδνῷ χρώματι. ποτὲ δὲ τὸ ξανθὸν, ὡς καὶ τοῦτ' ἔκ τε τῶν τριχῶν ἐστιν ἰδεῖν, κἀκ τῆς συμπάσης τοῦ σώματος χρόας, ἐμέτων τε, καὶ διαχωρημάτων. ἔστι δ' ὅτε τὸ ἐρυθρὸν, ἢ λευκὸν, ὡς καὶ ταῦτα, ἔκ τε τῶν τοῦ σώματος ὅλου χρωμάτων, καὶ τριχῶν, καὶ διαχωρημάτων φαίνεσθαι. καὶ μὲν δὴ κἂν εἰ τὰς φλέβας ἐκτέμοις ὑγιαινόντων ἔτι τῶν ἀνθρώπων, τοῦ μέν τινος αὐτῶν, ξανθὸν ῥυήσεται τὸ αἷμα, τοῦ δ' ἐρυθρὸν, τοῦ δὲ λευκότερον, τοῦ δὲ μελάντερον. κἂν εἰ δῴης δὲ φάρμακον ἐθέλοις ἐκκαθαίρειν τὸ σῶμα, τοιοῦτον ἐκκενώσει χυμὸν, ὁποῖον ἕλκειν πέφυκεν, ἀλλ' οὐκ ἴσον ἐν πάσῃ φύσει σώματος, οὔθ' ὑγιαινόντων, οὔτ' ἀρρωστούντων. ἵνα γὰρ ἀπὸ τῶν ἀρρωστούντων ἄρξωμαι, χολῆς τῆς ὠχρᾶς τε, καὶ ξανθῆς ὀνομαζομένης, εἰ δοίης τοῖς ἰκτεριῶσιν ἀγωγὸν φάρμακον, ἄξει σοι παμπόλλην χολήν. εἰ δέ γε τοῖς τὸν καλούμενον ὕδερον λευκοφλεγματίαν νοσοῦσι ταὐτὸ τοῦτο δοίης φάρμακον, ἐλαχίστην μὲν ἐκκενώσει χολήν. εἰ δ' αὖ πάλιν ἕτερον δοίης φάρμακον, ὑφ' οὗ φλέγμα κενοῦσθαι πέφυκεν, ἥκιστα μὲν ἐν τοῖς ἰκτεριῶσι κενώσει φλέγμα, καὶ σὺν μεγάλῃ τῇ βλάβῃ. πάμπολυ δὲ τοῖς προειρημένοις ὑδέροις, καὶ χωρὶς τοῦ βλάψαι. καὶ μέντοι καὶ τοῖς ἐλεφαντιῶσι πολλάκις ἐδώκαμεν, ὅ, τι χολὴν ἐκκαθαίρει μέλαιναν, ὑφ' οὗ καὶ ῥᾴστην, καὶ πλείστην, σὺν ὠφελείᾳ μεγάλῃ, τὴν κένωσιν εἴδομεν ἀπαντῶσαν.

sæpè adeò nigricat, vt me hercle purpurā quandā saturam referre videatur. Vnde sanguis minimè vnum erit. Quia si esset reuera vnum, nimirum, (vt mihi quidem videtur) in omnibus cùm animātibus tum hominibus vsquequaq; similis, attamen quandoque quod crassum nigrúmque est, adeò alia in eo superat: vt vniuersi corporis color nigrior videatur, cicatricésq; nigriores reddantur, atque venæ in cruribus varicosæ fiāt, & liuenti quodam colore suffusę. Quandóque verò quod flauum est: vt facilè & ex capillis, & ex corporis colore, & præterea ex vomitu, & alui deiectionibus conspicitur. Nonnunquam etiam id quod aut rubrum est, aut album, quæ & ipsa tum in colore totius corporis, tum in vomitu & alui excrementis notari possunt. Quòd si ipsas etiā venas seces hominibus qui prospera adhuc fruuntur valetudine: ab his quidem flauus profluet sanguis, ab aliis ruber, ab aliquibus nigrior, ab aliis albior. Sed si medicamentum insuper exhibeas quod vim habeat corpus purgandi: illud eiusmodi quidem humorem euacuabit, qualem attahendi vim insitam habet: verùm non tantumdem in quacumque corporis natura, siue sanū id sit, siue ægrotet. Nam (vt à morbidis exordiar) si laboranti morbo regio medicamentum dederis, ex his inquam quæ bilem eam quæ flaua aut pallida appellatur educunt: plurimam ille bilem deiiciet. Si verò idipsum ei dederis qui aqua tenetur intercute, quam leucophlegmatian vocāt: bilis admodum parum educes. Si rursus medicamentum obtuleris quod vim habeat soluendi pituitam: id quidem exiguam ab eo qui morbo arquato arreptus est, pituitam detrahet, nec sine ingenti illius noxa: plurimùm verò ab illo qui eā intercute aqua laborat, quam nuper nominauimus, & absque vllo incommodo. Atqui & eis qui morbo elephantiasi tentarentur, medicamentum purgatorium quod atram bilem purgat tradidimus sæpissime, & subinde copiosam facilémque & cum vtilitate maxima euacuationem consequentem vidimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Εἰς τὸν Ἀσκληπιάδην, τὰ καθαρτικὰ φάρμακα τὸν ἴδιον χυμὸν κενοῦν.

Ἀσκληπιάδης δὲ, πάντα τὰ καλὰ τῆς τέχνης ἐπιχειρῶν ἀνατρέπειν τῷ λόγῳ, διὰ τοὺς θαυμαστοὺς ὄγκους, πόρους, πειρᾶται μεταπείθειν ἡμᾶς, ὡς οὐχ ἕλκει τὸ οἰκεῖον ἕκαστον τῶν φαρμάκων, ἀλλὰ μεταβάλλει, καὶ τρέπει, καὶ ἀλλοιοῖ, διαφθείρων εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, ὁποῖον ἂν ᾖ τὸ ἑλχθέν. εἶτα τὴν ἀκολουθοῦσαν ὠφέλειαν, οὐ τῇ τοῦ λυποῦντος καθάρσει γίνεσθαί φησιν, ἀλλὰ τῷ κοινῷ λόγῳ τῆς κενώσεως. ὁ μὲν οὖν Ἀσκληπιάδου λόγος, οὕτως ἀναισχυντεῖ κατὰ τῶν φαινομένων. τὸ φαινόμενον δέ γ', ὡς Ἱπποκράτης τε, καὶ οἱ λοιποὶ πάντες ἰατροὶ, τῇ πείρᾳ βασανίζοντες, ἔμαθον, ὡς εἴρηται πρόσθεν, ἔχει. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσεις ἀνθρώπῳ χολῶντι, φλέγματος ἀγωγὸν δοῦναι φάρμακον, οὐ μετὰ μικρᾶς, εὖ οἶδ' ὅτι, ζημίας πειράσῃ τοῦ ἐγχειρήματος. εἰ δέ γ' ὡς κενοῦντα μόνον ὠφελεῖ τὰ καθαίροντα, τί οὐ φλέβας τέμνομεν ἁπάντων, εἴ τ' ἰσχνοὶ τύχοιεν ὄντες, εἴτε παχεῖς, εἴτ' ἰκτεριῶντες, εἴτε μελαγχολῶντες.

CAPVT III.

Aduersus Asclepiadem, medicamenta purgantia proprium humorem vacuare.

AT Asclepiades, qui optima quæque huius artis propter illos admirabiles tumores meatúsque sua oratione euertere sibi proponit, conatur nobis dissuadere, quod medicamentum quodcumq; peculiarem sibi humorem detrahat, sed illum potiùs transmutat, conuertit, alterat, ac tandē in sui ipsius naturam id quod ipsum trahit, qualecunque fuerit, corrumpit, nec deinde iuuamen quod purgationē consequi videmus, ait ipse euenire propterea quod id vacuetur quod infestabat: sed ex cōmuni potius euacuationis ratione. Sic igitur Asclepiadis sermo apparentibus impudenter aduersatur. Porrò quod apparet, vt Hipporates cæteriq, medici rem hanc experiētiæ examine indagādo didicere: ita vt nos antea diximus, se habet. Nam si bilioso homini, medicamentū quod pituitā purgandi facultatem habeat exhibere tentaueris, sanè non dubito quin sis hoc illius decretū non sine dāno experturus. Præterea si purgatoria medicamēta ea tantū ratione iuuāt quod euacuāt: cur non omnib' venas secamus hominibus, qualescunq; illi sint, graciles aut crassi, siue regio morbo teneātur: siue bili atra vexentur?

Atque ex his plurimi qui graciles erant ex purgatione humoris à quo infestabantur, non parum præsidij reportarunt: quibus, si sanguinem detrahere auderes, interitum protinus inferres. Sed Asclepiades ab illis tumoribus, meatibúsque ac incompactis elementis cogitur hæc proferre: quippe quum hinc sequatur, vt nulla sit qualitas nostræ naturæ aliena, adeo vt neque etiam eorum excrementorum, quæ quotidie per aluum vacuantur: & proinde quum aluus supprimitur, nos ratione multitudinis lædamur, illíque remedio erit, vel parcè vesci, vel omnino à cibo se continere Et plurima suis sermonibus Asclepiades commentus est, quæ cum his pugnant quæ euidentia sunt. Et sanè hæc illis quidem occasionem dubitandi præstant qui ea ignorant quæ apparent: at illi qui horum periti sunt istius hominis impudentiam admirantur & stupent. Cæterum nos contra Asclepiadis audaciã in aliis plura afferemus: nunc ad ea quæ manifestò apparent redeuntes Hippocratis verba sequamur: qui ne vaticinari quidem potuisset fore vnquam medicum quempiam adeo imperitum & impudentem, sicut Asclepiades, vt vel ignoraret ea quæ sunt in arte ita exigua, vel, si calleret ea, negaret se nouisse: quod vt reor) in causa fuit cur nostra, dum horum impudentiã insectamur, longior quàm par sit, euadat oratio. Hippocratis verò breuis & concisa, vtpote qui id quod euidenter apparet, absque vlla probatione scripserit, quum ne suspicatus quidem vnquã sit vllum fore qui hæc ignoraturus aut etiam negaturus esset.

CAPVT IV.

Hominem vnum humorem non esse, sed quatuor humores necessariò in se continere.

NAm aduersus eos qui autumãt hominem esse solum sanguinem, vel quoduis aliud quod vnum sit: illi hoc tantummodo dixisse satis fuit, vt nimirum censeret eos ostendere hominem, qui nec formã mutet, nec alioquin varietur, & tum in aliquo anni tempore, vel aliqua sui ætate videatur ipse vnus solúsque sanguis. Nam consentaneum rationi videtur (ait ipse) vt aliquo saltem tempore id quod in ipso vnum est repræsentet. At deinde vt monstraret bilem duplicem sanguini semper esse permixtam, flauam (inquam) & atram, & præterea tertio loco pituitam: quæ ex natura in ætatibus, & temporibus videntur, explicauit. Si enim (inquit) homini medicinam pituitam purgantem exhibueris: ille tibi pituitam euomet: quod si medicamentum dederis quod bilem ducat: vomitu bilis reiicietur, si particulam quampiam corporis ferias ita vt vulnus infligatur, profluet ab eo sanguis. Hæc verò (ait) tibi euenient quotiescumque id effeceris nocte aut die, hyeme aut æstate. Deinde ostensurus his eius naturam constare, hoc est, quod ex his omnibus partes ipsius & procreatæ sint, & alantur: hæc profert. Primum quidem homo semper, donec vixerit, videtur manifestò habere in se ipso hæc omnia: sed & ex homine in quo sunt hæc genitus est, & in homine, vbi ea sunt omnia quotquot ego affirmo, & monstro nutritus est. Hæc quotiescunque voluerit quis è medio temeritatem Asclepiadis auferre: satis sunt ad monstrandum id quod propositum est. Quia si vnumquodque purgantium medicamentorum humorem quempiam attrahit, nec aliquo tempore

ἀλλὰ πολλοῖς μὲν τῶν τοιούτων, ἰσχνοῖς οὖσιν ἱκανῶς, οὐ σμικρὰν ἤνεγκεν ὠφέλειαν ἡ τοῦ λυποῦντος χυμοῦ κένωσις. εἰ δ' αἵματος αὐτῶν ἀφελεῖν ἐτόλμησέ τις, εὐθὺς ἂν ἀπέκτεινεν. ἀλλὰ ταῦτα λέγειν ἀναγκάζουσιν Ἀσκληπιάδην, οἱ ὄγκοι, καὶ πόροι, καὶ τὰ ἄναρμα στοιχεῖα. τούτοις γὰρ ἕπεται τὸ, μηδεμίαν εἶναι τῆς φύσεως ἡμῶν ἀλλοτρίαν ποιότητα, μηδὲ τὴν τῶν ὁσημέραι διὰ τῆς γαστρὸς ἡμῶν ἐκκενουμένων περιττωμάτων. ἀλλ' ὅταν ἐπισχεθῇ γαστὴρ, τῷ λόγῳ τοῦ πλήθους ἡμᾶς βλάπτεσθαι, καὶ εἶναι τὴν ἴασιν, ὀλιγοσιτίαν, ἢ ἀσιτίαν παντελῆ. πλῆθος γάρ τι τοιούτων λόγων ἀποτετόλμηται πρὸς Ἀσκληπιάδου, τοῖς ἐναργέσι μαχομένων, οἳ, τοὺς μὲν ἀγνοοῦντας τὸ φαινόμενον, ἀπορεῖν ἀναγκάζουσι, τοὺς δὲ γινώσκοντας, ἐκπλήττεσθαί τε, καὶ θαυμάζειν τὴν ἀναισχυντίαν τοῦ ἀνθρώπου. ἀλλὰ πρὸς μὲν τὴν Ἀσκληπιάδειον τόλμαν, ἐν ἑτέροις ἐπὶ πλέον εἰρήσεται. τὰ φαινόμενα δ' ἐναργῶς πάλιν ἀναλάβωμεν, ἑπόμενοι ταῖς Ἱπποκράτους ῥήσεσιν, ὡς οὐ μαντευσαμένου δήπουθεν, ὡς ἰατρός τις, ἄπειρος ἢ ἀναίσχυντος ἐς τοσοῦτον ἔσοιτο, καθάπερ Ἀσκληπιάδης, ὡς ἤτοι παντάπασιν ἀγνοῆσαι τὰ οὕτω σμικρὰ τῆς τέχνης, ἢ γνοὺς, ἀρνήσασθαι μὴ γινώσκειν· ὅθεν, οἶμαι, καὶ ὁ λόγος ἡμῖν μὲν μακρότερος γίνεται, διὰ τὰς πρὸς τοὺς ἀναισχυντήσαντας ἀντιλογίας. Ἱπποκράτει δὲ, βραχὺς, καὶ σύντομος, αὐτὸ τὸ φαινόμενον ἐναργῶς γράφοντι, χωρὶς ἁπάσης κατασκευῆς, τῷ μηδ' ὑπονοῆσαι μηδένα, μήτ' ἀγνοῆσαι τὰ τοιαῦτα, μήτ' ἀρνήσασθαι.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ γ'.

Τὸν ἄνθρωπον μὴ εἶναι τὸ ὑγρὸν ἕν, ἀλλὰ τοὺς τέσσαρας χυμοὺς ἐξ ἀνάγκης ἐν ἑαυτῷ περιέχειν.

ΠΡὸς μὲν τοὺς λέγοντας αἷμα μόνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ἢ ἓν ὁτιοῦν ἄλλο, τοσοῦτον εἰπὼν ἠρκέσθη, δεικνύειν ἀξιώσας αὐτοὺς, μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέαν τὸν ἄνθρωπον, μήτε γινόμενον παντοῖον, ἀλλ' ἢ ὥραν τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίας τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἓν ἐὸν φαίνεται μοῦνον. Εἰκὸς γάρ ἐστιν εἶναί φησι, μίαν γέ τινα ὥραν, ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐν ἑωυτέῳ ἓν ἐὸν, ὅ, τί ἐστι. Πρὸς δὲ τῷ, διττὰς μὲν χολὰς ἀναμεμίχθαι τῷ αἵματι διὰ παντὸς, ὠχρὰν καὶ μέλαιναν, ἐπ' αὐταῖς δὲ, τρίτον τὸ φλέγμα, τὰ κατὰ φύσιν ἐν ταῖς ἡλικίαις τε, καὶ ὥραις φαινόμενα διῆλθεν. ἢν γάρ τοι δῷς, φησὶν, ἀνθρώπῳ φάρμακον, ὅ, τι φλέγμα ἄγει, ἐμεῖταί σοι φλέγμα. καὶ ἢν δῷς φάρμακον, ὅ, τι χολὴν ἄγει, ἐμεῖταί σοι χολή. καὶ ἢν τρώσῃς αὐτοῦ, φησὶ, τι τοῦ σώματος, ὡς τὸ ἕλκος γενέσθαι, ῥυήσεται αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει σοι, φησὶ, πάντα, πάσῃ ἡμέρῃ καὶ νυκτὶ, καὶ χειμῶνος, καὶ θέρεος. πρὸς δὲ τῷ, ταῦτα εἶναι τὴν φύσιν αὐτοῦ, τουτέστιν ἐκ τούτων ἅπαντα τὰ μόρια, καὶ γεγονέναι καὶ τρέφεσθαι, τάδε φησί. Πρῶτον μὲν φανερός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ἔχων ἐν ἑαυτῷ ταῦτα πάντα, ἕως ἂν ζῇ. ἔπειτα δὲ, γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου ταῦτα πάντα ἔχοντος, τέθραπταί τε ἐν ἀνθρώπῳ ταῦτα πάντα ἔχοντι, ὁπόσα φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι. ταῦτα πάντα ἐάν τις ἐκποδὼν ποιήσηται τὴν Ἀσκληπιάδου ἀναισχυντίαν, ἱκανῶς ἀποδείκνυσι τὸ προκείμενον. εἰ γὰρ ἕκαστον τῶν καθαιρόντων φαρμάκων, ἕλκει τινὰ χυμὸν, καὶ χρόνος οὐδείς ἐστιν,

ἐν ᾧ διδοὺς ὁποιονοῦν αὐτῷ, ἀπορήσεις ἐκκενῶσαι τὸν οἰκεῖον A χυμόν, εὔδηλον, ὡς οὐδεὶς χρόνος ἐστὶν, ἐν ᾧ μὴ μετέχει τῶν τεσσάρων χυμῶν ὁ ἄνθρωπος. ἀλλὰ καὶ ἡ γένεσις ἐξ αἵματος ἦν αὐτῷ, τοῦ τῆς μητρὸς, οὐ καθαροῦ δήπουθεν ὄντος, ἀλλ' ἐπιμεμιγμένου, φλέγματί τε, καὶ διτταῖς χολαῖς. ἐδείχθη γὰρ ὁ ἅπας ἄνθρωπος, ἐν παντὶ καιρῷ ταῦτα ἔχειν ἐν ἑαυτῷ. εἰ τοίνυν καὶ γέγονεν ἐκ τούτων ὁ ἄνθρωπος καὶ τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν τροφὴν ἐκ τούτων ἔχει, ταῦτά ἐστιν ἡ φύσις αὐτοῦ. τὰ μὲν κεφάλαια τοῦ λόγου ταῦτα. τῶν δὲ κατὰ μέρος εἰρημένων ἐν τῷ βιβλίῳ, τινὰ μὲν, περὶ τῆς κατά τε τὰς ἡλικίας, καὶ τὰς ὥρας μεταβολῆς διδάσκει. B τινὰ δὲ, πίστιν οὐ σμικρὰν φέρει τοῦ, τὸν οἰκεῖον χυμὸν, ἕκαστον τῶν καθαιρόντων ἕλκειν, καὶ τοῦ, τὸν ἄνθρωπον ἁπάντων δεῖσθαι τῶν εἰρημένων χυμῶν. αὐτίκα γέ τοι τὰ κατὰ τὰς ὑπερκαθάρσεις γινόμενα, μάλιστα τὸν οἰκεῖον ἐνδείκνυται χυμὸν, ἕκαστον τῶν φαρμάκων ἕλκειν. ὁπόταν γὰρ πίῃ τις φάρμακον ὃ, τι χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν χολὴν ἐμεῖ, ἔπειτα δὲ φλέγμα, ἔπειτα δὲ ἐπὶ τούτοις, χολὴν ἐμέουσι μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ, αἷμα καθαρόν. ταὐτὰ δὲ πάσχουσι, φησὶ, καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν φλέγμα ἀγόντων, πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν, ἔπειτα C χολὴν ξανθὴν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ, αἷμα καθαρὸν, καὶ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσιν. ἡ μὲν οὖν ῥῆσις αὕτη. πρόδηλον δὴ ἐξ αὐτῆς συλλογίσασθαι, διότι τὸν οἰκεῖον χυμὸν ἕκαστον ἐπισπᾶται τῶν καθαιρόντων φαρμάκων. ὁπόταν γὰρ ἀσθενέστερον ἑαυτοῦ τὸ ζῷον ὑπάρχῃ, νενικημένον ὑπὸ φαρμάκου, ὡς πλησίον ἥκειν θανάτου, τότ' ἀφίσταται μὲν, ἡ τοῦ προτέρου χυμοῦ κένωσις, διαδέχεται δ' αὐτὴν ἑτέρα. καί τοι δυοῖν θάτερον, κατὰ τὸν Ἀσκληπιάδου ἐχρῆν, ἢ μηδ' ὅλως ἐκκενοῦσθαι μηδένα χυμὸν, ἢ φέρεσθαι τὸν ἐξ ἀρχῆς, διὰ παντός. ἀρρωστοῦντος μὲν οὖν ἤδη D τοῦ δοθέντος φαρμάκου, μηδένα δρῶντος ὧν ὃ πέφυκε δρᾶν, ἐκεῖνον μόνον ἐχρῆν φέρεσθαι διὰ παντὸς, ὃν ἐξ ἀρχῆς ἐκένου. οὐ γὰρ δή που πρότερον μὲν, ὅτε ἰσχυρὸν ἦν ἔτι τὸ σῶμα, καὶ συντήκειν αὐτὸ, καὶ μεταβάλλειν εἰς ὅπερ ἐπεφύκει, τὸ φάρμακον ἱκανὸν ἦν. ἐπεὶ δὴ ἀσθενὲς ἐγένετο νῦν, οὐκέτι ταῦτα δρᾶσαι δυνήσεται. καὶ μὴν ὅτι γε δρᾷ, πρόδηλον. ἐκκενοῦται γὰρ οὐδὲν ἧττον ἐν τῷδε, καὶ διαλύεται, καὶ φθείρεται τὸ σῶμα. πῶς οὖν οὐκέθ' ὅμοιος τῷ πρόσθεν, ὁ κενούμενος χυμὸς φαίνεται; οὐκ ἄλλως πάντως, ἢ ὅτι E πᾶς ἐκεῖνος, ὀλίγου δεῖν, ἐκκεκένωται τοῦ σώματος. ὥστ' οὐδὲ ζῆν ἔτι δυνατὸν ἔσται τῷ ζώῳ, τῶν στοιχείων τινὸς αὐτοῦ παντάπασιν ἀπολλυμένου, ἀλλὰ διαλύεσθαί τε, καὶ φθείρεσθαι, καὶ ῥεῖν ἐφεξῆς, ὅστις ἂν ἔτι τῶν ὑπολοίπων χυμῶν, ἑτοιμότερος ᾖ κενοῦσθαι· διὰ τοῦτ' οὖν, εἴ τε χολῆς μελαίνης, εἴτε φλέγματος ἀγωγὸν εἴη τὸ φάρμακον, ἐν ταῖς ὑπερκαθάρσεσιν, ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς ἕπεται χυμὸς, ὡς ἂν θερμότατός τε, καὶ λεπτότατος ὑπάρχων. εἰ δὴ αὖ τῆς ξανθῆς χολῆς εἴη τὸ φάρμακον ἀγωγὸν, ἐφεξῆς μὲν τὸ φλέγμα, κατὰ τὰς ὑπερκαθάρσεις, ἔπειθ' ἡ μέλαινα κενοῦται. βαρυτάτη γὰρ αὕτη, καὶ παχεῖα, καὶ δυσκίνητος. ὕστατον δὲ πάντων τὸ αἷμα, τὸ μάλιστα οἰκεῖον εἶναι τῇ φύσει.

illud dabis, quin proprium humorem euacuet: liquidò iam constat nullum fore tempus, quo homo expers sit humorum quatuor. Eius etiam ortus ex sanguine materno fuit non quidem puro, sed cui esset tum pituita, tum duplex intermixta bilis. quũ sit onerosum hominem quolibet tempore hæc in seipso continere. Itaque, si & ex his homo genitus est, atque etiam ex his suum habet & alimentum, & incrementum: hęc ipsa illius quoque natura erunt. Porrò hæc sunt huius sermonis capita. Sed eorum quæ particulatim in hoc libro dicuntur, non nulla eo spectant, vt de transmutatione per ætates agant, & anni tempora: alia verò fidem faciunt, nec eam exiguam, quod vnumquodque purgantiũ medicamentorum humorem sibi peculiarem attrahat, atque etiam, quòd homo egeat quatuor his iam sæpius dictis humoribus. Iam enim ea quæ, dum purgationis modum excedunt, fieri videmus, ostendunt cur proprium humorem pharmacum quodlibet attrahat. Quotiescumque enim quis medicamentum hauserit, quod vim habeat bilem vacuandi: vomitu huiuscemodi humorẽ eiiciet, mox pituitam, post modum bilem atram euomet, & postremò sanguinem purum. Et hoc idem (ait ipse) patiuntur à medicamentis, quæ pituitam euacuant: nam primum pituitam euomunt, postea bilem flauam, deinde atram, tandem verò purum sanguinẽ, ac inde intereunt. Hęc quidẽ est eius dictio, ex qua licet manifestò etiam inferre, quod vnumquodque medicamentum, cui vis purgatoria inest, proprium attrahit humorem. Quum enim animal seipso imbecillius factum fuerit, & à vi medicamenti omninò victum, vt iam mors instet, tunc prioris humoris euacuatio desinit, ipsamque alterius mox subsequitur. Atqui si Asclepiadi assentiamur, ex duobus alterum necesse est, aut nullum præterea humorem euacuari, aut eum ipsum, qui à principio ferebatur: quia medicamento quidem, quod iam exhibitum est, imbecilli facto, nullum: eo verò vigente, & proinde id agente, quòd ex natura habet vt agat, illum ferri oportebat, quod purgari statim ab initio cœperat. Nam si prius quidẽ dum corpus esset adhuc robustius, poterat medicamentum colliquare, & transmutare illud in quod sua fert natura: an non poterit hoc idem agere etiam nunc, postea quam imbecillius factum est? quòd tamen agat patet, quippe quum nihilominus in præsenti euacuetur, dissoluatur, aut corrumpatur corpus. Vnde igitur est hoc, quod humor, qui nũc euacuatur, non ampliùs priori similis videtur? nulla sanè alia de causa, preterquam, quod vniuersus propemodum humor ille è corpore detractus est, vt deinde neque incolume animal esse possit, vtpote, quod vnum omninò ex suis amiserit elementis, sed dissoluatur potius, ac intereat: mox autem ex reliquis profluit humor ille, qui aptior est, vt euacuetur. Ob id igitur semper medicamentum, siue atram bilem vim habeat attrahendi: siue pituitam, quum euacuatio modum excedit, flauã bilem educit, quippe, quæ & tenuissima sit, & calidissima. Quòd si medicamen ex his sit, quę flauam bilem cient: post eam statim in excedentibus purgationibus pituita consequitur, deinde verò atra bilis, quod ea grauissima sit crassáque; & ad motum inepta: omnium autem sanguis postremus, is enim naturę maximè affinis est.

CAPVT V.

Ex quatuor humoribus gigni, augeri, atque enutriri animalium sanguineorum corpora.

VNDE & eorum tam philoſophorum quàm medicorum laudanda eſt ſententia, qui ſtatuerunt animal ex ſolo ſanguine, & gigni, & nutriri: vt pote, quod conſentanea rationi pronunciauerint. Hippocrates tamen propius ad rerum naturam acceſſit qui in ortum, & alimentum incrementúmque noſtrorum corporum quatuor retulit humores. Nam (vt prius dictum eſt) plurimam in his, qui bene valent, formæ corporum conſpiciebat varietatem: quæ alioquin ſi vnus tantum eſſet elementaris humor, nulla eſſet: & præterea etiam particularũ naturas adeo diuerſas eſſe animaduertebat, vt minimè videretur conſentaneum, ipſas, vel inter initia ſtatim ex eadem ſubſtantia fuiſſe procreatas, vel deinde vnico vſas alimento. At Hippocrates hæc omnia, quæ ego modo expoſui: ipſe breuiſſima oratione complexus eſt, his nimirum verbis. Quemadmodum enim ſtirpes, & ſemina terræ mandata, inde eorum vnumquodq; id quod ſuæ naturæ congruum, & affine in ipſa reperitur attrahunt (terræ autem ineſt, & acre, & dulce, & amarulentum, & ſalſum, & cuiuſcunq; alterius generis.) Sed id plurimum, ac primum trahunt, quod maiorem habet cum ſua natura affinitatem, mox verò, & alia quoque: nec ſecus etiam in corpore agunt medicamenta. Porrò hoc ſermone quæ ad nutritionem ſpectant & euacuationem quæ fit dum purgamur exactè nos docuit, quæ tamen opus erit, vt nos fuſiùs in noſtris commentariis de naturalibus facultatibus explicemus. Verumenimuerò non erit forſitan ab re, nunc quoque rem hanc ſummatim exponere. Sanè naturalis quædam vis rei vnicuique ineſt ea attrahendi, quæ ſibi conueniunt, ſicuti in magnete vis eſt attrahendi ferrum. Atque per hanc facultatem cum nutritiones, tum euacuationes fiunt: ipſa quidem ſemper id, quod conuenit attrahente ſi illius copia ſuppetat: nonnunquam tamen cum hoc, aliquid eius, quod illi non conuenit: quod etiam purgantibus medicinis euenit. Quippe, quæ, vbi vniuerſum id bilis, aut pituitæ, quod in corpore fluitat (ſic enim dixerim de his, quæ in venis continentur) attraxerint, ipſum peculiarem ſolidarum humorem partium, vi & labore attrahunt, eas quaſi diſſoluentes, & ad elementa deducentes & animal internecioni tradentes. Violentiam verò illius attractionis alius quiſpiam humor conſequitur illi affinis, qui primum vi attrahebatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Ἐκ τῶν τεσσάρων χυμῶν γίγνεσθαι, αὔξεσθαι, καὶ ἐκτρέφεσθαι τὰ τῶν αἱματικῶν ζώων σώματα.

ΔΙΟ καὶ ὅσοι τῶν ἰατρῶν τε καὶ φυσικῶν, ἐξ αἵματος μόνου γίνεσθαι, καὶ τρέφεσθαι τὸ ζῶον ἀπεφήναντο, χρὴ καὶ τούτων ἐπαινεῖν τὴν γνώμην, ὡς εἰκότα γινωσκόντων· ἀλλ' Ἱπποκράτης, φυσικώτερον ἔτι καὶ τούτων, ἐκ τῶν τεττάρων χυμῶν, καὶ τὴν γένεσιν, καὶ τὴν αὔξησιν, καὶ τὴν θρέψιν εἶναί φησι τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ἅμα μὲν, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται, παμπόλλην ἑωρακὼς ἐν τοῖς ὑγιαίνουσιν ποικιλίαν τῆς τῶν σωμάτων ἰδέας, οὐκ ἂν γιγνομένην, εἴπερ εἷς ἦν ὁ στοιχειώδης χυμός, ἔπειτα δὲ, καὶ τὰς τῶν μορίων φύσεις, οὕτω πάμπολυ διαφερούσας, οὐκ εἰκὸς, οὔτ' ἐκ μιᾶς οὐσίας γεγονέναι κατ' ἀρχὰς εὐθὺς, οὔτε μιᾶς ἔδει κεχρῆσθαι τροφῆς· ἅπαντα δὲ ταῦτα, τὰ νῦν ὑπ' ἐμοῦ λεγόμενα, διὰ βραχυτάτης ἐνεδείξατο ῥήσεως ὁ Ἱπποκράτης, ὧδέ πως εἰπών· ὡς γὰρ τὰ σπειρόμενά τε καὶ φυόμενα, ὅταν εἰς τὴν γῆν εἰσέλθῃ, ἕλκει ἕκαστον, τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτῷ ἐὸν ἐν τῇ γῇ, ἔνι δὲ, καὶ ὀξὺ, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον. πρῶτον μὲν οὖν καὶ πλεῖστον τούτου εἵλκυσεν εἰς ἑαυτὸ, ὅ, τι ἂν ᾖ αὐτῷ κατὰ φύσιν μάλιστα, ἔπειτα δὲ, ἕλκει καὶ τὰ ἄλλα· τοιοῦτο δή τι καὶ τὰ φάρμακα ποιεῖ ἐν τῷ σώματι. διὰ τούτου τοῦ λόγου, καὶ περὶ θρέψεως, καὶ κενώσεως τῆς ἐν ταῖς καθάρσεσιν, ἀκριβῶς ἡμᾶς ἐδίδαξεν, ὑπὲρ ὧν ἐπὶ πλεῖστον μὲν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν ἀναγκαῖον ἔσται μοι διελθεῖν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ νῦν ἤδη τὸ κεφάλαιον ὁρᾶν ὑπάρχει· φυσικὴ γάρ τίς ἐστι δύναμις, ἑλκτικὴ τῶν οἰκείων ἑκάστῳ τῶν ὄντων· ὥσπερ ἐν τῇ λίθῳ τῇ ἡρακλείᾳ, τοῦ σιδήρου· ταύτῃ τε οὖν, καὶ τοιαύτῃ τῇ δυνάμει, καὶ τὰ τῶν θρέψεων, καὶ τὰ τῶν καθάρσεων ἐπιτελεῖται. ἑλκούσῃ μὲν ἀεὶ τὸ οἰκεῖον, ὅταν ᾖ δαψιλὲς, ἅμα δ' αὐτῷ, πολλάκις ἐπισπωμένῃ καὶ τὸ μὴ τοιοῦτο, οἷόν τι κἀν τοῖς καθαίρουσιν ὑπάρχει φαρμάκοις. ὁπότ' ἂν γὰρ ἅπαν ἐκκενώσῃ τὸ ἐπιπολάζον, ἢ χολῆς, ἢ φλέγματος· οὕτω δὲ καλῶ τὸ περιεχόμενον ἐν ταῖς φλεψὶν, ἐξ αὐτῶν ἕλκει λοιπὸν, τῶν στερεῶν σωμάτων τὴν οἰκείαν ἰκμάδα, βίᾳ καὶ μόγις, ἀναλύοντά τε, καὶ οἷον ἀναστοιχειοῦντα, καὶ φθείροντα τὸ ζῶον. ἐν δὲ τῷ σφοδρῷ τῆς ὁλκῆς, συνέπεταί τις τῶν ἄλλων χυμῶν, ὃς ἂν ἐφεξῆς ὑπάρχῃ τῇ φύσει τῷ βιαίως ἑλκομένῳ.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΑΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

GALENI DE TEMPERAMENTIS LIBER PRIMVS.

Η ΤΟΥ ΠΡΩΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Τὴν τοῦ τὰς κράσεις εὑρίσκεσθαι μέθοδον διδάσκει, τοῖς παλαιοῖς ἐπιπλήττει, καὶ τὴν τῶν ὀνομάτων χρείαν, καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν κράσεων ἀποδείκνυσι.

ARGVMENTVM LIBRI PRIMI.

Rationem inueniendorum temperamentorum edocet; in antiquos inuehitur; & vsum nominum ac numerum temperamentorum demonstrat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἡ τοῦ ἔργου ὑπόθεσις; καὶ διότι τὸ θερμόν τε, καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ τὸ ὑγρόν, καὶ τὸ ξηρὸν σῶμα λέγεται.

ΟΤΙ μὲν οὖν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, τὰ μὲν ζώων σώματα κέκραται, καὶ ὡς οὐκ ἴση πάντων ἐστὶν ἐν τῇ κράσει μοῖρα, παλαιοῖς ἀνδράσιν ἱκανῶς ἀποδέδεικται, φιλοσόφων τε καὶ ἰατρῶν τοῖς ἀρίστοις· εἴρηται δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν ὑπὲρ αὐτῶν τὰ εἰκότα, δι' ἑτέρου γράμματος, ἐν ᾧ περὶ τῶν κατ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐσκοπούμεθα· νυνὶ δέ, ὅπερ ἐστὶν ἐφεξῆς ἐκείνῳ, τῶν κράσεων ἁπάσας ἐξευρεῖν τὰς διαφοράς, ὁπόσαι τέ εἰσι, καὶ ὁποῖαι, κατ' εἴδη τε, καὶ γένη διαιρούμενος, ἐν τῷδε τῷ γράμματι δίειμι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐξηγήσεως ποιησάμενος. ἐπειδὰν μὲν γὰρ ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, κεκρᾶσθαι λέγωσι τὰ σώματα, τῶν ἄκρως τοιούτων ἀκούειν φασὶ χρῆναι, τουτέστι, τῶν στοιχείων αὐτῶν, ἀέρος, καὶ πυρός, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς. ἐπειδὰν δὲ ζῷον, ἢ φυτόν, ἢ θερμόν, ἢ ψυχρόν, ἢ ξηρόν, ἢ ὑγρόν, οὐκέθ' ὡσαύτως. οὐδὲ γὰρ δύνασθαι ζῷον οὐδέν, οὔτ' ἄκρως θερμὸν ὑπάρχειν ὡς πῦρ, οὔτ' ἄκρως ὑγρόν, ὡς ὕδωρ· ὡσαύτως δέ, οὐδὲ ψυχρόν, ἢ ξηρὸν ἐσχάτως, ἀλλ' ἀπὸ τοῦ πλεονεκτοῦντος ἐν τῇ κράσει, γίνεσθαι τὰς προσηγορίας. ὑγρὸν μὲν καλούντων ἡμῶν, ἐν ᾧ πλείονος ὑγρότητός ἐστι μοῖρα, ξηρὸν δέ, ἐν ᾧ ξηρότητος· οὕτω δὲ καὶ θερμὸν μέν, ἐν ᾧ τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ πλεονεκτεῖ, ψυχρὸν δέ, ἐν ᾧ τὸ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ. αὕτη μὲν τῶν ὀνομάτων χρῆσις.

CAPVT PRIMVM.

Propositum operis; & cur calidum, frigidum, humidum aut siccum corpus dicatur.

A ANIMALIVM equidem corpora ex calidi, frigidi, sicci & humidi mixtione temperata esse, neque æqualem omnium in temperamento inesse portionem ab antiquis viris demonstratum est, tum philosophorum, tum medicorum præstantissimis. Dictum autem est etiam à nobis de iis quæ probabilia videbantur alio opere, in quo de elementis ex Hippocrate speculationem egimus. Hoc autem in opere, quod illi ordine succedit omnes inuenire temperamentorum differentias, quot hæ, qualésque sint, per genera & species diuidendo prosequor, ab ipsa nominum explicatione exordium ducturus. B Quum namque ex calidi, frigidi, sicci & humidi mixtione constituta esse dicunt corpora, de iis in summo gradu, *sic sese habentibus*, hoc est, ipsis elementis, aëre, igne, aqua, & terra intelligendum proferunt: quum verò animal, aut stirpem vel calidam, vel frigidam vel siccam, vel humidam esse; non item. Neque enim posse animal vllum summè calidum existere, vt ignis est; neque summè humidum, vt aqua; eodémque modo neque frigidum, vel siccum in summo; sed ab eo quod in mixtione exuperat fieri appellationes, quum humidum quidem vocemus nos in quo vberioris humiditatis est portio; siccum verò in quo siccitatis; ita verò & calidum, in quo calidum frigido præualet; frigidum verò, in quo frigidum calido. Is certè nominum vsus est.

CAPVT II.

Rationes quibus nonnulli duo tantùm temperamenta, nonnulli quatuor posuere.

IAm verò tempus idoneum fuerit de ipsis temperamentis differere. Maxima profectò fuit illustrissimorum tum medicorum, tum philosophorum opinio, humidum & calidum temperamentum ab humido & frigido diuersum esse; ac tertium ab his siccum & frigidum, à sicco simul & calido *diuersum*. Nonnulli tamen eorum humidum quoddam, ac frigidum simul temperamentum esse affirmant, atque etiam ab hoc alterum calidum simúlque siccum. Non tamen humidum simul & calidum; neque frigidum simul & siccum *temperamentum esse*. Neque enim posse & humiditatem cum abundante calore concurrere, neque cum frigiditate siccitatem; quippe absumi à calido superante humiditatem, & ita calidum simul & siccum fieri corpus, *humiditatem* verò corporum, in quibus imbecillus calor est, incoctam imperfectámque manere; vt necessarium sit calido vincente sequi siccitatem; frigido superante humiditatem. At ij quidem hisce *rationibus ducti* sibi ipsis duas omnino esse temperamentorum differentias persuaserunt. Qui verò eas quatuor esse autumant, bifariam his contradicunt. Nonnulli quidem statim primum axioma, quod necesse sit humidum à calido superante absumi non concedunt. Quidam contrà id quidem concedunt, sed alia ratione disceptant. Ac priores quidem calidi munus esse, calefacere, asseuerant; vt & frigidi refrigerare; sicci rursum siccare; quemadmodum & humidi humectare: ac proinde quæcunque corpora calida simúlque sicca natura sunt, vt ignis, ea quatenus calida, calefaciunt, quatenus sicca, siccant. At quà humida & calida, vt aqua, hæc humectare & calefacere ex natura solent perpetuò, vtraque qualitate hîc quoque vnum haud separabile opus obtinente. Non igitur concedunt si quid calefaciat, idem protinus & siccare; imò si calori humor copuletur, calefacere simul & humectare; quemadmodum balnea dulcium aquarum. At si vt calidum, ita & siccum sit, veluti ignis, non solùm id calefacere, sed & siccare protinus; non à calore id acceptum, sed à coniuncta ipsi siccitate. Commemorant autem hîc sub æstiuo sole diutiùs commoratos, etiam, vt consentaneum est, arefactos, quique vniuersum corpus siccum squalidúmque habent, nec toleranter sitiunt. Remedium enim his expeditum & facillimum dicunt, non si biberint duntaxat, sed etiam si calidis & dulcibus aquis sese proluerint, ac si humor siue cum frigore, siue cum calore fuerit, suum munus obire valeat, quippe humectare ea quæ huic proxima sint: Eadem verò ratione, & siccitatem semper siccare. Boream enim, qui siccus & frigidus ventus est, omnia siccare ac refrigerare; ídque dici ab Homero,

Vt verò humentem desiccat protinus agrum,
Autumni Boreas.

Pari modo & papaueris succum, aliáque innumera medicamenta siccare simul & refrigerare, proindéque non esse necessarium, siquid frigidum est, idem protinus & humidum esse; neque siquid calidum, idem statim & siccum. Neque igitur calidum temperamentum necessario esse siccum: imò posse aliquando in animalia temperamento calidum quidem plùs valere, quàm frigidum; & hu-

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Λόγοι δι' ὧν ἔνιοι δύο μόνον κράσεις, ἔνιοι δὲ τέσσαρας ἔθεντο.

ΩΡΑ δ' ἂν εἴη λέγειν ἤδη καὶ περὶ τῶν κράσεων αὐτῶν. ἡ μὲν δὴ πλείστη δόξα τῶν ἐπιφανεστάτων ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων, ὑγρὰν εἶναι καὶ θερμὴν κρᾶσιν, ἑτέραν τῆς ὑγρᾶς καὶ ψυχρᾶς, καὶ τρίτην ἐπὶ ταύταις, τὴν ξηρὰν καὶ ψυχράν, ἑτέραν τῆς ξηρᾶς τε ἅμα καὶ θερμῆς. ἔνιοι δ' ἐξ αὐτῶν, ὑγρὰν μὲν τινὰ καὶ ψυχρὰν ἅμα κρᾶσιν ὑπάρχειν φασί, θερμὴν ἅμα καὶ ξηρὰν ἑτέραν· οὐ μὴν οὔτε τὴν ὑγρὰν ἅμα καὶ θερμήν, οὔτε τὴν ψυχρὰν ἅμα καὶ ξηράν· οὐ γὰρ ἐγχωρεῖν οὔθ' ὑγρότητα πλεονεκτούσῃ θερμότητι συνδραμεῖν, οὔτε ξηρότητα ψυχρότητι. δαπανᾶσθαι μὲν γὰρ ὑπὸ τοῦ θερμοῦ κρατοῦντος, τὴν ὑγρότητα, καὶ οὕτως θερμὸν ἅμα καὶ ξηρὸν γίνεσθαι τὸ σῶμα, μένειν δὲ ἄπεπτόν τε καὶ ἀκατέργαστον, ἐν οἷς ἂν σώμασιν ἀρρωστῇ τὸ θερμόν, ὥστ' ἀναγκαῖον εἶναι, θερμότητος μὲν ἐπικρατούσης, ἕπεσθαι ξηρότητα, ψυχρότητος δὲ πλεονεκτούσης, ἀκολουθεῖν ὑγρότητα. οὗτοι μὲν οὖν κατὰ τάδε πεπείκασι σφᾶς αὐτούς, ὡς δύο εἰσὶ πᾶσαι τῶν κράσεων αἱ διαφοραί· ὅσοι δὲ τέτταρας εἶναι νομίζουσι, διχῶς τούτοις ἀντιλέγουσιν. ἔνιοι μὲν εὐθὺς τὸ πρῶτον ἀξίωμα μὴ συγχωροῦντες, ὡς ἐξικμάζεσθαι τὴν ὑγρότητα πρὸς τοῦ θερμοῦ κρατοῦντος, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἔνιοι δέ, τοῦτο μὲν συγχωροῦσιν, ἀμφισβητοῦσι δὲ ἑτέρως. οἱ μὲν δὴ πρῶτοι, τοῦ θερμοῦ μὲν ἔργον εἶναί φασι τὸ θερμαίνειν, ὥσπερ καὶ τοῦ ψυχροῦ, ψύχειν, τοῦ ξηροῦ δ' αὖ τὸ ξηραίνειν, ὥσπερ καὶ τοῦ ὑγροῦ, τὸ ὑγραίνειν· καὶ διὰ τοῦτο, ὅσα μὲν σώματα, θερμὰ τὴν φύσιν ἐστὶν ἅμα καὶ ξηρά, καθάπερ τὸ πῦρ, ᾗ μὲν θερμά, θερμαίνει, ᾗ δὲ ξηρά, ξηραίνει. ὅσα δ' ὑγρὰ καὶ θερμά, καθάπερ ὕδωρ θερμόν, ὑγραίνειν ταῦτα καὶ θερμαίνειν πέφυκεν ἀεί, ἐν ἑκατέρας κἀνταῦθα ποιότητος ἔργον ἐχούσης ἀχώριστον, οὔκουν συγχωροῦσιν εἴ τι θερμαῖνόν ἐστιν, εὐθὺς τοῦτο καὶ ξηραίνειν. ἀλλ' εἰ μὲν ὑγρότης προσείη τῇ θερμότητι, θερμαίνειν ἅμα καὶ ὑγραίνειν, ὥσπερ τὰ λουτρὰ τῶν γλυκέων ὑδάτων· εἰ δ' ὥσπερ θερμόν, οὕτω καὶ ξηρὸν εἴη, καθάπερ τὸ πῦρ, οὐ θερμαίνειν μόνον, ἀλλὰ καὶ ξηραίνειν εὐθύς, οὐκ ἐκ τῆς θερμότητος τοῦτο λαβόν, ἀλλ' ἐκ τῆς συνούσης αὐτῇ ξηρότητος. ἀπομιμνήσκουσι δ' ἐνταῦθα τῶν ἐν ἡλίῳ θερινῷ διατριψάντων ἐπὶ πλέον, εἶθ' ὡς εἰκὸς ἀναφθέντων, ὅλον τε τὸ σῶμα καὶ ξηρὸν καὶ αὐχμηρὸν ἐχόντων, καὶ διψώντων οὐκ ἀνεκτῶς. ἴασιν γὰρ αὐτοῖς εἶναί φασιν, ἑτοίμην τε καὶ ῥᾴστην, οὐκ εἰ πίοιεν μόνον, ἀλλὰ εἰ καὶ λούσαιντο θερμοῖς ὕδασι, καὶ γλυκέσιν, ὡς τῆς ὑγρότητος, εἴτε μετὰ ψυχρότητος, εἴτε μετὰ θερμότητος εἴη, τὸ ἑαυτῆς δρᾶν δυναμένης, ὑγραίνειν γὰρ τὰ πλησιάζοντα. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν λόγον φασί, καὶ τὴν ξηρότητα ξηραίνειν ἀεί. τὸν γοῦν βορρᾶν, ξηρὸν καὶ ψυχρὸν ἄνεμον τυγχάνοντα, ξηραίνειν ἅπαντα καὶ ψύχειν. καὶ τοῦτ' εἶναι τὸ πρὸς Ὁμήρου λεγόμενον,

Ὡς δ' ὅτ' ὀπωρινὸς βορέης νεοαρδέ' ἀλωὴν
Αἶψα ξηραίνῃ.

Κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ τὸν τῆς μήκωνος ὀπόν, καὶ ἄλλα μυρία φάρμακα, ξηραίνειν ἅμα καὶ ψύχειν, ὥστ' οὐκ ἀναγκαῖον, οὔτ' εἴ τι ψυχρόν, εὐθὺς τοῦτο καὶ ὑγρὸν ὑπάρχειν, οὔτ' εἴ τι θερμόν, εὐθὺς καὶ ξηρόν· οὔκουν οὐδὲ τὴν θερμὴν κρᾶσιν, ἐξ ἀνάγκης εἶναι καὶ ξηράν, ἀλλὰ δύνασθαί ποτε, τὸ μὲν θερμὸν τοῦ ψυχροῦ πλεονεκτεῖν ἐν τῇ κράσει τοῦ ζῴου, τὸ δ'

ὑγρὸν, τοῦ ξηροῦ. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὴν γένεσιν, καὶ τὴν ἀλλοίωσιν, καὶ τὴν μεταβολὴν, ἐκ τῶν ἐναντίων εἰς τὰ ἐναντία γίνεσθαι. τίς γὰρ οὕτω εἰπὼν, ὅτι τὸ λευκὸν ἠλλοιώθη τε καὶ μετέβαλεν, ἐγένετο γὰρ θερμὸν, οὐκ ἂν εἴη καταγέλαστος; ἐπιζητεῖ γὰρ ὁ λόγος, οὐ τὴν κατὰ ψυχρὸν καὶ θερμὸν ἀντίθεσιν, ἀλλὰ τὴν κατὰ τὸ χρῶμα μεταβολήν· μεταβάλλει γὰρ, τὸ μὲν λευκὸν εἰς τὸ μέλαν. ὥσπερ καὶ τὸ μέλαν, εἰς τὸ λευκόν, τὸ δὲ θερμὸν αὖ, εἰς τὸ ψυχρὸν, ὥσπερ καὶ τὸ ψυχρὸν εἰς τὸ θερμόν. οὕτω δὲ, καὶ τὸ μὲν ὑγρὸν εἰς τὸ ξηρὸν, τὸ δ' αὖ ξηρὸν εἰς τὸ ὑγρόν· εἰ γὰρ δὴ φάσκει τις ἠλλοιῶσθαι τὸ σῶμα, τῷ τέως ὑγρὸν ὑπάρχον, εἶναι νῦν λευκὸν, ἢ τῷ τέως ξηρὸν ὂν, τὸ νῦν φαίνεσθαι μέλαν, οὐκ ἂν ὑγιαίνειν δόξειεν. εἰ δέ γε τὸ τέως ὑγρὸν τὸ νῦν ξηρὸν φαίη γενέσθαι, ἢ τὸ πρότερον ὑπάρχον μέλαν, νῦν εἶναι λευκὸν, ἢ ἐκ θερμοῦ ψυχρὸν, ἢ ἐκ ψυχροῦ θερμὸν γεγονέναι, σωφρονεῖν ἂν δόξειεν ὁ τοιοῦτος, καὶ λέγειν τὰ εἰκότα. τὸ γὰρ μεταβάλλον, ᾗ μεταβάλλει, ταύτῃ μεταχωρεῖν δεῖ πρὸς τοὐναντίον. ἐγένετο γοῦν, ἢ γίγνεται μουσικὸς ὅδε, φαμὲν, ἐξ οὐ μουσικοῦ δηλονότι, καὶ γραμματικὸς ἐξ οὐ γραμματικοῦ, καὶ ῥητορικὸς ἐξ οὐ ῥητορικοῦ. τὸ δ' ἐκ μουσικοῦ γραμματικὸν, ἢ ἐκ γραμματικοῦ μουσικὸν, ἢ ἐξ ἄλλου τινὸς τῶν ἑτερογενῶν, γίνεσθαί τι λέγειν, ἄτοπον. ἐγχωρεῖ γὰρ τὸν τέως γραμματικὸν, νῦν μουσικὸν γεγονέναι, προσκτησάμενον τῇ γραμματικῇ, τὴν μουσικὴν, οὐκ ἀποβαλόντα τὴν γραμματικήν. καὶ μὴν εἰ προσεκτήσατό τι, μένοντος τοῦ προτέρου, πάντῃ που δῆλον, ὡς οὐκ ἠλλοιώθη κατὰ τὸ μένον; ὥστ' οὐκ ἐκ γραμματικοῦ μουσικὸς ἐγένετο. καὶ γὰρ καὶ νῦν ἔτι γραμματικός ἐστιν, ἀλλ' ἐξ ἀμούσου μουσικός· οὐ γὰρ ἔτ' ἐγχωρεῖ μένειν αὐτὸν ἄμουσον, μουσικόν γε ἤδη γεγονότα. πασῶν γοῦν τῶν μεταβολῶν, ὑπὸ τῶν ἐναντίων τε, κἀκ τῶν ἐναντίων εἰς τὰ ἐναντία γιγνομένων, δηλονότι καὶ τὸ ὑγρὸν, εἰ μεταβάλλει ποτὲ, καθ' ὅσον ὑγρὸν, αὐτό τε ξηρανθήσεται, καὶ τὸ ξηραῖνον αὐτὸ, ξηρὸν λεχθήσεται. μὴ τοίνυν λεγόντων, φασὶν, ὡς θερμὴν ἅμα καὶ ὑγρὰν κρᾶσιν οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι· θερμὴν μὲν γὰρ ἅμα καὶ ψυχρὰν εἶναι τὴν αὐτὴν, ἢ ὑγρὰν ἅμα καὶ ξηρὰν οὐκ ἐγχωρεῖ· συνυπάρχειν γὰρ ἀλλήλαις, οὐχ οἷόν τε καθ' ἓν καὶ ταὐτὸ σῶμα, τὰς ἐναντίας ποιότητας· ἅμα δ' ὑγρόν τι καὶ θερμὸν, καὶ ψυχρὸν ἅμα καὶ ξηρὸν εἶναι, δυνατὸν, ὥς ὅ, τε λόγος ἀπέδειξε, καὶ τὰ σμικρῷ πρόσθεν εἰρημένα παραδείγματα. τοιοῦτος μὲν οὖν ὁ τῶν προτέρων λόγος· ὁ δὲ τῶν δευτέρων, οὐδὲν ἄτοπον εἶναί φησιν, ὑποκειμένου τοῦ θερμοῦ δραστικωτάτου τῶν τεττάρων, ὡς μὴ μόνον εἰς τὸ ψυχρὸν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ὑγρὸν ἐνεργεῖν, εἶναι κρᾶσιν ὑγρὰν καὶ θερμὴν, ὅταν ἐς ταὐτὸ ἅμα συνέλθοι πλῆθος ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος, εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦ ζώου. ὁ δὲ λόγος ἐκείνων, οὐχ ὡς οὐκ ἄν ποτε γένοιτο καθ' ἓν καὶ ταὐτὸ σῶμα, τὸ μὲν ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ πλέον, τὸ δὲ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, δείκνυσιν, ἀλλ' ὡς οὐκ ἂν διαμείνῃ τοιοῦτο ἄχρι παντός. ἀεὶ γὰρ ἐξικμαζόμενον ὑπὸ τοῦ θερμοῦ τὸ ὑγρὸν, ἐν τῷ χρόνῳ ξηρὸν ἀποδείξει τὸ σῶμα. καὶ οὕτως οὐκ ἂν ἔτι θερμὸν καὶ ὑγρὸν, ἀλλὰ θερμὸν εἴη καὶ ξηρόν. αὐτὸ δ' οὖν πάλιν τοῦτο, τὸ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ἐπὶ προήκοντι τῷ χρόνῳ ξηρὸν ἔσται καὶ ψυχρόν. ἐπειδὴ δ' ἂν γὰρ ἐκβοσκήσηται τὴν ἰκμάδα πᾶσαν αὐτοῦ τὸ θερμὸν, ἄρχεσθαι τοὐντεῦθεν ἤδη, φασὶ, καὶ αὐτὸ μαραίνεσθαι, μηκέτ' εὐποροῦν τροφῆς, ὅθεν ἐξήπτετο.

midum, quàm ſiccum. Quin & tum generationem, tum alterationem, tum mutationem, ex contrariis in contraria fieri. Quis enim, ſi dixerit album alteratum, mutatúmque eſſe, quòd factum ſit calidum, non ſit ridiculus? Poſtulat enim *ea* oratio, non eam quæ eſt in calido & frigido, oppoſitionem; ſed quæ eſt in colore, mutationem. Mutatur enim quod album eſt, in nigrum; vt & quod nigrum eſt in album. Rurſus quod calidum eſt, in frigidum; vt & quod frigidum eſt, in calidum. Sic autem, & quod humidum eſt, in ſiccum; & rurſus quod ſiccum eſt, in humidum. Siquis enim dicat alteratum corpus eſſe, quod quum priùs eſſet humidum, nunc ſit album; vel quum priùs eſſet ſiccum, nunc appareat nigrum, non ſanæ eſſe mentis cenſebitur. Sin, quod priùs erat humidum, nunc factum eſſe ſiccum; aut quod priùs erat nigrum, nunc eſſe album; aut etiam ex calido frigidum, aut ex frigido calidum effectum eſſe, vtique ſapere, & conuenientia dicere cenſeatur. Quod enim mutatur, quatenus mutatur, eatenus cedere in contrarium debet: ſiquidem factus eſt hic aut fit muſicus, ex non muſico dicimus; & grammaticus, ex non grammatico; & rhetor, ex non rhetore: ex muſico verò grammaticum, aut ex grammatico muſicum; aut ex alio quod diuerſi ſit generis, fieri aliquid dicere, ſanè eſt abſurdum: ſors namq; fert, qui priùs erat grammaticus, eum nunc muſicum factum eſſe, & muſicam grammaticæ adieciſſe, nec grammaticam abieciſſe: atqui, ſi quid acquiſiuit priore etiam manente, cuique patet, non eſſe alteratum in eo, quod manet. Itaque non ex grammatico factus eſt muſicus, etenim nunc etiam grammaticus eſt, ſed ex non muſico muſicus: non enim fieri poteſt, ipſum qui iam muſicus eſt factus, etiam non muſicum manere. Quum igitur omnes mutationes & à contrariis, & ex contrariis fiant in contraria, manifeſtum eſt etiam humidum, ſi, quatenus humidum eſt, aliquando mutetur, tum ipſum ſiccatum iri: tum quòd id ſiccet, ſiccum dicendum eſſe. Deſinant igitur, inquiunt, dicere, non poſſe calidum ſimul & humidum temperamentum eſſe. Quippe calidum ſimul & frigidum eſſe idem tẽperamentum, aut humidum ſimul & ſiccum non poteſt, quum fieri nequeat, vt in vno, & eodem corpore contrariæ qualitates vnà conſiſtant: humidum verò ſimul & calidum, præterea frigidum ſimul & ſiccum, profectò in eodem conſiſtere poſſunt: ſicuti tum ratio ipſa demonſtrauit, tum quæ paulo ſupra propoſita ſunt exempla. Ac talis quidem eſt prioris propoſitarum partium oratio. Altera pars negat abſurdum eſſe, etiam ſi calidum efficaciſſimum è quatuor ſit ita, vt non in frigidum modò, ſed etiam in humidum agere poſſit, eſſe *tamen* temperamentum *quod* calidum ſit & humidum: vtique quum in primo ſtatim animantis ortu, humoris ſimul calorìſque copia in idem coëant. Ratio verò horum non declarat, quod nequeat aliquando in eodem corpore humidi plus eſſe, quàm ſicci: & calidi, quàm frigidi; ſed quòd *ſub eiuſmodi ſtatu* durare perpetuò non poſſit: quod enim ſemper à calido humidum exiccatur, id eo tempore ſiccum corpus, demonſtrat: atque ita non ampliùs calidum & humidum, ſed calidum ſiccúmque eſſe: iam hoc ipſum quod calidum & ſiccum eſt redditum, procedente tempore, frigidum ſiccúmque fore. Quum enim omnem eiuſmodi corporis humorẽ calor abſumpſit, ipſe quoque, inquiunt, marceſcere inde incipit, deſtitutus ſcilicet alimento quod ipſum accẽderat.

Non igitur mirum esse putant, tum inter initia statim, vt gignitur animal, conuenire in idem, aut humidum plùs sicco, aut calidum plùs frigido; tum temporis processu, quod priùs erat calidum & humidum temperamentum, postea posse calidum esse & siccum: æquè vt postea, quæ sicca erat calidáque temperies, ab extincto calore, frigidam siccámque euadere. Ergo esse quidem aliquod temperamētum quod calidum sit simul & humidum; ac rursus aliud, quod frigidum sit & siccum, ex istis confirmant. Non posse autem temperamentorum differentias plures esse quàm quatuor, ex his docere conātur. Quum enim quatuor statuuntur qualitates quæ in se agere inuicem patiq; possint, calor, frigus, siccitas & humor, oppositiones existere duas; alteram, in qua calidum aduersatur frigido; alteram, in quâ humidum pugnat cum sicco: ob idque quatuor omnino effici coniugationes; sex enim fieri ex quatuor inter se copulatis coniugia, verùm duo subsistere non posse, neque enim humidum simul & siccū, nec simul calidum & frigidum potest fieri corpus: reliquas igitur esse quatuor temperamētorum coniugationes, duas humidas, & duas siccas, atque has calore, frigoréque diuisas. Hæc sunt quæ elegantissimi eorum qui ante nos fuere, tum medicorum, tum philosophorum, de his dixere. Quæ verò mihi prætermisisse videntur, nunc adiicienda reor.

CAPVT III.

Perperam antiquos temperatam naturam omisisse, eamque non esse calidam & humidam.

VNum igitur & primum, id est, quòd temperatam naturam, quæ tamen non virtute modò, sed etiam viribus reliquis præstat, non aduerterunt, imò tanquam nulla sit, prorsus omiserunt; quanquam ne loqui quidem de reliquis aliquid sine hac potuerūt. Quippe quòd vel in calida temperie calidum præualeat frigido; vel in frigida temperie frigidum præstet calido, id ne intellexisse quidem est, nisi priùs ponatur eucratos.i. *temperata*, neque enim aliò, quàm ad hanc temperatam naturam sunt intenti, quum sanitatis tuendæ victum inuestigant, calidius iusto corpus iubentes refrigerare, vel frigidius calefacere, vel rursus humidius siccare, vel siccius humectare; scilicet quo temperatum quemdam mediocrémque statum efficiant, id quod minus est, ei quod exuperat, semper æquantes. Ergo quem assiduè sectantur, & quò semper respicientes intemperatos status corrigūt, hunc ego quidem primum omnium statum censuerim ab ipsis dici. Hi verò, tantum abest vt eius vel meminerint, vt etiam totum prætereant. At non præterimus, inquiunt ex his aliqui; in calido enim, & humido comprehenditur. Et quomodo non quinque esse in totum temperamenta dixistis, sed quatuor, si modò optimum non omisistis? quippe duorum alterum, aut ex intemperatis statibus necesse est vnum esse omissum, aut ipsum temperatum. Atque ego quidem ex iis, quę statuunt, temperatum ipsis prætermissum certò scio; vbi enim calidum, & siccum, vel frigidum, & humidum, vel aliud quodvis temperamentum nominant, non vtique summas à nobis intelligi qualitates postulant; imò ex iis, quæ superant, fieri appellationes volunt. Quòd si temperatum statum omissum esse nolunt, certè reliquorum ali-

θαυμαστὸν οὖν οὐδὲν εἶναι νομίζουσι, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ γενέσει τοῦ ζῴου, συνδραμεῖν εἰς ταὐτὸ, ἢ τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ πλέον, ἢ τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ. δυνατὸν δὲ κἀν τῷ χρόνῳ προϊόντι γίνεσθαι τὴν πρὸς θερμὴν καὶ ὑγρὰν κρᾶσιν, αὖθις θερμὴν καὶ ξηρὰν, ὥσπερ γε καὶ αὖθις πάλιν, τὴν ξηρὰν καὶ θερμὴν, ἀποσβεννυμένου τοῦ θερμοῦ, ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἀποτελεσθῆναι. ὅτι μὲν οὖν ἐγχωρεῖ καὶ θερμὴν ἅμα καὶ ὑγρὰν εἶναί τινα, καὶ ψυχρὰν καὶ ξηρὰν ἑτέραν τινὰ κρᾶσιν, ἐκ τούτων ἀποδεικνύουσιν. ὅτι δὲ πλείους τῶν τεττάρων διαφορὰς κράσεων ἀδύνατον ὑπάρχειν, ἐκ τῶνδε πειρῶνται διδάσκειν. ὑποκειμένων γὰρ, φασὶ, τεττάρων ποιοτήτων, εἰς ἀλλήλας τὸ δρᾶν καὶ πάσχειν ἐχουσῶν, θερμότητός τε καὶ ψυχρότητος, καὶ ξηρότητος καὶ ὑγρότητος, ἀντιθέσεις γίνεσθαι δύο, τὴν μὲν ἑτέραν, ἐν ᾗ τὸ θερμὸν ἀντίκειται τῷ ψυχρῷ, τὴν δ' ἑτέραν, ἐν ᾗ τὸ ξηρὸν τῷ ὑγρῷ, καὶ διὰ τοῦτο, τέτταρας ἀποτελεῖσθαι τὰς πάσας συζυγίας. ἓξ μὲν γὰρ γίνεσθαι τῶν τεττάρων ἀλλήλαις ἐπιπλεκομένων τὰς συζεύξεις, ἀλλὰ τὰς δύο τούτων ἀδυνάτους ὑπάρχειν. οὔτε γὰρ ὑγρὸν ἅμα καὶ ξηρὸν, οὔτε ψυχρὸν ἅμα καὶ θερμὸν δύναται γενέσθαι σῶμα. λείπεσθαι γοῦν τέτταρας εἶναι συζυγίας κράσεων, ὑγρὰς μὲν δύο, ξηρὰς δὲ δύο, θερμότητι καὶ ψυχρότητι διῃρημένας. ἃ μὲν οὖν οἱ χαριέστατοι τῶν πρὸ ἡμῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων εἰρήκασι, ταῦτ' ἐστίν. ἃ δ' ἐγὼ παραλιπεῖν αὐτοὺς νομίζω, λέγειν ἤδη καιρός.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Πλημμελῶς τοὺς παλαιοὺς ἐᾶσαι τὴν εὔκρατον φύσιν, καὶ αὐτὴν οὐκ εἶναι θερμήν τε καὶ ὑγράν.

ΕΝ μὲν δὴ καὶ πρῶτον, ὅτι τὴν εὔκρατον φύσιν, ὥσπερ οὐκ ἀρετῇ τε ἅμα καὶ δυνάμει προὔχουσαν, ἐπελάθοντό τε, καὶ τελέως παρέλιπον, ὥσπερ μηδ' ὅλως οὖσαν. καίτοι μηδὲ φθέγξασθαί τι χωρὶς ἐκείνης περὶ τῶν ἄλλων δυνάμενοι. τὸ γοῦν ἐν τῇ θερμῇ κράσει πλεονεκτεῖν τὸ θερμὸν, ἢ ἐν τῇ ψυχρᾷ τὸ ψυχρὸν, οὐδ' ἐπινοῆσαι δυνατὸν, δίχα τοῦ πρότερον ἐπιθέσθαι τὴν εὔκρατον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὴν ὑγιεινὴν δίαιταν, εἰς ἄλλο τι βλέποντες ἐξευρίσκουσιν, ἢ τὴν εὔκρατον ἐκείνην φύσιν. τὸ μὲν θερμότερον τοῦ δέοντος σῶμα, κελεύοντες ἐμψύχειν, τὸ δ' αὖ ψυχρότερον, θερμαίνειν, ὡσαύτως τὸ μὲν ὑγρότερον ξηραίνειν, τὸ δὲ ξηρότερον ὑγραίνειν, ἀντισάζοντες ἀεὶ δηλονότι τῷ πλεονάζοντι τὸ λεῖπον, ὡς εὔκρατόν τινα, καὶ μέσην ἐργάσασθαι κατάστασιν. ἣν οὖν ἀεὶ μεταδιώκουσιν, καὶ πρὸς ἣν ἀποβλέποντες, ἐπανορθοῦνται τὰς δυσκρασίας. ἐγὼ μὲν ἠξίουν ἁπασῶν πρῶτον λέγεσθαι πρὸς αὐτῶν. οἱ δ' ἄρα τοσοῦτον ἀποδέουσι τοῦ μεμνῆσθαι ταύτης, ὥσθ' ὅλως παραλείπουσιν αὐτήν. ἀλλ' οὐ παραλελεῖφθαι, φασὶν ἐξ αὐτῶν ἔνιοι, ἐν γὰρ τῇ θερμῇ καὶ ὑγρᾷ περιέχεται. καὶ πῶς οὐχὶ πέντε λέγετε τὰς πάσας εἶναι κράσεις, ἀλλὰ τέτταρας, εἴπερ τῆς ἀρίστης μέμνησθε; δυοῖν γὰρ θάτερον, ἢ τῶν δυσκράτων ἀνάγκη παραλελεῖφθαι μίαν, ἢ τὴν εὔκρατον. ἐγὼ μὲν δὴ σαφῶς οἶδα τὴν εὔκρατον αὐτοὺς παραλιπόντας, ἐξ ὧν ἀξιοῦσιν. ἐπεὶ δ' αὖ γὰρ θερμὴν καὶ ξηρὰν, καὶ ψυχρὰν καὶ ὑγρὰν, ἤ τινα ἄλλην λέγωσι κρᾶσιν, οὐ τῶν ἄκρων ἀκούειν ἡμᾶς χρῆναι ποιοτήτων, ἀλλὰ κατὰ τὴν πλεονεκτοῦσαν, ἀεὶ γίνεσθαι προσηγορίαν. εἰ δ' οὐ βούλονται τὴν εὔκρατον παραλελεῖφθαι, τῶν ἄλ-

ἄλλων τινὰ διελθήσονται παραλιπόντες. ἔστω γὰρ, εὔκρατον εἶναι τὴν ὑγρὰν καὶ θερμὴν, ὥσπερ αὐτοὶ βούλονται. παραλελοίπασιν ἄρα σαφῶς τὴν ἀντικειμένην τῇ ψυχρᾷ καὶ ξηρᾷ δυσκρασίᾳ, ἐν ᾗ τὸ ὑγρὸν πλεονεκτεῖ, καὶ τὸ θερμόν· ἀλλ' αὐτὴ, φασὶν, ἐστὶν ἥδε. καὶ πῶς ἐνδέχεται, καὶ πλεονεκτεῖν ἅμα τὸ θερμὸν, καὶ μὴ πλεονεκτεῖν, καὶ κρατεῖσθαι, καὶ μὴ κρατεῖσθαι τὸ ψυχρόν; εἰ μὲν γὰρ εὔκρατός ἐστιν, οὐδὲν οὐδενὸς ἀμέτρως ἐπικρατεῖ, εἰ δὲ δύσκρατος, ἀνάγκη πλεονεκτεῖν τι τῶν ἐκ τῆς ἀντιθέσεως. ἀλλ' αὐτὸ τοῦτο, φασὶν, ἴδιόν ἐστι τῆς εὐκράτου, τὸ κρατεῖν ἐν αὐτῇ τὸ μὲν θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, τὸ δ' ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, κρατήσαντος γὰρ τοῦ ψυχροῦ μετρίως μὲν, οὐκ ἀγαθὴν εἶναι τὴν κρᾶσιν, ἐπὶ δὲ μᾶλλον, νόσον ἤδη γίνεσθαι, καθάπερ εἰ καὶ σφοδρῶς κρατήσειε, θάνατον. οὕτω δὲ κἀπὶ τοῦ ξηροῦ συμπίπτειν, ἐν ἀρχῇ μὲν δυσκρασίαν, ἐπιπλέον δὲ, νόσον, ἐπὶ πλεῖστον δὲ κρατήσαντος, θάνατον. ὥσπερ οὐχὶ κἀπὶ τῆς ὑγρᾶς, καὶ θερμῆς ταῦτα συμπίπτοντα. τίς γὰρ ἂν οὐχ ὁμολογήσειεν, ὡς ἐπειδὰν μὲν ἐπ' ὀλίγον, ἢ τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ τύχοι πλεονεκτῆσαν, ἢ τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, δυσκρασίαι οὕτως γίνονται· ἐπειδὰν δ' ἐπὶ πλέον, νόσοι· ἐπειδὰν δ' ἐπὶ πλεῖστον, θάνατος· ὁ γὰρ αὐτὸς ἐπ' ἀμφοῖν λόγος. ἢ μηδὲ τὰς ἀμέτρως ὑγρὰς καὶ θερμὰς καταστάσεις αἰτιώμεθα, μηδ' ἴσα μὲν ὑγρότητος ἀμέτρου νοσήματα συνίσταται θερμὰ, μηδὲ ταῦτ' ὁμολογῶμεν εἶναι νοσήματα. πρὸς δὴ τοὺς τοιούτους λόγους ἀπομαχόμενοί τινες τῶν ἀπ' Ἀθηναίου τοῦ Ἀτταλέως, ὅμοσε χωροῦσιν· οὔτε κατάστασιν ὑγρὰν καὶ θερμὴν μέμφεσθαι λέγοντες, οὔθ' εὑρεθῆναί τι νόσημα φάσκοντες ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἀλλὰ πάντως, ἢ θερμὸν καὶ ξηρὸν ὑπάρχειν, ὡς τὸν πυρετὸν, ἢ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ὡς τὸν ὕδερον, ἢ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν, ὡς τὴν μελαγχολίαν. ἐπιμέμνηνται δ' ἐνταῦθα καὶ τῶν ὡρῶν τοῦ ἔτους, ὑγρὸν μὲν καὶ ψυχρὸν εἶναι τὸν χειμῶνα φάσκοντες, ξηρὸν δὲ καὶ θερμὸν τὸ θέρος, καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν τὸ φθινόπωρον, εὔκρατον δ' ἅμα καὶ θερμὴν καὶ ὑγρὰν ὥραν, καλοῦσι τὸ ἔαρ, οὕτω δὲ καὶ τῶν ἡλικιῶν, τὴν παιδικὴν εὔκρατόν τε, καὶ θερμὴν, καὶ ὑγρὰν εἶναι φασι. δηλοῦσθαι δὲ τὴν εὐκρασίαν αὐτῆς νομίζουσι, κἀκ τῶν ἐνεργειῶν τῆς φύσεως, ἐρρωμένων τηνικαῦτα μάλιστα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὸν θάνατόν φασιν εἰς ξηρότητα καὶ ψύξιν ἄγειν τὰ τῶν ζώων σώματα. καλεῖσθαι γοῦν ἀλίβαντας τοὺς νεκροὺς, ὡς ἂν μηκέτι λιβάδα καὶ ὑγρότητα κεκτημένους οὐδεμίαν, ἐξατμισθέντας ἅμα, διά τε τὴν ἀποχώρησιν τοῦ θερμοῦ, καὶ παγέντας ὑπὸ τῆς ψύξεως. ἀλλ' εἴπερ ὁ θάνατος, φασὶ, τοιοῦτος, ἀναγκαῖον ἤδη τὴν ζωὴν, ὡς ἂν ἐναντίαν ὑπάρχουσαν αὐτῷ, θερμήν τε εἶναι καὶ ὑγράν· καὶ μὴν εἴπερ ἡ ζωὴ, φασὶ, θερμόν τι χρῆμα καὶ ὑγρόν ἐστιν, ἀνάγκη πᾶσα, καὶ τὴν ὁμοιοτάτην αὐτῇ κρᾶσιν, ἀρίστην ὑπάρχειν, εἰ δὲ τοῦτο παντί που δῆλον, ὡς εὐκρατωτάτην, ὥστ' εἰς ταὐτὸ συμβαίνειν ὑγρὰν καὶ θερμὴν φύσιν, εὐκράτῳ, καὶ μηδὲν ἄλλο εἶναι τὴν εὐκρασίαν, ἢ τῆς ὑγρότητός τε καὶ θερμότητος ἐπικρατούσης. οἱ μὲν δὴ τῶν ἀμφὶ τὸν Ἀθήναιον, λόγοι τοιοίδε. δοκεῖ δέ πως ἡ αὐτὴ δόξα καὶ Ἀριστοτέλους εἶναι τοῦ φιλοσόφου, καὶ Θεοφράστου γε μετ' αὐτὸν, καὶ τῶν Στωϊκῶν, ὥστε καὶ τῷ πλήθει τῶν μαρτύρων ἡμᾶς δυσωποῦσιν. ἐγὼ δὲ περὶ μὲν Ἀριστοτέλους, ὅπως ἐγίνωσκε περὶ θερμῆς καὶ ὑγρᾶς κράσεως, ἴσως ἂν εἰ δεήσειεν, ἐπὶ προήκοντι τῷ λόγῳ, δείξαιμι. δοκοῦσι γάρ μοι παρακούειν αὐτοῦ.

quem omisisse conuincentur. Esto enim, sicut ipsi volunt, temperatus status is, qui calidus est & humidus; omissus igitur illis planè est is, qui frigidæ intemperiei aduersetur & siccæ, nempe in qua humidum præpollet & calidum. At idem, inquiunt, is est. At quî fieri potest, vt simul exuperet calidum & non exuperet; & superetur frigidum, & non superetur? si enim temperatus status est, neutrum alterum immodicè exuperat; sin intemperatus; necesse est exuperet altera oppositionum pars. At hoc ipsum, inquiunt, temperati statum proprium est, vt in eo calidum præstet frigido, & humidum sicco; quippe si frigidum modicè quidem vincat, non esse commodum temperamentum; sin ampliùs exuperet, iam vtique morbum existere, æquè vt si vehementer exuperet, mortem. Ad eundem modum in sicco contingere; in principio quidem existere intemperiem; si ampliùs augeatur, morbum; si plurimùm exuperet, mortem: Ceu verò in calido & humido non idem contingat; quis enim non dicat, vbi vel calidum frigido, vel humidum sicco paulò quidem plus valet, intemperiem ita fieri; vbi ampliùs exuperat, morbum; vbi plurimùm, mortem? siquidem eadem est vtrobique ratio. Alioqui nec qui calidi humidíque immodicè status sunt, eos vitio demus; nec qui calidi morbi cum humore immodico consistunt, eos morbos fateamur. Has quidem & eiusmodi obiectiones diluentes quidam Attalensis Athenæi sectatores, negant aut calidum humidúmque statum vitio dari, aut morbum vllum inueniri, qui calidus sit & humidus, sed omninò qui vel calidus sit & siccus, vt febris; vel frigidus & humidus, vt aqua intercus; vel frigidus & siccus, vt melancholia. Faciunt hîc & de anni temporibus mentionem, quorum hyemem frigidam esse atque humidam dicunt, æstatem calidam & siccam, autumnum frigidum & siccum, ver autem, tum temperatum, tum verò calidum humidúmque appellant. Ad eundem modum & ex ætatibus puerilem quidem temperatam esse, tum verò calidam humidámque. Porrò indicari autumant eorum temperiem ex naturalibus actionibus, quæ illa ætate maximè sint firmæ. Sed & mortem aiunt animantium corpora ad frigidum siccúmque perducere; quippe mortuos ἀλίβαντας vocari, quasi nihil humecti in se habentes, vtpote tum caloris abitione eo exhaustos, tum frigore rigentes. Quòd si, inquiunt, mors talis est naturæ, certè vita, quum sit illi contraria, calida est & humida; at verò si vita calidum quiddam atque humidum est, omninò quod illi simillimum temperamentum est, id optimum necessariò est; quòd si est, neminem latet idem quoque temperatissimum esse, sic in idem recidere calidum humidúmque statum cum temperato, nec aliud esse probam temperiem, quàm caliditatem simul & humiditatem dominari. Atque Athenæi quidem sequacium hæ sunt rationes; videtúrque & Aristotelis Philosophi, & post eum Theophrasti, & Stoicorum eadem esse quodammodo sententia. Ita testium quoque numero nos territant. Ego verò, quemadmodum Aristoteles de calida humidáque temperie senserit, in progressu, si res postulet, fortasse explicabo; videntur enim eum non rectè accipere.

CAP. IV.

CAPVT IV.

Ver non esse calidi & humidi temperamenti.

NVnc id primùm agam, vt eos qui sic sentiunt, in quo se ipsos fallant, doceam: mox rem totã in vnum coactam caput demonstrem. Cùm enim calidum & humidum, atque etiam eucraton existimant ver esse, hinc se manifestè decipiũt: nam neq; humidum est sicut hyems: neque calidũ, sicut æstas, quare neutrum immodicè: cùm tamen ipsis authoribus excessum quendam indicet quoduis talium nominum. Bifariam autem sunt decepti: primùm quidẽ, quòd in quatuor anni temporibus quartam temperamentorum coniugationem inuentam omninò volunt: deinde, quòd id ea ratione concludũt, quòd sit ver hyeme quidem calidius, æstate verò humidius. Verùm nec quartam in temporibus anni statuere temperamenti coniugationem est necesse, nisi etiam talis appareat: & cõtulisse id cum temporibus vtrinque positis, non magis id humidum & calidum, quam frigidum probat & siccum. Si enim calidum humidúmque, excessus cuiusdam nomina sunt, non potest, nec ipsis quidem authoribus, verum esse, ver enim in omnibus mediocre: si autem eò quòd æstate humidius est, hyeme verò calidius, idcirco humidum est & calidum, quid causæ est, quo minus frigidum id siccúmque putes propterea quòd æstate frigidius, & hyeme siccius? vel quam sibi facit sortitionem, vt vnam partem oppositionis ab hyeme, alteram ab æstate accipiat? quippe cùm ab vtroque in vtraque oppositionum parte dissideat, non ex dimidio collationem, sed ex toto habere debebat. Atqui si ita fiat, contraria illi inesse dicemus: nam calidum erit & siccum, si conferatur cum hyeme: frigidum & humidum, si cum æstate. Ex neutra igitur collatione, si modò integra est, calidum & humidum erit. Sed si illis licet ex vtraque oppositione sumpto dimidio, calidum id humidúmque asserere, nobis quoque ad alterum dimidium transire, atque id frigidum & siccum dicere, quidni licebit? scilicet siccum, vt ad hyemem: frigidum, vt ad æstatem. Omnia igitur hac ratione ver erit, humidum, siccum, calidum, frigidum. atqui in illorum ipsorum sententia, non possunt quatuor qualitates in vna eadémque re præpollere. Ergo neque æstati, neque hyemi ver comparare est æquum, sed potiùs ipsum per se æstimare. Neque enim hyemem ipsam ea de causa humidam esse & frigidam dicimus, quòd reliquis temporibus humidior frigidiórque sit: immo id illi alia quoque ratione accidit: sed quòd humiditas in ea superet siccitatem, & frigiditas calorem, propterea frigida dicitur atque humida. Ad eundem modum & æstas, quia in ea humidum vincitur à sicco, & frigidum à calido, ipsa quoque calida dicitur & sicca. siquidem æquum censeo quatuor anni temporum quodlibet ex suapte æstimatum natura, non autem ex alterius comparatione, calidum, frigidum, humidum, siccumve nominari debere. Quin etiam, si ad hanc formulam æstimes, apparebit tibi ver esse omnis excessus planè in medio: cùm neque, sicut in hyeme plus valet in eo frigidum, quàm calidum: neque, sicut in æstate, minus: Ad eundem modum siccitatis humiditatísque æquabilitatem in eo spectes, neque scilicet in eo sicut in æstate, præualente sicco: neque, sicut in hyeme, exuperante humido. Proinde rectè ab Hippocrate est dictum,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἔαρ οὐκ εἶναι τῆς θερμῆς τε καὶ τῆς ὑγρᾶς κράσεως.

ΤΟ δέ γε νῦν εἶναι, πειράσομαι πρῶτον ἐνδείξασθαι τοῖς λέγουσι ταῦτα, πῆ ποτε σοφίζονται σφᾶς αὐτούς, εἶτ' ἐφεξῆς ἐπιδεῖξαι τὸν ἅπαντα λόγον, εἰς ἓν ἀθροίσας κεφάλαιον. ὅτι μὲν δὴ τὸ ἔαρ, οἴονται θερμὸν εἶναι, καὶ ὑγρὸν ἅμα καὶ εὔκρατον, ἐντεῦθεν σοφίζονται προφανῶς. οὔτε γὰρ ὑγρὸν ὡς χειμὼν, οὔτε θερμὸν ὡς τὸ θέρος, ὥστ' οὐδέτερον ἀμέτρως· ἀμετρίας δὴ τὴν ἕκαστον τῶν τοιούτων ὀνομάτων, καὶ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους, δηλωτικόν. διχῶς δ' ἐσφάλησαν, πρῶτον μὲν, ἐκ τοῦ βούλεσθαι πάντως, ἐν ταῖς ὥραις εὑρεῖν τὴν τετάρτην συζυγίαν τῶν κράσεων, ἔπειτα δ' ἐκ τοῦ, καὶ θερμότερον ἢ κατὰ τὸν χειμῶνα, καὶ ὑγρότερον ἢ κατὰ τὸ θέρος ὑπάρχειν αὐτό. ἀλλ' οὔτ' ἀναγκαῖον, ἐν ταῖς ὥραις ὑποτίθεσθαι τὴν τετάρτην συζυγίαν τῶν κράσεων, εἰ μὴ καὶ φαίνοιτο· τό τε παραβάλλειν αὐτὸ ταῖς ἑκατέρωθεν ὥραις, οὐδὲν μᾶλλον ὑγρὸν καὶ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν ἀποδείξει καὶ ξηρόν. εἰ μὲν γὰρ ἀμετρίας ἐστὶν ὀνόματα τὸ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν, οὐκ ἀληθεύεται κατ' αὐτούς. σύμμετρον γὰρ ἐν ἅπασι τὸ ἔαρ. εἰ δ' ὅτι θέρους μὲν ἐστιν ὑγρότερον, χειμῶνος δὲ θερμότερον, ὑγρόν ἐστι καὶ θερμὸν, οὐδὲν ἧττον αὐτὸ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν νομίζεσθαι προσήκει, διότι θέρους μὲν ἐστι ψυχρότερον, χειμῶνος δὲ ξηρότερον, ἢ τίς ἀποκλήρωσις, ἓν μὲν τῶν ἐκ τῆς ἀντιθέσεως ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, ἓν δὲ ἀπὸ τοῦ θέρους λαμβάνειν; ἐν ἑκατέραις γὰρ ἀμφοτέρων διαφέρον, οὐκ ἐξ ἡμίσεως ὀφείλει τὴν παραβολὴν, ἀλλ' ὁλόκληρον ἔχειν. καὶ μὴν εἴ γε οὕτως γίνοιτο, τἀναντία φήσομεν ὑπάρχειν αὐτῷ. θερμὸν μὲν γὰρ ἔσται καὶ ξηρόν, εἰ τῷ χειμῶνι, ψυχρὸν δ' αὖ καὶ ὑγρὸν, εἰ τῷ θέρει, παραβάλλοιτο. καθ' οὐδετέραν οὖν τῶν παραβολῶν ὁλοκλήρως γινομένην, ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἔσται. εἰ δ' ἔξεστιν ἐκείνοις ἐξ ἑκατέρας αὐτῶν ἥμισυ λαβοῦσιν, ὑγρὸν ἀποφαίνειν αὐτὸ καὶ θερμὸν, ἐξέσται δήπου καὶ ἡμῖν, ὅτι θάτερον ἥμισυ μεταλαβοῦσιν, ξηρὸν καὶ ψυχρὸν ἀποφῆναι. ξηρὸν μὲν, ὡς πρὸς τὸν χειμῶνα, ψυχρὸν δὲ, ὡς πρὸς τὸ θέρος. ἅπαντα οὖν οὕτως ἔσται τὸ ἔαρ, ὑγρὸν, ξηρὸν, θερμὸν, ψυχρόν. ἀλλ' οὐδὲ κατ' αὐτοὺς ἐκείνους, οἷόν τέ ἐστιν ἐν ἑνὶ καὶ ταὐτῷ πράγματι, τὰς τέτταρας ἐπικρατῆσαι ποιότητας. οὔκουν οὔτε θέρει παραβάλλειν, οὔτε χειμῶνι τὸ ἔαρ, ἀλλ' αὐτὸ καθ' αὑτὸ σκοπεῖσθαι δίκαιον. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τὸν χειμῶνα, διὰ τοῦτο λέγομεν ὑγρὸν εἶναι καὶ ψυχρὸν, ὅτι τῶν ἄλλων ὡρῶν ἐστιν ὑγρότατος καὶ ψυχρότατος, ἀλλὰ τοῦτο μὲν, καὶ ἄλλως αὐτῷ συμβέβηκεν. ὅτι δὲ πλεονεκτεῖ κατ' αὐτὸν, ἡ μὲν ὑγρότης τῆς ξηρότητος, ἡ δὲ ψυχρότης τῆς θερμότητος, διὰ τοῦτο, ψυχρὸς εἶναι καὶ ὑγρὸς λέγεται. κατὰ ταὐτὸ δὲ καὶ τὸ θέρος, ὅτι κἀν τούτῳ, τὸ μὲν ὑγρὸν ἀπολείπεται τοῦ ξηροῦ, τὸ δὲ ψυχρὸν τοῦ θερμοῦ, διὰ τοῦτο, θερμὸν εἶναι λέγεται καὶ ξηρόν. καὶ γὰρ δίκαιον, ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως ἑκάστην τῶν ὡρῶν ἐξεταζομένην, οὐ πρὸς ἄλλην τινὰ παραβαλλομένην, ἢ θερμὴν ἢ ψυχρὰν, ἢ ξηρὰν ἢ ὑγρὰν ὀνομάζεσθαι. καὶ δὴ καὶ σκοπουμένοις κατὰ τάδε, φανεῖται τὸ ἔαρ ἀκριβῶς μέσον ἁπασῶν τῶν ὑπερβολῶν. οὔτε γὰρ ὡς ἐν χειμῶνι, πλεονεκτεῖ τὸ ψυχρὸν ἐν αὐτῷ τοῦ θερμοῦ, οὔθ' ὡς ἐν θέρει, πλεονεκτεῖται. κατὰ ταῦτα δὲ, καὶ ξηρότητός τε καὶ ὑγρότητος ἰσομοιρία τίς ἐστιν ἐν αὐτῷ, μήθ' ὡς ἐν θέρει κρατοῦντος τοῦ ξηροῦ, μήθ' ὡς ἐν χειμῶνι, τοῦ ὑγροῦ. διὰ τοῦτο, ὀρθῶς εἴρηται πρὸς Ἱπποκράτους,

ἦρ δ' ὑγιεινότατον, καὶ ἥκιστα θανατῶδες. ἀλλὰ καὶ τὸ φθινόπωρον, ἧττον μὲν ἢ τὸ θέρος, θερμόν· ἧττον δ' ἢ ὁ χειμὼν, ψυχρόν, ὥστε ταύτῃ μὲν, οὔτε θερμὸν ἁπλῶς, οὔτε ψυχρόν, ἀμφότερα γάρ ἐστι, καὶ οὐδέτερον ἄκρως. ἕτερον δέ τι πρόσεστιν αὐτῷ κακὸν, ὅπερ ἐπεσημήνατο καὶ Ἱπποκράτης ἐν ἀφορισμοῖς λέγων. Ὁκόταν τῆς αὐτῆς ἡμέρης, ὁτὲ μὲν θάλπος, ὁτὲ δὲ ψῦχος γίγνηται, φθινοπωρινὰ τὰ νοσήματα προσδέχεσθαι χρή. καὶ τοῦτό ἐστι, τὸ μάλιστα νοσῶδες ἐργαζόμενον τὸ φθινόπωρον, ἡ ἀνωμαλία τῆς κράσεως. οὐκ ὀρθῶς οὖν εἴρηται ψυχρὸν καὶ ξηρὸν. οὐ γάρ ἐστι ψυχρὸν, αὐτὸ καθ' αὑτὸ θεωρούμενον, ὥσπερ ὁ χειμὼν, ἀλλὰ τῷ θέρει παραβαλλόμενον, ἐκείνου ψυχρότερον. οὐ μὴν οὐδ' ὁμαλῶς εὔκρατον, ὡς τὸ ἔαρ, ἀλλ' ὅτι μάλιστα τούτῳ διενήνοχεν ἐκείνης τῆς ὥρας, ὅτι τὴν εὐκρασίαν τε καὶ τὴν ὁμαλότητα, διὰ παντὸς ἴσην οὐ κέκτηται. πολὺ γὰρ θερμότερόν ἐστι, κατὰ τὴν μεσημβρίαν, ἢ κατὰ τὴν ἕω τε, καὶ τὴν ἑσπέραν. ὑγρότητι δὲ καὶ ξηρότητι, μέσον μὲν οὐκ ἔστιν ἀκριβῶς, ὡς τὸ ἔαρ, ἀλλ' ἐπὶ τὸ ξηρότερον ῥέπει. λείπεται δὲ κἀν τούτῳ, τοῦ θέρους, οὐ μὴν τοσοῦτόν γε ὅσον θερμότητι. δῆλον οὖν ὡς οὐδὲ τὸ φθινόπωρον ἁπλῶς οὕτως ῥητέον, ὡς ἐκεῖνοι λέγουσι, ψυχρόν τε εἶναι καὶ ξηρόν. ἄκρως μὲν γὰρ οὐδέτερόν ἐστιν, ἐπικρατεῖ δ' ἐν αὐτῷ τὸ ξηρὸν τοῦ ὑγροῦ. καὶ δικαίως ἂν λέγοιτο ταύτῃ μὲν ξηρόν, ἐν δὲ τῇ κατὰ θερμότητα καὶ ψυχρότητα διαφορᾷ, μικτὸν ἐξ ἀμφοῖν καὶ ἀνώμαλον. ὥστ' εἴπερ τὰς τέσσαρας συζυγίας τῶν κράσεων, εἰς τὰς τέσσαρας ὥρας διανέμειν σπεύδουσιν, ἴστωσαν, οὐ μόνον ἦρι κακῶς προσάψαντες ὑγρότητα καὶ θερμότητα κράσεως, ἀλλὰ καὶ φθινοπώρῳ, ψυχρότητα καὶ ξηρότητα. καίτοι γε, εἰ καὶ τοῦτο συνεχωρεῖτο ξηρὸν εἶναι καὶ ψυχρόν, οὐκ ἦν ἀναγκαῖον εὐθέως, ὑγρὸν εἶναι καὶ θερμὸν τὸ ἔαρ. οὐ γὰρ εἰ τέτταρες αἱ πᾶσαι συζυγίαι τῶν κράσεων ἀμέτρων εἰσίν, ἤδη πάσας ἀναγκαῖον εἰς τὰς τέσσαρας ὥρας νενεμῆσθαι. ἀλλ' εἴπερ ἄρα τάξις τίς ἐστιν ἐν τῷ κόσμῳ, καὶ κατὰ τὸ βέλτιον, οὐ κατὰ τὸ χεῖρον ἅπαντα κεκόσμηται, πιθανώτερον ἦν, εὐκράτους μὲν τὰς πλείους ὥρας γεγενῆσθαι. μίαν δὲ ἐξ αὐτῶν, εἴπερ ἄρα, τὴν δύσκρατον. οἱ δέ γε, τοὐναντίον ἀποδεῖξαι σπεύδουσιν, ὡς οὐδεμία τῶν ὡρῶν ἐστιν εὔκρατος, ἀλλ' ἐξ ἀνάγκης ἐν αὐταῖς ἐπικρατεῖ, νῦν μὲν τὸ θερμὸν, αὖθις δὲ τὸ ψυχρὸν, καὶ νῦν μὲν, εἰ τύχῃ, τὸ ξηρὸν, αὖθις δὲ τὸ ὑγρόν. ἐγὼ δὲ τοσοῦτον ἀποδέω τὸ ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἀποφαίνειν τὸ ἔαρ, ἢ ὅτιπερ ἂν εὔκρατον ᾖ, θερμὸν καὶ ὑγρὸν εἶναι συγχωρεῖν, ὥστε πᾶν τοὐναντίον ἀποφαίνομαι, χειρίστην εἶναι κατάστασιν κράσεως τοῦ περιέχοντος ἀέρος, τὴν θερμὴν καὶ ὑγράν, ἣν ἐν μὲν ταῖς ὥραις, οὐκ ἂν εὕροις ὅλως. ἐν δὲ ταῖς νοσώδεσί τε καὶ λοιμώδεσι καταστάσεσιν ἐνίοτε συμπίπτει, καθάπερ που καὶ ὁ Ἱπποκράτης ἐμνημόνευσε, λέγων. ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ δι' ὅλου. τοῦτο γάρ ἐστιν ἴδιον ὑγρᾶς καὶ θερμῆς καταστάσεως, ὕειν συνεχῶς ἐν καύμασιν. εἰ δ' ἤτοι μόνον εἴη καῦμα, καθάπερ ἐπὶ τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος θέρους, ἢ ὕει μὲν, ἀλλ' ἐν κρύει, καθάπερ ἐν χειμῶνι, θερμὴν καὶ ὑγρὰν οὐχ οἷόν τε τὴν τοιαύτην εἶναι κατάστασιν. ἆρ' οὖν ἄνοσον ἐκεῖνο τὸ θέρος, ἐν ᾧ φησιν, ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ δι' ὅλου; καὶ μὴν ἄνθρακας ἐν αὐτῷ γενέσθαι διηγεῖται, σηπομένων δηλονότι τῶν ἐν τῷ σώματι περιττωμάτων. καί τινας ἰχῶρας θερμοὺς καὶ ὑγροὺς ἀμέτρως γεννησάντων.

Ver esse saluberrimũ, ac minimè morbis qui mortem afferant, obnoxium. Est & autumnus vtique quàm æstas, minùs calidus: sic vtiq; quàm hyems, minùs frigidus, quare hac ratione nec calidus absoluto sermone est, nec frigidus, quippe cùm ambo sit, ac neutrum ad summum: cæterùm alterum in eo est incommodum, quod etiam Hippocrates illa sententia significauit, quâ in Aphorismis dixit, Cùm eodem die modò nos calor viget, modò frigus afficit, autumnales expectandi morbi sunt. atque ea res est quæ maximè autumnum morbiferum facit, inæqualis ipsa temperies. Itaque non rectè frigidus siccúsque dicitur: non enim frigidus est, si ipse per se spectetur, vt hyems est: sed vbi cum æstate confertur, vtique illa frigidior: Sed nec æquabiliter temperatus, sicut ver: imò in hoc maximè ab illo tempore dissidet, quòd mediam temperiem & æqualitatem perpetuò parem non seruat: quippe meridie multò est calidior, quàm manè, aut vesperi: Nec in humido & sicco medium omninò statum obtinet, quemadmodum & ver, sed ad siccius deuergit: Ab æstate verò etiam in hoc vincitur, non tamen tanto interuallo, quanto in calore. Ergo patere arbitror, nec autumnum absoluto sermone & citra exceptionem, frigidum & siccum (sicut illis placet) dicendum esse, cùm neutrum ad summum sit, sed vincat in eo siccitas humiditatem: qua ratione meritò siccus appelletur: in calore verò & frigore, mixtum quiddam ex ambobus, & inæquale statuatur. Proinde si quatuor temperamentorum coniugationes in quatuor anni tempora distribui volunt, sciant se non solùm veri calidum humidúmque statum malè assignasse, sed etiam autumno frigidum & siccum: quanquam, si hoc quoque concedamus frigidum & siccum esse, non erit statim necesse ver humidum calidúmque esse. Non enim si quatuor temperierum immoderatarum coniugationes in totum sunt, iam omnes eas in quatuor anni tempora dispensari necesse est: sed si quis hoc in mundo est ordo, ac prout meliùs est non prout peiùs, omnia sunt disposita, probabilius sit, plura quidem ex anni temporibus temperata esse facta: vnum verò, si modò aliquid, intemperatum. Hi verò contra ostendere conantur nullum eorum esse temperatum, sed necessariò in ipsis exuperare, aliàs calidum, aliàs frigidum: & nunc, si ita sors tulit, siccum, nunc humidum. Ego verò, tantum abest vt aut ver humidum & calidum pronunciem: aut, si quid temperatum est, calidum atque humidum esse concedam, vt quod planè contrarium est id affirmem, omnium aëris nos ambientis temperamentorum pessimum id esse, quod humidum est & calidum: Quòd sanè temperamentum in quatuor anni temporibus inuenire prorsus nequeas: in morbido & pestilenti aëris statu interdum incidit, veluti quodam loco Hippocrates commemorat his verbis: Pluebat per æstum imber largus assiduè. Id namque est humidi & calidi status proprium, vt in æstu assiduè pluat: quòd si vel tantùm æstus sit, quemadmodum in naturaliter se habente æstate: vel pluat, sed in frigore, veluti hyeme solet: fieri nequit vt is status calidus sit & humidus. An igitur sine morbis erat æstas illa, in qua pluisse dicit in caloribus assiduè largum imbrem? Atqui carbunculos in ea fuisse narrat, putrescentibus scilicet in corpore excrementis: ac saniem quandam, quæ calida humidáque immodicè fuerat, gignentibus,

Intelliges id ex ipsa dictione, si totam tibi ascripsero, ea sic habet: Erant in Cranone carbunculi æstiui. Pluebat per æstum largo imbri, idque assiduè: accidebat autem hoc magis Austro. Ac suberat quidem sub cute sanies, quæ conclusa incalescebat ac pruritum excitabat: mox pustulæ veluti ambustis oboriebantur, vrique sub cute videbantur. Verùm hîc minus, vtpotè vno tantùm è quatuor temporibus mutato, malum fuit. Quòd si duo triáve sint mutata, aut etiam totus annus calidus humidúsque fuerit, necesse est magna pestilentia succedat: cuiusmodi in tertio Epidemiῶn. i. *grassantium publicè morborum*, narrat. Apponam autem primùm quæ de temporum intempestiuo statu scripsit: deinde de hominum, quę subsequuta est, corruptela. Aduertas autem animum in omnibus diligenter velim: æstiméśque primùm, cuiusmodi res sit calida humidáque temperies, quámque veri (quod temperata res est) dissimilis: deinde quàm necessariò in ea omnia putrescant. Incipit igitur Hippocrates narrationem in hunc modum: Annus Austrinus, pluuius, à ventis in totum silens. Deinde totius status particularem rationem his subiicit, crebros imbres in calido & austrino statu fuisse scribens: mox vniuersum sermonem in vnam summam sic conferens in fine, inquit: Cum fuisset totus annus austrinus, humidus & mollis, & hæc inciderunt: quæ vtique omnia in hoc libro scripsisse sit longum: licet autem, cui libuerit, in tertio Epidemiῶn membratim ea legere, ac in vnum caput omnia redacta videre, nempè putredinem maximam: cuius etiam ipsius Hippocrates non raro nominatim meminit, aliàs sic scribens: Erat autem & fluxio ipsa collecta haud similis puri, sed alia quædam putredo, ac fluxio multa, variáque. Aliàs sic: Et in pudendis carbunculi æstiui, tum alia, quæ putredines appellantur: vtque ex hac putredine multis quidem brachium & cubitus totus decideret: multis femur, vel sura nudaretur, totúsque pes: quinetiam magni ossium, carnium, neruorum articulorúmque prolapsus, inciderunt. Denique nullum ex affectibus quos scripsit, inuenias, qui meritò soboles putredinis non sit. quippe quòd nec à sicco putrefieri quicquam sit aptum, nec à frigido, intelliges, si carnes & reliqua quæcunque asseruari ab hominibus solent, obserues, hæc sale, hæc muria, hæc aceto, hæc alio quopiam ex iis quæ siccant, commodè præparari. Deprehendas & Borea (qui siccus natura & frigidus ventus est) omnia quàm diutissimè imputria durare. contra, putrescere facillimè Austrino statu: est enim is ventus calidus & humidus. Itaque nos in totum contra, quàm ij, qui calidum & humidum ver autumant, decernimus: cùm neque tale sit; neque, si esset, vtique salubre esset. Hi tamen & tale esse volunt, & propterea etiam salutiferum, vtrobique peccantes, tum in iis quæ sensu percipere, tum quæ ratione est intelligere: cùm sensu id manifestè liceat planè temperatum aduertere: nec minus ratione illud inuenire, quòd propterea est aptum sanitati, quòd è quatuor nulla in eo qualitatum exuperet. Quòd si vel caliditas eius frigiditatem multò excederet, vel humiditas siccitatem, tum variis putredinibus obnoxium, tum hac ratione omnium anni temporum morbis esset maximè opportunum.

A εἴσῃ δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς ῥήσεως, εἰ πᾶσαν αὐτὴν σοι παραγράψαιμι, τόνδε τὸν τρόπον ἔχουσαν. ἄνθρακες ἐν Κρανῶνι θερινοί. ὗεν ἐν καύμασιν ὕδατι λαύρῳ δι᾽ ὅλου. ἐγίνοντο δὲ μᾶλλον Νότῳ, καὶ ὑπεγίνοντο μὲν ὑπὸ τὸ δέρμα ἰχῶρες. ἐγκαταλαμβανόμενοι δὲ ἐθερμαίνοντο, καὶ κνησμὸν ἐνεποίεον, εἶτα φλύκταιναι ὥσπερ πυρίκαυστοι ἐπανίσταντο, καὶ ὑπὸ δὲ δέρμα καίεσθαι ἐδόκεον. ἀλλ᾽ ἐνταῦθα μὲν, ὡς ἂν μιᾶς ὥρας μετακοσμηθείσης, ἧττον τὸ κακόν, εἰ δὲ δύο ἢ τρεῖς ὑπαλλαχθεῖεν, ἢ καὶ σύμπαν τὸ ἔτος ὑγρὸν καὶ θερμὸν γένοιτο, μέγιστον ἀνάγκη συμπεσεῖν οὕτω λοιμόν, οἷον ἐν τῷ τρίτῳ τῶν ἐπιδημιῶν διηγεῖται. παραγράψω δὲ, πρῶτον B μὲν ἃ περὶ τῆς τῶν ὡρῶν ἀκοσμίας εἶπεν. ἐφεξῆς δὲ, καὶ τὰ περὶ τῆς ἐπιγινομένης φθορᾶς, τῶν ἀνθρώπων. ἐν ἅπασι δή αὐτοῖς, προσέχειν σε τὸν νοῦν ἀκριβῶς ἀξιῶ, καὶ σκοπεῖσθαι, πρῶτον μὲν ὁποῖόν τι πρᾶγμα θερμὴ καὶ ὑγρὰ κρᾶσίς ἐστιν, ὡς οὐδὲν ἦρι παρόμοιον, εὐκράτῳ χρήματι. Δεύτερον δὲ, ὡς ἀναγκαῖον ἐν αὐτῇ σήπεσθαι πάντα. ἄρχεται μὲν οὖν ὁ Ἱπποκράτης τῆς διηγήσεως ὧδε. ἔτος νότιον, ἔπομβρον, ἄπνοια διὰ τέλεος. εἶτα τούτοις ἐπιφέρει τὰ κατὰ μέρος ἁπάσης τῆς καταστάσεως. ὄμβρους πολλοὺς ἐν θερμῇ καὶ C νοτίᾳ καταστάσει γενέσθαι γράφων. εἶτ᾽ αὖθις τὸν σύμπαντα λόγον εἰς ἓν ἐπὶ τέλει κεφάλαιον ἀναγαγών, οὕτως. Γενομένου δὲ τοῦ ἔτεος ὅλου, φησί, νοτίου, καὶ ὑγροῦ, καὶ μαλακοῦ, τάδε καὶ τάδε συνέπεσεν, ἃ ξύμπαντα μὲν ἀναγράφειν ἐν τῷδε τῷ λόγῳ, μακρόν. ἔνεστι δὲ τῷ βουλομένῳ, λαβόντι τὸ τρίτον τῶν ἐπιδημιῶν, ἀναγνῶναι τὰ κατὰ μέρος, εἰς ἓν ἅπαντα κεφάλαιον ἀναγόμενα, σηπεδόνα μεγίστην, ἧς καὶ αὐτῆς ὀνομαστὶ πολλάκις ὁ Ἱπποκράτης ἐπιμέμνηται, ποτὲ μὲν ὡδί πως λέγων. ἦν δὲ καὶ τὸ ῥεῦμα τὸ συνιστάμενον, οὐ πύῳ ἴκελον, ἀλλὰ σηπεδών τις ἄλλη, καὶ ῥεῦμα D πολὺ, καὶ ποικίλον, ὅτε δὲ πάλιν ὡδί. καὶ ἐν αἰδοίοισιν, ἄνθρακες οἱ κατὰ θέρος, καὶ ἄλλα ἃ σῆψις καλέεται, καὶ ὡς ἐκ τῆς σήψιος ταύτης, πολλοῖς μὲν βραχίων, καὶ πῆχυς ὅλως ἀπέῤῥυη. πολλοῖσι δὲ μηρὸς, ἢ τὰ περὶ τὴν κνήμην ἀπεψιλοῦτο, καὶ ποὺς ὅλος. ἀλλὰ καὶ ὀστῶν, καὶ σαρκῶν, καὶ νεύρων, καὶ ἄρθρων ἐκπτώσεις ἐγίγνοντο μεγάλαι. καὶ ὅλως οὐδέν ἐστιν εὑρεῖν ὧν ἔγραψε παθημάτων, ὃ μὴ σηπεδόνος ἔγγονον ὑπάρχει, δεόντως. οὔτε γὰρ ὑπὸ τοῦ ξηροῦ τι σήπεσθαι πέφυκεν, οὔθ᾽ ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ. μάθοις δ᾽ ἄν, εἰ θεάσαιο τά τε κρέα, καὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα, τὰ πρὸς τῶν ἀνθρώπων ταριχευόμενα, τὰ μὲν ἁλσί, τὰ δ᾽ ἅλμῃ, τὰ δ᾽ ὄξει, τὰ δ᾽ ἄλλῳ τινὶ τῶν ξηραινόντων σκευαζόμενα καλῶς. μάθοις δὲ, καὶ ὡς ἐν τῷ βοῤῥᾷ, ξηρῷ καὶ ψυχρῷ τὴν φύσιν ὑπάρχοντι, ἄσηπτα μέχρι πλείστου διαμένει πάντα. σήπεται δ᾽ ἑτοίμως ταῖς νοτίαις καταστάσεσιν. ἔστι γὰρ οὖν καὶ οὗτος ὁ ἄνεμος ὑγρὸς καὶ θερμός. ὥστε πᾶν τοὐναντίον ἡμεῖς ἀποφαινόμεθα τοῖς ὑγρὸν καὶ θερμὸν ὑπολαμβάνουσιν εἶναι τὸ ἔαρ. οὔτε γὰρ τοιοῦτό ἐστιν, οὔθ᾽ ὑγιεινὸν ἂν ἦν, εἴπερ ἦν τοιοῦτο. οἱ δὲ καὶ τοιοῦτο εἶναί φασιν αὐτὸ, καὶ διὰ τοῦθ᾽ ὑγιεινὸν ὑπάρχειν, ἐν ἀμφοτέροις ἁμαρτάνοντες, ὅσα τε ταῖς αἰσθήσεσιν ἔνεστι διαγνῶναι, καὶ F ὅσα τῷ λόγῳ διασκέψασθαι. ταῖς μὲν γὰρ αἰσθήσεσιν ἔνεστιν ἐναργῶς μαθεῖν, εὔκρατον ἀκριβῶς αὐτὸ, τῷ λόγῳ δ᾽ ἐξευρεῖν, ὡς διὰ τοῦτ᾽ ἐστὶν ὑγιεινὸν, διότι μηδὲν ἐν αὐτῷ τῶν τεττάρων ἐπικρατεῖ. εἰ δέ γ᾽ ἤτοι τὸ θερμὸν ἐπεκράτει πολλῷ τοῦ ψυχροῦ, ἢ τὸ ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, σηπεδόνων τε ἂν ἦν εὔφορον, οὕτω δὲ καὶ πασῶν τῶν ὡρῶν νοσωδέστατον.

ἀλλ' ἡ τῆς τῶν τεττάρων κράσεων ἰσομοιρία, τῆς τε εὐκρασίας αὐτῆς, καὶ τῆς ὑγιείας αἰτία. πόθεν οὖν ἐπῆλθέ τισιν ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις, ὑγρὸν καὶ θερμὸν ἀποφήνασθαι τὸ ἔαρ; ἐκ τοῦ βούλεσθαι δηλονότι, τὰς τέτταρας συζυγίας τῶν κράσεων, εἰς τὰς τέτταρας ὥρας διανέμειν. τοῦτο δ' αὐτὸ πάλιν, ἐκ τοῦ παραλιπεῖν τὴν πρώτην ἁπασῶν, τὴν εὔκρατον, ἐγένετο. καὶ γὰρ οὖν, καὶ διαιτημάτων, καὶ φαρμάκων, ἁπάντων τε τῶν ὄντων, εἰς τὰς τέτταρας ταύτας συζυγίας ἀνάγουσι τὰς διαφοράς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Τοὺς παλαιοὺς διημαρτηκέναι, ὅτι ὀρθὴν τὴν τῶν ὀνομάτων σημασίαν οὐκ ἔγνωσαν.

Ὡς καὶ δῆλον εἰς ὅσον οἱ περὶ φύσεως ἀνθρώπου λογισμοί, σφαλέντες τῆς ἀληθείας, εἰς τὰς ἰάσεις βλάπτουσι, καὶ βέλτιον ἦν δυοῖν θάτερον, ἢ μηδ' ὅλως ἅπτεσθαι τῶν τοιούτων λόγων, ἀλλ' ἐπιτρέψαι τῇ πείρᾳ τὸ πᾶν, ἢ πρότερον ἐν τῇ λογικῇ θεωρίᾳ γυμνάσασθαι. ὁ γὰρ μήτε τῇ πείρᾳ προσέχων τὸν νοῦν, ἐπιχειρῶν τε θεωρίᾳ φυσικῇ, πρὶν τὸν λογισμὸν ᾧ μέλλοι μὲν εὑρίσκειν αὐτήν, ἀσκῆσαι πρεπόντως, ἀναγκαῖον ἀπάγειν εἰς τὰ τοιαῦτα σοφίσματα καὶ περί γε τῶν φαινομένων, ὡς ἀναισθήτοις ἀναγκάζει διαλέγεσθαι, μάρτυρά τε καλεῖν Ἀριστοτέλη, παρακούοντας ὧν διδάσκει. πολλαχῶς γὰρ ἐκεῖνος οἶδε καὶ τὸ θερμὸν λεγόμενον, καὶ τὸ ψυχρόν, καὶ τὸ ξηρόν, καὶ τὸ ὑγρόν· οἱ δ' οὐκ ἀκούουσιν αὐτοῦ πολλαχῶς, ἀλλ' ὡσαύτως ἀεί. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς οὐ ταὐτό ἐστιν, ἢ οἰκείῳ τινὶ καὶ συμφύτῳ θερμῷ, θερμὸν ὑπάρχειν, ἢ ἐπικτήτῳ καὶ ἀλλοτρίῳ, δεδήλωκεν Ἀριστοτέλης, οἱ δέ γε καὶ τούτου παρακούουσιν. ἔτι τε πρὸς τούτοις, ὁ μὲν Ἀριστοτέλης, ὡσαύτως δὲ καὶ ὁ Θεόφραστος, ἐς ὅ,τι χρὴ βλέποντας, ἢ εὔκρατον ἢ δύσκρατον ὑπολαμβάνειν εἶναι τὴν φύσιν, ἀκριβῶς εἰρήκασιν. οἱ δ', οὐδὲ τοῦτο γινώσκουσιν, ἀλλ' ὅταν ἀκούσωσι λεγόντων αὐτῶν, ὑγρὸν εἶναι καὶ θερμὸν τὸ ζῶον, ἢ τὴν τοῦ παιδὸς κρᾶσιν ὑγρὰν καὶ θερμήν, οὐθ' ὅπως εἴρηται ταῦτα συνιᾶσιν, ἐμπλήκτως τε μεταφέρουσι τὸν λόγον ἐπὶ τὰς ὥρας, ὥσπερ ταὐτὸ ὄν, ἀλλ' οὐ μακρῷ διαφέρον, ἢ τὴν οἰκείαν κρᾶσιν ὑγρὰν εἶναι καὶ θερμήν, ἢ τὴν τοῦ περιέχοντος ἡμᾶς ἀέρος. οὔτε γὰρ ταὐτό ἐστιν, οὔθ' ὁμοίως ὑγρὰ καὶ θερμὴ ζώου κρᾶσις, ἀέρος ὑγρὰ καὶ θερμὴ κρᾶσις λέγεται. τί δ' ἦν τὸ τούτων ἁπάντων αἴτιον, ἤδη διηγήσομαι, καὶ δείξω σαφῶς τοῖς προσέχειν τὸν νοῦν βουλομένοις, ὡς μικρὰ σφάλματα τῶν ἐν ἀρχῇ τῆς λογικῆς θεωρίας διδασκομένων, αἴτια μεγίστων ἁμαρτημάτων γίγνεται. καὶ κινδυνεύει τὰ πάντα τὰ κακῶς πραττόμενα, κατά τε τὰς τέχνας ἁπάσας, καὶ μέν τοι καὶ κατὰ τὰς ἐν τῷ βίῳ πράξεις, ἕπεσθαι σοφίσμασιν. ἕπεται τοιγαροῦν καὶ τάδε τὰ σοφίσματα, τῷ μὴ διελέσθαι περὶ τῶν σημαινομένων ὀρθῶς, ἀλλ' οἰηθῆναι τὸ θερμὸν λέγεσθαι διχῶς, τὸ μὲν, ὡς ἄκρατον, καὶ ἄμικτον, καὶ ἁπλοῦν, τὸ δ' ὡς ἐν τῇ πρὸς τὸ ἐναντίον ἐπιμιξίᾳ πλεονεκτοῦν. ὅτι δὲ καὶ παραβάλλοντες ἑτέρᾳ κράσει πολλάκις ἑτέραν, ἀποφαινόμεθα τὴν ἑτέραν αὐτῶν εἶναι θερμήν, ἐπιλανθάνονται καὶ τοῦδε. ἡ μὲν οὕτω τὰ ζῶα θερμὰ καὶ ὑγρὰ λέγεται πρὸς τῶν παλαιῶν, οὐ κατὰ τὴν ἰδίαν κρᾶσιν ἁπλῶς, ἀλλὰ τοῖς γε φυτοῖς καὶ τοῖς τεθνεῶσι παραβαλλόμενα.

Sed quatuor qualitatum mixtionis æqualitas, & mediæ temperaturæ eius, & salubritatis est causa. Quid igitur medicis ac philosophis quibusdam persuasit, vt calidum humidúmque ver esse iudicarent? nempe quòd quatuor temperamentorum coniugia quatuor anni temporibus adaptare voluerunt. Porrò id inde accidit, quòd primum omnium temperamentorum, id est temperatum ipsum prætermiserunt. Quinetiam victuum, medicamentorum, omnium denique rerum differentias, ad has quatuor coniugationes reducunt.

CAPVT V.

Veteres errasse, quòd rectam nominum significationem perspectam non haberent.

EX quo manifestum est, quantopere parum rectæ fallacésque de hominis natura rationes medicationibus obsint: Satiúsque erat duorum alterum: aut prorsus eiusmodi rationes non attigisse, sed totum experientiæ concedere: aut priùs in logica speculatione exercitatum fuisse. Quippe qui nec experientiæ est attentus, & naturalem speculationem aggreditur priùs quàm rationem qua hæc inueniat, conuenienter exercuit, necesse est in eiusmodi sophismata sit perductus: ac de euidentibus, ceu is qui sensu careat, disputet: tum Aristotelem testem aduocet, malè scilicet accipiendo ea quæ præcepit. Hic enim calidum, frigidum, humidum & siccum, multipliciter dici nouit: illi, non quasi multipliciter, sed quasi ad eundem perpetuò modum dici velit, accipiunt. Quin etiam is, quòd aliquid suo naturali calore, aut alieno & acquisitio calidum sit, non esse idem indicauit: illi hoc quoque perperam accipiunt. Ad hæc Aristoteles, itémque Theophrastus, quò respicientes temperatam intemperatamve naturam esse, conijcere oporteat, diligenter prodiderunt: illi ne id quidem intelligunt: sed cùm hos audiunt animal calidum humidúmque dicere, aut pueri temperiem humidam calidámque esse, nec quemadmodum ea dicta sint, intelligunt, stupidi ad quatuor anni tempora sermonem transferunt: ceu verò idem sit, ac non longo interuallo dissidens, propriam alicuius temperiem humidam calidámque esse, aut circundati nobis aëris. Neque enim aut idem est, aut similiter dicitur animalis temperies calida & humida, sicut aëris temperamentum calidum dicitur & humidum. Quæ igitur sit omnium horum causa, iam dicam: claréque ostendam: iis præsertim qui intenti esse volunt, exiguum errorem in iis quæ inter initia logicæ speculationis traduntur, maximorum errorum causam fieri: ac fortassis omnia, quæ vel in cunctis artibus, vel in vitæ actionibus perperam geruntur, sophismatis succedunt. Atque hæc quidem sophismata illi vitio succedunt, quòd vtique non rectè definitum est de calidi significationibus, sed duobus tantùm modis dici, id putatum: quorum altero significetur quod sincerum, immixtum & simplex est: altero quod in mixtione cum suo contrario id superat: quòd autem & alteram temperiem cum altera conferentes, subinde alteram earum calidam, pro eo quod est, calidiorem pronunciamus, id non meminerunt. Atqui ad eum modũ animantia veteribus calida & humida sunt dicta, non propriæ tẽperaturæ gratia, & sermone absoluto, immo ad stirpes & demortua collata:

Quippe de mortuis & stirpibus animantia, calidiora humidioráque sunt. Quinetiam ex animantibus ipsis speciatim inter se collatis, canis siccior est, homo humidior: at si formicæ, vel api canem conferas, illas sicciores, hunc humidiorem inuenias. Ita idem animans siccum quidem vt ad hominem collatum, humidum verò vt ad apiculam, rursus vt ad hominem calidum: vt ad leonem, frigidum erit: nec nimirum, si ad aliud comparatum, contraria simul dici de se patitur. Nec enim alienum est, si idem corpus simul calidum, frigidúmque dixeris, nisi ad idem conferens, sic dixeris, quod enim est incommodum, si eundem hominem dextrum sinistrúmque dicas, nisi ad eundem conferens ita dicas, cùm ad alterum dextrum esse, ad alterum sinistrum, nihil sit absoni. Sic igitur & canis humidus pariter & siccus, præterea calidus simul & frigidus est, non tamen ad idem collatus: quippe ad hominem si conferas, siccus est: ad formicam, humidus: rursus hominis respectu calidus est: leonis, frigidus: quinetiam calidus est, vt viuēs, cum mortuus non amplius sit calidus: non calidus, vt ad alterum (si ita vis) canem comparatus. Atque hæc quidem omnia per collationem inter se dicuntur: quæ verò, vt in animantium genere conferuntur, alia ratione: sicuti etiam quęcumque in aliqua animalium specie. Canis namque vt ad formicam & apim, est humidus: vt autem in animantium genere, est siccus: rursus ipsorum speciatim canum hic siccus, ille humidus, alius, vt canis, temperatus.

καὶ γὰρ τῶν τεθνεώτων, ζῶα, καὶ τῶν φυτῶν ἐστι θερμότερα καὶ ὑγρότερα. καὶ μὲν δὴ καὶ τῶν ζώων αὐτῶν ἀλλήλοις κατ᾽ εἴδη παραβαλλομένων, ξηρότερον μὲν ὁ κύων, ὑγρότερον δὲ ὁ ἄνθρωπος. εἰ δὲ μύρμηκι καὶ μελίττῃ παραβάλλοις τὸν κύνα, ξηρότερα μὲν ἐκεῖνα, τὸν κύνα δ᾽ ὑγρότερον εὑρήσεις, ὥστε ταὐτὸ ζῶον, ξηρὸν μὲν ὡς πρὸς ἄνθρωπον ὑπάρχειν, ὑγρὸν δ᾽ ὡς πρὸς μέλιτταν. οὕτω δὲ καὶ θερμὸν μὲν, ὡς πρὸς ἄνθρωπον, ψυχρὸν δ᾽ ὡς πρὸς λέοντα. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τὸ πρὸς ἕτερόν τι λεγόμενον, τὰς ἐναντίας ἅμα κατηγορίας ἐπιδέχεται. οὐ γὰρ τοῦτ᾽ ἄτοπον εἰ ταὐτὸ σῶμα θερμὸν ἅμα λέγεται καὶ ψυχρὸν, ἀλλ᾽ εἰ καὶ πρὸς ταὐτό. οὐ γὰρ ὅτι δεξιὸς ἅμα καὶ ἀριστερὸς ὁ αὐτὸς ἄνθρωπος, ἄτοπον. εἰ δέ γε πρὸς ἄλλον μὲν δεξιὸς, πρὸς ἄλλον δὲ ἀριστερὸς, οὐδὲν ἄτοπον. οὕτως οὖν καὶ κύων, ὑγρὸς ἅμα καὶ ξηρὸς, καὶ θερμὸς ἅμα καὶ ψυχρὸς, ἀλλ᾽ οὐ πρὸς ταὐτό. πρὸς μὲν γὰρ ἄνθρωπον ξηρὸς, ὑγρὸς δ᾽ ὡς πρὸς μύρμηκα, καὶ πρὸς μὲν ἄνθρωπον θερμὸς, ψυχρὸς δ᾽ ὡς πρὸς λέοντα. καὶ γὰρ δὴ καὶ θερμὸς μὲν, ὡς ζῶν. εἰ γάρ τι τέθνηκεν, οὐ θερμόν· οὐ θερμὸς δ᾽ ὡς πρὸς ἕτερον, εἰ οὕτως ἔτυχε, κύνα. ταυτὶ μὲν οὖν ἅπαντα, πρὸς ἄλληλα ἐκ παραβολῆς λέγεται, τὰ δ᾽ ὡς ἐν ζώων γένει, καθ᾽ ἕτερον τρόπον, ὥσπερ αὖ καὶ κατ᾽ εἶδος ζώου. κύων γὰρ, ὡς πρὸς μὲν μύρμηκα καὶ μέλιτταν, ὑγρὸς, ὡς δ᾽ ἐν ζώων γένει, ξηρός. αὐτῶν δὲ τῶν κυνῶν κατ᾽ εἶδος, ὁδὶ μὲν ξηρὸς, ὁδὶ δὲ ὑγρός, ἄλλος δέ τις, ὡς κύων εὔκρατος.

CAPVT VI.

De recta nominum significatione, quæ temperamentis adhibentur.

AT dictum quidem à nobis est in secundo de pulsuum agnitione de tali nominum vsu in vniuerso diffusissimè: necesse tamen videtur nunc quoq; summatim aliquid de his quod ad rem propositam vtile sit dicendum. Quod absoluto sermone, nec ad aliud vllum collatum, siccum vocatur, id in solis elementis est igni terráque: sicut humidum in aqua & aëre: Ad eundem modum & de calido frigidóque sentiendum: nullum enim cæterorum corporū prorsus calidum frigidúmve est, sed sola elementa. Quicquid præter hæc cœperis, ex his mixtis constat: eóque secundo significationum genere, calidum frigidúmve est, non ampliùs absoluta ratione veluti sincerum, & à mixtione alienum: imò veluti vel calidum largiùs, frigidum parciùs: vel frigidum largiùs, calidum parciùs sit sortitum, reliquorum quiduis calidum frigidúmve dicitur. Ac duo quidem significata calidi, frigidi, humidi & sicci hæc sunt: alterum absoluto sermone loquentium mixtura carens & sincerum: alterum ex contrariis quidem mixtis constans, cæterùm ex prępollentis in mixtura nomine appellatum. Sic quidem igitur, sanguis, pituita, adeps, vinum, oleum, mel, quicquid his simile est, humidū dicitur: os, cartilago, vnguis, vngula, cornu, pilus, lapis, lignum, arena, later, minorem portionem humidi sunt sortita, maiorem sicci: eóque eiusmodi omnia sicca dicuntur. Fomica verò sicca est, & vermis humidus, scilicet vt sunt animalia. Rursus inter ipsos vermes, alius siccus, alius humidus: idque vel absolutè loquendo vt vermis: vel alteri cuipiam vermi comparatus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ ὀρθῆς τῶν ὀνομάτων σημασίας τῶν ταῖς κράσεσι προσφερομένων.

ΛΕλεκται μὲν οὖν ἐπὶ πλεῖστον ἡμῖν ὑπὲρ ἁπάσης τῆς τοιαύτης χρήσεως τῶν ὀνομάτων, ἐν δευτέρῳ περὶ διαγνώσεως σφυγμῶν. ἀνάγκη δὲ, ὡς ἔοικεν, εἰπεῖν τι καὶ νῦν ὑπὲρ αὐτῶν, διὰ κεφαλαίων, ὅσον εἰς τὰ προκείμενα χρήσιμον. τὸ μὲν ἁπλῶς ξηρὸν, ὃ πρὸς μηδὲν ἕτερον λέγεται, μόνοις τοῖς στοιχείοις ὑπάρχει, πυρί τε, καὶ γῇ, καθάπερ δὴ, καὶ τὸ ὑγρὸν, ὕδατι καὶ ἀέρι. κατὰ ταὐτὰ δὲ, καὶ περὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ χρὴ νοεῖν. οὐδὲν γὰρ τῶν ἄλλων σωμάτων, ἀκριβῶς οὔτε θερμὸν οὔτε ψυχρόν ἐστιν, ἀλλ᾽ ἢ τὰ στοιχεῖα μόνον. ὅ,τι δ᾽ ἂν τῶν ἄλλων λάβοις, ἐκ τούτων κέκραται, καὶ διὰ τοῦτο, τὸ δεύτερον σημαινόμενον, οὐκ ἔθ᾽ ἁπλῶς θερμὸν ἢ ψυχρὸν, ὡς ἄμικτόν τε καὶ εἰλικρινές. ἀλλ᾽ ὡς ἤτοι πλέονος μὲν τοῦ θερμοῦ, τοῦ ψυχροῦ δ᾽ ἐλάττονος, ἢ τοῦ μὲν ψυχροῦ πλέονος, ἐλάττονος δὲ τοῦ θερμοῦ μετέχον, ἕκαστον τῶν ἄλλων ἢ θερμὸν ἢ ψυχρὸν λέγεται. δύο μὲν δὴ ταῦτα σημαινόμενα τοῦ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ· τὸ μὲν, ἁπλῶς λεγόντων ἡμῶν, ἄμικτόν τε καὶ εἰλικρινές. ἕτερον δὲ, μικτὸν μὲν ἐκ τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ τῷ τοῦ πλεονεκτοῦντος ὀνόματι προσαγορευόμενον. οὕτως μὲν οὖν ὑγρὸν αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ πιμελή, καὶ οἶνος, ἔλαιόν τε, καὶ μέλι, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἕκαστον λέγεται. ὀστᾶ δὲ, καὶ χόνδροι, καὶ ὄνυχες, καὶ ὁπλαὶ, καὶ κέρατα, καὶ τρίχες, καὶ λίθοι, καὶ ξύλα, καὶ ψάμμος, καὶ κέραμος, ἐλάττονα μὲν ὑγροῦ μοῖραν ἔχει, πλείονα δὲ ξηροῦ, καὶ διὰ τοῦτο πάλιν, ἅπαντα τὰ τοιαῦτα ξηρὰ προσαγορεύεται. μύρμηξ δὲ ξηρὸν, καὶ σκώληξ ὑγρὸν ὡς ζῶα. καὶ πάλιν ἐν αὐτοῖς τοῖς σκώληξιν, ὁδὶ μὲν ξηρότερος, ὁδὶ δὲ ὑγρότερος, ἢ ἁπλῶς ὡς σκώληξ, ἢ τῷ δέ τινι παραβαλλόμενος ἑτέρῳ.

αὐτὸ δὲ τοῦτο, τί δή ποτέ ἐστιν ὅταν οὕτως λέγωμεν, ὡς σκώληξ ξηρὸς, ὡς ἄνθρωπος θερμὸς, ὡς κύων ψυχρὸς, εἰ μή τις ἀκριβῶς ἀκούσειέ τε καὶ νοήσειε πρότερον, ἀνάγκη συγκεχύσθαι τὸν λόγον ἅπαντα. τὸ δ' ἀκριβῶς ἐστιν, ὃ κἀν τῷ δευτέρῳ περὶ τῆς τῶν σφυγμῶν διαγνώσεως λέγεται, τὸ κατὰ γένος ἢ εἶδος ὀνομάζεσθαι τοιοῦτον καθ' ἕκαστον, οὐ θερμὸν μόνον, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν ἢ ὑγρὸν, ἀλλὰ καὶ μέγα, καὶ μικρὸν, καὶ βραδὺ, καὶ ταχὺ, καὶ τῶν τοιούτων ἕκαστον, ὅταν ὑπὲρ τὸ σύμμετρόν τε, καὶ μέσον ᾖ, ἢ ζῷον θερμὸν, ὅταν ὑπὲρ τὸ μέσον ᾖ τῇ κράσει ζῷον, ἢ ἵππος θερμὸς, ὅταν ὑπὲρ τὸν μέσον ἵππον ᾖ. τὰ δ' ἐν ἑκάστῳ γένει τε καὶ εἴδει μέσα, τὰ σύμμετρά ἐστιν. ἴσον γὰρ ἀπέχει τῶν ἄκρων ἐν ἐκείνῳ τῷ γένει τε καὶ εἴδει. γένος μὲν οὖν τὸ ζῷον, ἵππος δὲ, καὶ βοῦς, καὶ κύων, εἴδη. καὶ δὴ καὶ μέσον μέν ἐστι τῇ κράσει, καθ' ὅλον τὸ γένος τῶν ζώων, ὁ ἄνθρωπος. ἐν γὰρ τοῖς ἐφεξῆς τοῦτο δειχθήσεται. μέσος δ' ὡς ἐν ἀνθρώποις κατ' εἶδος, ὁ καλούμενος εὔσαρκος. οὗτος δ' ἐστὶν ὃν οὔτε λεπτὸν, οὔτε παχὺν ἔχομεν εἰπεῖν, οὔτε θερμὸν, οὔτε ψυχρὸν, οὔτ' ἄλλῳ τινὶ τῶν τὴν ἀμετρίαν ἐνδεικνυμένων ὀνομάτων προσαγορεῦσαι. ὅστις δ' ἂν ὑπὲρ τοῦτον ᾖ, πάντως οὗτος, ἢ θερμότερός ἐστιν, ἢ ψυχρότερος, ἢ ξηρότερος ἢ ὑγρότερος. ὀνομάζεται δὲ, πῇ μὲν ἁπλῶς ὁ τοιοῦτος, πῇ δ' οὐχ ἁπλῶς. ἁπλῶς μὲν, ὅτι θερμὸς ἢ ψυχρὸς, ἢ ξηρὸς ἢ ὑγρὸς εἶναι λέγεται, μηκέτι παραβαλλόμενος ἀφωρισμένως ἑνὶ τῷδε. καθ' ἕτερον δὲ τρόπον οὐχ ἁπλῶς, ὅτι τῷ συμμέτρῳ τε καὶ μέσῳ παντὸς τοῦ εἴδους, παραβάλλεται. οὕτω δὲ καὶ κύων, ζῷον ξηρὸν, ἁπλῶς μὲν ὡς ἄν τῳ δόξειε, λέγεται, μηκέτι παραβαλλόμενος, εἰ τύχοι μύρμηκι, καθ' ἕτερον δὲ τρόπον, οὐχ ἁπλῶς, ὅτι τῷ συμμέτρῳ τε, καὶ μέσῳ τῇ κράσει παντὸς τοῦ εἴδους τῶν ζώων ἁπάντων, ὅ, τί ποτ' ἂν ᾖ τοῦτο, παραβάλλεται. πρόδηλον οὖν ἤδη γέγονεν, ὡς ἕκαστον τῶν οὕτω λεγομένων, ἢ ἑνὶ παραβάλλοντες, ὅτῳ δήποτε, θερμὸν ἢ ψυχρόν, ἢ ξηρὸν ἢ ὑγρὸν, πρὸς ἐκεῖνο λέγομεν, ἢ τῷ μέσῳ, καθ' ὅπερ ἂν εἶδος ἢ γένος ᾖ τὸ λεγόμενον. οἷον εἶδος μὲν, ἵππον, καὶ βοῦν, καὶ κύνα, καὶ πλάτανον, καὶ κυπάριττον, καὶ συκῆν, γένος δὲ, ζῷον, ἢ φυτόν. ἐπὶ τούτοις, τρίτον ἄλλο σημαινόμενον ἦν τῶν ἁπλῶς λεγομένων, ἃ δὴ καὶ τὰς ἀμίκτους τε, καὶ ἄκρας ἔφαμεν ἔχειν ποιότητας, ὀνομάζεσθαί τε στοιχεῖα. καὶ μὲν δὴ καὶ τὰς ποιότητας αὐτὰς, ὀνομάζομεν ἐνίοτε τοῖς ποιοῖς σώμασιν ὁμωνύμως. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτου μετ' ὀλίγον ἐροῦμεν. εἰς δὲ τὰ προὔντα, τῶν ποιῶν σωμάτων τριχῶς λεγομένων, ἐπισκέπτεσθαι προσήκει, πῶς ἐν ἑκάστῃ ῥήσει κέχρηταί τις τῇ προσηγορίᾳ, πότερον ὡς ἁπλοῦν τι καὶ ἄμικτον δηλῶν, ἢ ὡς πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς, ἢ ὁμοειδὲς παραβάλλων, ἢ πρὸς ὁτιοῦν τὸ ἐπιτυχόν. οἷον ὅταν ὀστοῦν εἴποι τις ξηρὸν, ἢ ψυχρὸν, ἁπλῶς οὑτωσὶ μόνον ὀνομάσας, ἄνευ τοῦ προσθεῖναι, λέοντος, ἢ κυνὸς, ἢ ἀνθρώπου. δῆλον γὰρ, ὡς πρὸς τὴν ὅλην φύσιν ἀποβλέπων ἁπάντων τῶν ἐν τῷ κόσμῳ σωμάτων, ἐπινοεῖ τι μέσον, ᾧ παραβάλλων αὐτὸ, ξηρὸν εἶναί φησι. ἂν δέ γε τὸ τοῦ λέοντος, ἢ τὸ τοῦ κυνὸς, ἢ τὸ τοῦ ἀνθρώπου ὀστοῦν εἴποι ξηρὸν εἶναι, δῆλον ὡς ἐν αὐτοῖς πάλιν τοῖς τῶν ζώων ὀστοῖς, τῷ μέσῳ παραβάλλει. καὶ χρὴ κἀνταῦθά τι νοῆσαι πάντων τῶν ζώων, τῶν μὲν μᾶλλον, τῶν δὲ ἧττον ἐχόντων ὀστᾶ ξηρὰ, μέσον εἶναι τὴν κρᾶσιν ὀστοῦν ἔν τινι γένει ζώων, οἷον ἀνθρώπου, εἰ τύχοι, καὶ τούτῳ τ' ἄλλα παραβαλλόμενα, τὰ μὲν ὑγρὰ, τὰ δὲ ξηρὰ

A Cæterùm hoc ipsum quod dicimus, vt vermis siccus: vt homo calidus: vt canis frigidus, nisi quis rectè accipiat & priùs intelligat quid sibi velit, necesse est omnem sermonem confundat. Est autem rectè accipere id quod in secundo de pulsibus agnoscendis dicitur, vnumquodque secundum genus vel speciem non modò calidum, frigidum, humidum siccumve: sed etiam magnum, paruum, celer, tardum, aliáque id genus tunc nominari, cùm supra mediocre mediúmque sit: verbi gratia, animal calidum, cùm supra medium temperie sit animal: equum calidum, cùm supra medium temperie equum sit: B Porrò in quoque genere specieve, media sunt ea quæ symmetra dicuntur: quippe quæ à summis in eo genere & specie finibus æqualiter distant. Ac genus quidem est animal: species equus, bos, canis. Medium temperie in toto animalium genere homo est: id enim in sequentibus demonstrabitur. Medium verò vt in hominum specie est, quem eusarcon vocant .i. quadratum: is porrò est, quem nec gracilem dicere nec crassum possis, sed nec calidum, nec frigidum, nec alio quouis nomine ex iis quæ excessum defectumve indicant, appellare. Quisquis super hunc fuerit, is prorsus calidior, frigidior, humidior sicciorve est: C nominatur autem talis partim absoluto sermone, partim non absoluto: absolutè quidem loquenti, quoniam calidus, frigidus, siccus humidúsve esse dicitur, minimè vni alicui priuatim collatus: altero autem modo non absolutè, quoniam symmetro, id est coæquali & medio omnis speciei, confertur. Ita autem & canis absolutè quidem (provt videlicet cuipiam opinio est) animal siccum dicitur, non dum alicui comparatus, verbi gratia formicæ: altero autem modo non absolutè, quoniam symmetro & temperie medio, omnis animalium speciei quæcunque illa sit, cõparatur. Ergo iam palàm fit, quòd D vnumquodque eorum quæ sic dicuntur, nos id vel vnicuicunque comparantes, calidum, frigidum humidumve aut siccũ, vt ad illud dicimus: vel in quocunque genere specieve sit dictum, ad eius medium referentes: in specie quidem, vt equo, boue, cane, platano, cupresso, ficu: genere verò, vt animali, vel planta: his accedit & tertium significatum, eorum scilicet quæ absoluto sermone dicuntur, quæ impermixtas summásque habere qualitates diximus, ac elementa vocari. Quinetiam qualitates ipsas, est quando corporibus iis quæ affecta qualitate sunt, similiter appellamus: verùm de hoc mox agetur. E Sed ad rem propositam: cùm qualitate affecta corpora trifariàm dicantur, considerandum arbitror in quaque dictione quemadmodum vtamur appellationibus: vtrumne vt simplex aliquid & impermixtum indicantes: an veluti ad symmetron eiusdem generis vel speciei conferentes: an veluti ad rem quamlibet: sicut cum os siccum dicimus aut frigidum, absoluto ita sermone nominantes, non adiecto leonis, aut canis, aut hominis: palàm namque est, quòd ad vniuersam naturam omnium quæ sunt in mundo corporum respicientes, aliquid concipimus medium, cum quo conferentes, ipsum siccum dicimus. At si quis leonis vel canis vel homi- F nis os siccum esse dicit, liquet hunc rursus ei quod in ipsis animalium ossibus medium est, id comparare. Estque, quoniam vniuersorũ animalium aliis magis, aliis minùs sicca ossa sunt, hic quoque os aliquod in aliquo animalium genere intelligendum, quod media temperie sit, verbi causa hominis: atque huic reliqua collata, alia humida, alia sicca

appellanda. Iam in ipsis hominibus alius os siccum, alius humidum habere dicetur, vtique ei qui medius est vt in hominibus, collatus. Quòd verò in omnibus quæ sunt, quod medium inter extrema est, id symmetron, atque in illo genere vel specie temperatum sit, in omni mihi sermone subaudiendum perpetuò est, quanquam sit in dictione nonnunquam omissum. Atque, cùm hæc quidem sic se habeant, vbi aliquis hanc vel illam humidam calidamve temperiem affirmat, rogandus est, quemadmodum dixerit: vtrúmne hunc quempiam vni definito comparans, Platoni, verbi gratia, Theophrastum: an secundum genus quodlibet speciemve collationem faciens, quippe vel vt hominem, vel vt animal, vel vt substantiam absolutè: tertiũ enim significatum cuiusuis talium nominum, quod simplex esse impermixtúmque diximus, id in mixtis substantiis non est, sed in ipsis primis, quæ etiam vocamus elementa. Ita, cùm quodque affectorum qualitate corporũ trifariam dicatur, nobis ad propositam de temperamentis tractationem duobus tantùm est opus vt qui vel ad vnum quodlibet, vel ad medium eiusdem generis comparemus. Quoniam autem multa genera sunt, quemadmodum vtique & indiuidua, poterit multis modis idem corpus & calidum, & frigidum, & humidum, & siccum esse: verùm cùm vni cuilibet comparatur, admodum manifestum est, contraria de eodem dicere licere, veluti Dionem Theone quidem & Memnone licciorem, Aristone & Glaucone humidiorem. At cùm ad medium eiusdem generis, vel eiusdem speciei fit collatio, hic iam confundi conturbaríque, qui parum exercitati sunt, solent. Idem namque homo humidus simul & calidus esse potest, sed non minùs siccus & frigidus: verùm siccus quidem & frigidus, ad mediocris temperamenti hominẽ collatus: humidus autem & calidus, vt ad aliud quoduis animal stirpemve aut substantiã comparatus: verbi gratia ad animal, vt apem & formicam: ad stirpem vt oleã, vel ficum, vel laurum: ad aliam verò quampiam substantiam quæ nec animal sit, nec planta, vt lapidem, ferrum, vel æs. In his verò collationem, quæ ad hominem fit, ad rem eiusdem speciei dixeris: quæ ad apem vel formicam est, ad aliquid eiusdem generis: simili modo quæ ad quamlibet stirpem fit: est enim supra animal stirpis genus: quemadmodum sanè superioris quàm stirpium generis sunt lapis, ferrum, & æs. Vocetur tamen pro docendi compendio ad homogenes. i. rem eiusdem generis, omnis eiusmodi comparatio, illud modò in ea determinantibus nobis, quod vbi simpliciter substantia quæpiam eucratos. i. temperata dicitur, tum hac alia siccior, alia humidior, & alia frigidior, alia calidior, eo loco eam quę ex contrariis æqua prorsus inter se portione coëuntibus constet, eucraton. i. temperatã nominamus: quæcumque verò ab hac deficiunt superántque aliquo, eas superantis nomine vocamus: vbi verò stirpem animánsve vllum eucraton dicimus, nequaquam in ea dictione simpliciter contraria inter se comparamus, sed ad naturam vel animalis, vel stirpis referimus: ficum, verbi gratia, temperatam dicentes, cum talis sit, qualis maximè ficus esse natura debeat: rursus, canem, suem, equum & hominem, cùm eorum quisque pro sua natura optimè se habeat. Optimè verò se habere aliquid pro sua natura ex ipsis functionibus intelligitur: quippe animal ac stirpem quamlibet tum optime se habere dicimus, cùm optimè suam functionem obeunt:

A προσαγορεύεσθαι. καὶ μὲν δὴ κἂν τοῖς ἀνθρώποις αὐτοῖς πάλιν, ὁ μέν τις ξηρὸν, ὁ δ᾽ ὑγρὸν ὁστισοῦν ἔχειν λεχθήσεται, τῷ μέσῳ παραβαλλόμενος ὡς ἐν ἀνθρώποις. ὅτι δ᾽ ἐν ἅπασι τοῖς οὖσι, τὸ μέσον τῶν ἄκρων ἐστὶ τὸ σύμμετρον καὶ κατ᾽ ἐκεῖνο τὸ γένος, ἢ εἶδος εὔκρατον, ἀεὶ χρὴ προσυπακούειν ἐν ἅπαντι τῷ λόγῳ, κἂν παρελθόντες ποτὲ τῇ λέξει τύχωμεν αὐτῇ. καὶ μὲν δὴ τούτων οὕτως ἐχόντων, ὅταν ὑγρὰν εἶναί τις εἴποι τήνδε τὴν κρᾶσιν, ἢ θερμὴν, ἐρωτᾶν ὅπως εἴρηκεν, ἆρά γε τῷ δέ τινι παραβάλλων ἀφωρισμένως ἑνὶ, καθάπερ εἰ τύχοι, τῷ Πλάτωνι τὸν Θεόφραστον, ἢ κατὰ γένος ὁτιοῦν, ἢ εἶδος· ἢ
B γὰρ ὡς ἄνθρωπον, ἢ ὡς ζῶον, ἢ ὡς οὐσίαν ἁπλῶς. τὸ γὰρ δὴ τρίτον σημαινόμενον ἑκάστῳ τῶν τοιούτων ὀνομάτων, ὅπερ ἁπλοῦν ἐλέγομεν εἶναι, καὶ ἄμικτον, οὐκ ἔστιν ἐν τοῖς κεκραμένοις, ἀλλ᾽ ἐν αὐτοῖς τοῖς πρώτοις, ἃ δὴ καὶ στοιχεῖα προσαγορεύομεν. ὥστε τριχῶς ἑκάστου τῶν ποιῶν σωμάτων λεγομένου, τῶν δύο μόνων ἡμᾶς χρήζειν εἰς τὴν περὶ κράσεων πραγματείαν, ἢ πρὸς τὸ τυχὸν ὁτιοῦν παραβάλλοντας, ἢ πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενές. ἐπεὶ δὲ πολλὰ τὰ γένη, καθάπερ οὖν καὶ τὰ ἄτομα, δυνήσεται ταὐτὸ σῶμα, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν εἶναι, κατὰ πολλοὺς τοὺς τρόπους.
C ἀλλ᾽ ὅταν μὲν ἑνὶ τῷ τυχόντι παραβάλληται, πάνυ σαφές ἐστιν, ὡς ἐγχωρεῖ τἀναντία λέγεσθαι ταὐτὸν, οἷον Δίωνα, Θέωνος μὲν, καὶ Μέμνονος ξηρότερον, Ἀρίστωνος δὲ, καὶ Γλαύκωνος, ὑγρότερον. ὅταν δὲ πρὸς τὸ σύμμετρον, ὁμογενὲς ἢ ὁμοειδὲς, ἐνταῦθ᾽ ἤδη συγχεῖσθαί τε, καὶ ταράττεσθαι συμβαίνει τοὺς ἀγυμνάστους. ὁ γὰρ αὐτὸς ἄνθρωπος, ὑγρὸς ἅμα καὶ θερμὸς εἶναι δύναται, καὶ ξηρὸς, καὶ ψυχρός· ξηρὸς μὲν καὶ ψυχρὸς, ὡς πρὸς τὸν σύμμετρον ἄνθρωπον παραβαλλόμενος, ὑγρὸς δὲ καὶ θερμὸς, ὡς πρὸς ἄλλο τι ζῶον, ἢ φυτὸν, ἢ οὐσίαν ἡντιναοῦν. οἷον ὡς πρὸς μὲν ζῶον εἰ τύχοι,
D μέλιτταν τε, καὶ μύρμηκα· πρὸς δὲ φυτὸν, ἐλαίαν, ἢ συκῆν, ἢ δάφνην· πρὸς οὐσίαν δέ τινα ἑτέραν, ἣ μήτε ζῶόν ἐστι, μήτε φυτὸν, οἷον λίθον, ἢ σίδηρον, ἢ χαλκόν. ἐν τούτοις δὲ, τὸ μὲν πρὸς ἄνθρωπον παραβάλλειν, πρὸς ὁμοειδές ἐστιν ἡ παραβολὴ, τὸ δὲ πρὸς μέλιτταν, ἢ μύρμηκα, πρὸς ὁμογενὲς, ὡσαύτως δὲ καὶ πρὸς φυτὸν, ὁτιοῦν. ἔστι γὰρ ἀνωτέρω τοῦ ζώου τοῦτο τὸ γένος. ὥσπερ οὖν καὶ αὐτοῦ τούτου, λίθος, καὶ σίδηρος, καὶ χαλκὸς, ἐκ τῶν ἄνωθεν γενῶν. καλείσθω γοῦν ὁμογενὴς ἕνεκα συντόμου διδασκαλίας, ἡ τοιαύτη σύμπασα παραβολή. τοσὸν δὲ μόνον ἐν αὐτῇ διελομένων ἡμῶν, ὡς
E ἐπειδὰν μὲν ἁπλῶς οὐσία τις εὔκρατος λέλεκται, καὶ ταύτης δέ τις ἑτέρα ξηροτέρα καὶ θερμοτέρα, καὶ ψυχροτέρα καὶ ὑγροτέρα, τὴν μὲν εὔκρατον ἐνταῦθα, τὴν ἐκ τῶν ἐναντίων ἀκριβῶς ἴσων συνελθόντων ὀνομάζομεν, ὅσον δ᾽ ἀπολείπεται τῆσδε, καὶ πλεονεκτεῖ κατά τι, τῷ τοῦ πλεονεκτοῦντος ὀνόματι προσαγορεύομεν. ἐπειδὰν δ᾽ ἤτοι φυτὸν, ἢ ζῶον εὔκρατον ὁτιοῦν εἴπωμεν, οὐκ ἔθ᾽ ἁπλῶς ἐν τῇ τοιαύτῃ λέξει, τἀναντία παραβάλλομεν ἀλλήλοις, ἀλλὰ πρὸς τὴν τοῦ φυτοῦ φύσιν, ἢ τὴν τοῦ ζώου, τὴν ἀναφορὰν ποιούμεθα, συκῆν μὲν εὔκρατον, εἰ τύχοι, λέγον-
F τες, ὅταν οἵαν μάλιστα πρέπει τὴν φύσιν ὑπάρχειν συκῇ, τοιαύτη τις ᾖ, κύνα δ᾽ αὖ, καὶ σῦν, καὶ ἵππον, καὶ ἄνθρωπον, ἐπειδὰν καὶ τούτων ἕκαστον ἄριστα, τῆς οἰκείας ἔχῃ φύσεως. αὐτὸ δὴ τοῦτο, τὸ τῆς οἰκείας φύσεως ἔχειν ἄριστα, ταῖς ἐνεργείαις κρίνεται, καὶ γὰρ καὶ φυτὸν, καὶ ζῶον ὁτιοῦν, ἄριστα διακεῖσθαι τηνικαῦτά φαμεν, ὅταν ἐνεργῇ κάλλιστα.

συκῆς μὲν γὰρ ἀρετὴ, βέλτιστά τε, καὶ πλεῖστα τελεσφορεῖν σῦκα. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ τῆς ἀμπέλου, τὸ πλείστας τε, καὶ καλλίστας ἐκφέρειν σταφυλὰς, ἵππου δὲ, τὸ θεῖν ὠκύτατα, καὶ κυνὸς, πρὸς μὲν θήρας καὶ φυλακὰς, ἄκρως εἶναι θυμοειδῆ, πρὸς δὲ τοὺς οἰκείους, πρᾳότατον. ἅπαντα δὴ ταῦτα, τά τε ζῶα λέγω, καὶ τὰ φυτὰ, τὴν ἀρίστην τε, καὶ μέσην ἐν τῷ σφετέρῳ γένει κρᾶσιν ἔχειν ἐροῦμεν, οὐχ ἁπλῶς, ὅταν ἰσότης ἀκριβὴς ᾖ τῶν ἐναντίων, ἀλλ' ὅταν ἡ κατὰ δύναμιν αὐτῆς ὑπάρχῃ συμμετρία. τοιοῦτον δέ τι καὶ τὴν δικαιοσύνην εἶναι φαμὲν, οὐ σταθμῷ καὶ μέτρῳ τὸ ἴσον, ἀλλὰ τῷ προσήκοντί γε, καὶ κατὰ τὴν ἀξίαν, ἐξετάζοντες· ἰσότης οὖν κράσεως, ἐν ἅπασι τοῖς εὐκράτοις ζώοις τε καὶ φυτοῖς ἐστιν, οὐχ ἡ κατὰ τὸν τῶν κεραννυμένων στοιχείων ὄγκον, ἀλλ' ἡ τῇ φύσει τοῦ τε ζώου καὶ τοῦ φυτοῦ πρέπουσα. πρέπει δ' ἔσθ' ὅτε, τὸ μὲν ὑγρὸν τοῦ ξηροῦ, τὸ δὲ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ, πλέον ὑπάρχειν. οὐ γὰρ ὁμοίαν χρὴ κρᾶσιν ἔχειν ἄνθρωπον, καὶ λέοντα, καὶ μέλιτταν, καὶ κύνα. πρὸς δὲ τὸν ἐρόμενον, ἥστινός ἐστι κράσεως ἄνθρωπος, ἢ ἵππος, ἢ βοῦς, ἢ κύων, ἢ ὁτιοῦν ἄλλο τῶν πάντων, οὐχ ἁπλῶς ἀποκριτέον. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ τὰ πολλαχῶς λεγόμενά τε, καὶ κρινόμενα, καθ' ἕνα τρόπον ἀποκρινάμενον, ἀνέλεγκτον εἶναι. χρὴ τοίνυν δυοῖν θάτερον, ἢ πάσας ἐπεξέρχεσθαι τὰς διαφορὰς, ἢ περὶ τίνος ἤρετο, πυθόμενον, ἐκείνην μόνην εἰπεῖν. εἰ μὲν γὰρ ὡς ἐν ζώοις ἐπυνθάνετο τίνος εἴη κράσεως, ἐπὶ τὸ μέσον ἁπάντων ζώων τῇ κράσει βλέποντα, τὴν ἀπόκρισιν αὐτὴν ποιητέον. εἰ δ' ἁπλῶς τε, καὶ ὡς πρὸς ἅπασαν οὐσίαν, οὕτως ἤδη παραβάλλειν τὰ ἐναντία τὰ ἐν αὐτῷ, πρὸς ἄλληλα, καὶ σκοπεῖσθαι, μηκέτι πρὸς τὰς ἐνεργείας ἀναφέροντα τὴν κρᾶσιν, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ὄγκους τῶν στοιχείων. εἰ δ' ἀφωρισμένως τῷ δέ τινι παραβάλλων ἤρετο, πρὸς ἐκεῖνο μόνον παραβλητέον. ἔτι δὲ μᾶλλον, εἴ τινος τῶν ἀτόμων οὐσιῶν, οἷον, εἰ τύχοι, Δίωνος, ἢ τοῦδέ τινος τοῦ κυνὸς, ἐρωτηθείημεν ὁποία τίς ἡ κρᾶσίς ἐστιν, οὐχ ἁπλῶς ἀποκριτέον. ἀφορμὴ γὰρ οὐ σμικρὰ τοῖς σοφισταῖς ἐντεῦθεν, εἰς τὸ συκοφαντεῖν. εἰ γὰρ εἴποις, θερμῆς καὶ ξηρᾶς κράσεως εἶναι τὸν Δίωνα, ῥᾷστον αὐτοῖς, προχειρισαμένοις τῶν ξηροτέρων καὶ θερμοτέρων ἐκείνου τὴν κρᾶσιν, ἄνθρωπον ὁντιναοῦν, ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν ὡς πρὸς ἐκεῖνον, ἀποφῆναι τὸν Δίωνα. τοῦτο δ' ἄλλο τι ζῶον ἢ φυτὸν, οἷον εἰ τύχοι, λέοντά τε, καὶ κύνα, καὶ τούτων ὑγρότερόν τινα καὶ ξηρότερον ἀποδεῖξαι τὸν Δίωνα. χρὴ τοίνυν, ὃς μήθ' ἑαυτὸν ἐξαπατῆσαι βούλεται, μήθ' ὑπ' ἄλλου σοφισθῆναι, τοῦτον ἀπὸ τῶν ἁπλῶς λεγομένων θερμῶν, καὶ ψυχρῶν, καὶ ξηρῶν, καὶ ὑγρῶν οὐσιῶν ἀρξάμενον, οὕτως ἐπὶ τὰς ἄλλας μετιέναι. καὶ πρῶτον μὲν αὐτὸ δὴ τοῦτο ἐπ' αὐτῶν διελέσθαι, τὸ μηδὲ ταύτας, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δοκοῦσιν ἁπλῶς λέγεσθαι, πεφευγέναι τὴν πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς παραβολήν. ὥσπερ γὰρ κύνα, μέσον ἁπάντων κυνῶν τῇ κράσει λέγομεν, ὅταν ἴσον ἀπέχῃ τῶν ἄκρων, οὕτω καὶ οὐσίαν ἐροῦμεν εἶναι μέσην τῇ κράσει, τὴν ἴσον ἀπέχουσαν τῶν ἄκρων, ἃ δὴ καὶ πρῶτά τέ εἰσι πάντων, καὶ στοιχεῖα. ἴσον δ' ἀφέξει δηλονότι τῶν ἄκρων, ἐξ ἴσου κερασθέντων ἁπάντων. τὴν οὖν ὑπερβάλλουσαν, ἢ ἐλλείπουσαν τῆσδε, θερμὴν ἢ ψυχρὰν, ἢ ξηρὰν ἢ ὑγρὰν εἶναι φήσομεν, ἅμα μὲν, τῇ μέσῃ παραβάλλοντες, ἅμα δὲ καὶ τὴν ἐναντίων στοιχείων ἐξέτασιν ἐπ' αὐτῆς ποιούμενοι.

A ficus enim virtus bonitáſque eſt, optimas plurimáſque ficus ferre: ad eundem modum vitis, plurimas optimáſque vuas afferre: equi verò quàm velociſſimè currere: canis, ad venationes quidem & tutelam quàm animoſiſſimum, ad domeſticos, quàm mitiſſimum eſſe. Hæc igitur omnia (animalia dico & ſtirpes,) optimam mediámque habere in ſuo genere temperiem dicemus, non vtique abſoluto ſermone, cùm paritas exacta contrariorum in iis non ſit, ſed cùm ea mediocritas, quæ pro eius poteſtate eſt, iis adſit. Eiuſmodi aliquid & iuſtitiam eſſe dicimus, non quæ pondere & menſura, ſed quæ eo quod pro dignitate con- B uenit, æqualitatem explorat. Eſt igitur temperaturæ æqualitas in omnibus temperatis animalibus ſtirpibúſque, non ea quæ ex pari elementorum commixtorum ſpectatur mole, ſed quæ tum animalis, tum ſtirpis naturæ conuenit: conuenit autem aliàs, vt humidum ſicco, & frigidum calido præponderet: Neque enim ſimilem habere temperaturam debent homo, leo, apis & canis. Ergo ad quærentem cuius ſit temperamenti homo, equus, bos, canis, aliudve quodlibet, non eſt abſoluto ſermone reſpondendum: non enim fieri poteſt, vt qui ad ea quæ multis modis ſunt C dicta & inter ſe diuerſa vno modo reſpondet, non coarguatur. Oportet igitur duorum alterum, aut omnes percenſere differentias: aut percontatum priùs de qua rogauerit, illam ſolam dicere. Nam ſi vt in animalibus, cuius eſſet temperamenti, rogabat, ad id quod medio eſt inter omnia animalia temperamento reſpicientes, reſpondere ei oportet: Si abſolutè atque vt ad omnem ſubſtantiam, ſic iam contraria quæ ſunt in eo comparare inter ſe oportet, atque æſtimare haudquaquam ad actiones temperiem referentes, ſed ad elementorum portiones: Sin huic cui- D piam membratim comparans rogabat, vtique ad illud ſolum conferendo eſt reſpondendum. Iam minùs etiam ſi indiuiduorum cuiuslibet, Dionis verbi gratia, vel huius canis, rogemur quænam ſit ſubſtantiæ temperatura, eſt ſimplex danda reſponſio: dabitur enim hinc ſophiſtis ad calumniam occaſio non parua. Nam ſi calidi eſſe temperamenti & ſicci Dionem dicas, facillimè licebit illis partim hominem quemlibet, qui calidioris quàm Dion ſit & ſiccioris temperamenti proponentibus, vt ad illum humidum frigidumque Dionem dicere: partim aliud quoduis animans ſtirpemve, verbi gratia leonem, aut canem, atque his humi- E diorem, ac frigidiorem aſſerere Dionem. Quiſquis igitur nec ipſe ſeſe fallere nec ab alio falli volet, huic opus eſt ab his ſubſtantiis, quæ ſimpliciter calidæ, frigidæ, humidæ, ſiccæ dicuntur incipere, atque ita tranſire ad reliquas: ac primùm quidem illud ipſum in his exploratum habere, ne has quidem, tametſi maximè videntur abſoluto ſermone dici, quò minùs ad mediocre eiuſdem generis comparentur, effugere. Veluti enim canem medio temperamento eſſe omnium canum dicimus, cùm pari ſpatio diſtat ab extremis, ita ſubſtantiam medio eſſe temperamento dicemus, cùm pari modo F ab extremis abeſt, quæ ſcilicet & prima omnium ſunt & elementa. Porrò aberit pari modo ab extremis, cum ea continebit æqualiter inter ſe mixta: quæ autem ſupra citráve hanc temperies erit, eam calidam, frigidam, humidam vel ſiccam dicemus, ſimul ei quæ media eſt conferente, ſimúlque contrariorum elementorum examen in ea facientes:

qua nimirum ratione simpliciter eam calidam, frigidam, humidam siccamve pronunciabimus. vbi verò cùm medio temperamento conferimus, non simpliciter, sed quòd ad mediocre eiusdem generis sic se habet. Porrò genus earum substantia est: omnia enim sub hanc, vt supremum genus cadunt, tum animata, tum inanimata: éstque hæc hominis, canis, platani, ficus, æris, ferri, aliorum denique omnium commune genus. Sub ea verò sunt alia genera permulta, animal quidem, auis, piscis: stirps, arbores & herbæ: auis, aquilæ & corui: piscis, lupi & rhombi: simili modo oleæ & ficus genus est arbor: anagallidos & pæoniæ, herba. Iam hæc vltima sunt genera, eóque species appellantur, coruus, rhombus, ficus, anagallis, similiter homo, & bos, & canis. Ac supernè quidem descendentibus, hæc vltima sunt genera, proinde species dictæ: infernè verò ascendentibus, ab indiuiduis scilicet substantiis, prima sunt: indicatúmque alio opere est meritò omnia quæ media sunt inter prima genera & indiuidua, simul genera & species à veteribus nominari.

καὶ δὴ καὶ κατὰ τοῦτο μὲν, ἁπλῶς ἐροῦμεν αὐτὴν, ἢ θερμὴν, ἢ ξηρὰν, ἢ ψυχρὰν ἢ ὑγρὰν ὑπάρχειν. ἐπειδὰν δὲ τῇ μέσῃ κράσει παραβάλωμεν, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ὅτι πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενὲς οὕτως ἔχει. γένος δ' ἐστὶν αὐτῶν ἡ οὐσία. πάντα γὰρ ὑπ' αὐτὴν πέπτωκεν, ὡς ἀνώτατον τὸ γένος, ἔμψυχά τε καὶ ἄψυχα, καὶ κοινόν ἐστιν ἥδε, καὶ ἀνθρώπου, καὶ κυνὸς, καὶ πλατάνου, καὶ συκῆς, καὶ χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων γένος. ὑπ' αὐτῆς δ' ἐστὶν ἕτερα γένη πολλά. τὸ μὲν ζῶον, ὄρνιθός τε, καὶ ἰχθύος, τὸ δὲ φυτὸν δένδρου τε, καὶ βοτάνης. ἀετοῦ δὲ καὶ κόρακος, ὄρνις, καὶ λάβρακος καὶ φωκίδος, ἰχθῦς. ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ μὲν δένδρον, ἐλαίας τε καὶ συκῆς γένος. ἡ βοτάνη δὲ ἀναγαλλίδος τε καὶ παιονίας. ἔσχατα δ' ἤδη γένη ταῦτα. καὶ διὰ τοῦτο, καὶ εἴδη προσαγορεύεται, κόραξ, καὶ φωκὶς, καὶ συκὴ, καὶ ἀναγαλλὶς, οὕτω δὲ καὶ ἄνθρωπος, καὶ βοῦς, καὶ κύων. ἄνωθεν μὲν οὖν καθιόντων, ἔσχατα γένη ταῦτα, καὶ διὰ τοῦτο, καὶ εἴδη προσαγορεύεται. κάτωθεν δ' ἀνιόντων ἀπὸ τῶν ἀτόμων οὐσιῶν, πρῶτα. καὶ δέδεικται πρὸς ἑτέρου γράμματος, ὡς εὐλόγως οἱ παλαιοὶ, ταῦτα ξύμπαντα τὰ μεταξὺ τῶν ἀτόμων τε, καὶ τῶν πρώτων γενῶν, εἴδη τε ἅμα, καὶ γένη προσαγορεύουσιν.

CAPVT VII.

Idem nonnunquam nomen, suscipienti susceptæque rei acccommodari.

Ergò cùm definita significata iam sint, ac clarè indicatum, quemadmodum tum absoluto, tum non absoluto sermone calidum, frigidum, humidum siccumve corpus aliquod pronunciandum sit, quærendæ deinceps eorum sunt notæ: quanquam hic quoque decernere priùs de nominibus oportet quæ in sequentem sermonem necessariò incident: simul explicare rem quandam quæ potestate iam monstrata priùs est; non tamen ab omnibus qui hos commentarios euoluent, facilè saltem intelligi potest. Itaque de nominibus priùs loquutus, mox ad rem reuertar. Quòd calidum, frigidum, humidum siccumve non vnum aliquid simpliciter significent, vbi de corporibus dicuntur, priùs est indicatum: quòd autem & solæ ipsæ in corporibus qualitates circa corpora quæ eas suscipiunt sic interim nominentur, id quidem, vt nondum est dictum, ita nunc dici est tempestiuum. Quemadmodum nomen albi, tum de colore enunciant cùm ita loquuntur, contrarius est albus color nigro: tum de corpore quod colorem suscepit, cùm scilicet coloris corpus album dicunt, ita & calidi nomen, tum de qualitate affirmant ipsa, tanquam si caliditatem appellarent: tum verò de corpore quod caliditatem sustinet: quippe qualitatem à corpore quod eam suscepit, diuersam habere naturam quandam propriam existimare oportet, veluti in opere de elementis est indicatum. Caliditas quidem qualitas est, eadem verò & calidum dicitur, veluti & albedo album: ipsum verò corpus calidum vnum hoc nomen tantummodò obtinet, calidum, sicuti album: nunquam tamen caliditas vel albedo corpus ipsum dicitur: Ad eundem modum siccum, frigidum & humidum nominantur, tum ipsum corpus, tum qualitas:

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Αὐτό ποτε τοὔνομα συλλαβόντι τε καὶ συλληφθέντι συνιέναι.

Ὁπότ' οὖν διῄρηται τὰ σημαινόμενα, καὶ ὡς οὐχ ἁπλῶς ἀποφαίνεσθαι χρὴ θερμόν τι καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν σῶμα, σαφῶς ἀποδέδεικται, ζητητέον ἐφεξῆς αὐτῶν τὰ γνωρίσματα. καίτοι κἀνταῦθα χρὴ πρότερον ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων διελέσθαι, τῶν ἐμπιπτόντων ἐξ ἀνάγκης μελλόντων εἰς τὸν ἐφεξῆς λόγον, ἐξαπλῶσαί τέ τι πρᾶγμα, δυνάμει μὲν ἤδη προαποδεδειγμένον, οὐ μὴν ἐναργῶς γε πᾶσι τοῖς ἐντυγχάνουσι τῷδε τῷ γράμματι, νοηθῆναι δυνάμενον. ὑπὲρ τῶν ὀνομάτων οὖν πρῶτον εἰπὼν, οὕτως ἐπάνειμι ἐπὶ τὸ πρᾶγμα. τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ὅτι μὲν οὐχ ἕν τι σημαίνει ἐπειδὰν ἐπὶ σωμάτων λέγεται, δέδεικται πρόσθεν· ὅτι δὲ καὶ τὰς ἐν τοῖς σώμασι ποιότητας αὐτὰς μόνας, ἄνευ τῶν δεδεγμένων αὐτὰς οὐσιῶν, οὕτως ὀνομάζουσιν ἐνίοτε, τοῦτο μὲν οὔπω εἴρηται πρόσθεν. ἤδη δὲ αὐτὸ λέγεσθαι καιρός. ὥσπερ οὖν τὸ, λευκὸν, ὄνομα, κατά τε τοῦ χρώματος ἐπιφέρουσιν, ἐπειδὰν οὕτω λέγωσιν, ἐναντίον ἐστὶ τὸ λευκὸν χρῶμα, τῷ μέλανι, κατά τε τοῦ δεδεγμένου τὸ χρῶμα σώματος, ἐπειδὰν τὸ τοῦ κύκνου σῶμα λευκὸν εἶναι φάσκωσιν, οὕτω καὶ τὸ, θερμὸν, ὄνομα, κατά τε τῆς ποιότητος ἐπιφέρουσιν, ὡς εἰ καὶ θερμότητα προσηγόρευον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ σώματος ὃ τὴν θερμότητα δέδεκται. τὴν γὰρ δὴ ποιότητα παρὰ τὸ δεδεγμένον αὐτὴν σῶμα, ἑτέραν χρὴ νομίζειν εἶναί τινα φύσιν ἔχουσαν ἰδίαν, ὡς ἐν τοῖς περὶ τῶν στοιχείων λόγοις δείκνυται· θερμότης μὲν οὖν ποιότης· ἡ δ' αὐτὴ, καὶ θερμὸν ὀνομάζεται, καθάπερ λευκότης καὶ λευκόν· αὐτὸ δὲ σῶμα τὸ θερμὸν, ἓν τοῦτο μόνον ὄνομα κέκτηται, τὸ θερμὸν, ὥσπερ τὸ λευκόν· οὐ μὴν οὔτε θερμότης, οὔτε λευκότης αὐτὸ τὸ σῶμά ποτε προσαγορεύεται. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον, καὶ ξηρὸν, καὶ ψυχρὸν, καὶ ὑγρὸν, ὀνομάζεται αὐτό τε τὸ σῶμα, καὶ ἡ ποιότης·

οὐ μὴν ἡ ψυχρότης, ἡ ξηρότης, ἡ ὑγρότης ἔτι τὸ σῶμα καλεῖται, καθάπερ ἡ ἐν αὐτῷ ποιότης. τούτων δ' οὕτως ἐχόντων, εὔλογον, ἐπειδὰν μὲν ἤτοι θερμότητά τις ἢ ψυχρότητα, διαλεγόμενος εἴποι, μηδὲν γίνεσθαι σόφισμα. μόναι γὰρ ἐκ τῶν τοιούτων ὀνομάτων αἱ ποιότητες δηλοῦνται. θερμὸν δ' εἰπόντος, ἢ ψυχρὸν, ἐπεὶ καὶ ἡ ποιότης οὕτω, καὶ τὸ σῶμα τὸ δεδεγμένον αὐτὴν, ὀνομάζεται, πρόχειρον γίνεσθαι τῷ κακουργεῖν ἐθέλοντι, τὸ μὴ δηλούμενον ὑπὸ τοῦ λέγοντος ἀκούειν, ἵν' ἔχῃ σοφίζεσθαι. τοιοῦτό γάρ τοι δρῶσι καὶ πρὸς τὸν ἀφορισμὸν ἀντιλέγοντες, ἐν ᾧ φησιν Ἱπποκράτης. τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχει τὸ ἔμφυτον θερμόν. οὐ γὰρ σῶμά τι θερμὸν τὸ ἔμφυτον τῷ ζώῳ λέγεσθαι πρὸς Ἱπποκράτους ἀκούσαντες, οὐδὲ ζητήσαντες ὅ,τι ποτὲ ἐστι τοῦτο, κατὰ τῆς ποιότητος μόνης, ἣν δὴ καὶ θερμότητα καλοῦμεν, εἰρῆσθαι τοὔνομα δεξάμενοι, τὴν ἀντιλογίαν οὕτω ποιοῦνται. καίτοι φαίνεται σμικρὸν ὂν, τὸ διαστέλλεσθαι τὰς ὁμωνυμίας, ἐν τῇ χρείᾳ τῶν πραγμάτων ἱκανῶς ἀξιόλογον ὑπάρχον.

non tamen corpus, frigiditas, humiditas, vel ſiccitas appellatur, quemadmodum quæ in eo eſt qualitas. Hæc cum ſic ſe habent, æquum eſt, cum vel caliditatem, vel frigiditatem diſputans quis profert, nullam exoriri captionem, quòd ſolæ qualitates his indicentur nominibus: at calidum frigidúmve cùm dicit, quando & qualis ita & quod eam ſuſcepit corpus, nominatur, facile fit ei qui redarguere ſtudet, vt quod à loquente non ſignificatur, id, quo poſſit reprehendere, accipiat. Eiuſmodi enim rem faciunt, & aphoriſmo illi contradicentes, in quo Hippocrates. Augeſcentia, inquit, corpora plurimum habent innatum calidum: neque enim eſſe corpus aliquod ipſum innatum animali calidum ab Hippocrate dici intelligentes: neque id, quid ſit vſquam quærentes: ſed de ſola qualitate quam ſcilicet caliditatem appellamus, nomen id dici præſumentes, ſic dictum eius refellere parant. Et iam apparet, quòd, de homonymia diſtinguere, tametſi ſit res parua, tamen in rerum vſu non leuis reperitur momenti.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Πόσαι ὦσι τῷ ἀριθμῷ κράσεις.

ΑΛΛ' ἐπεὶ καὶ τοῦτο σαφῶς ἤδη διώρισται, τὸ ὑπόλοιπον αὖθις ἐπανιτέον. οὔσης γὰρ τινος ἀκράτου καὶ ἀμίκτου ποιότητος, ὑγρότητός τε καὶ ξηρότητος, καὶ θερμότητος καὶ ψυχρότητος, ὅσα ταύτας ἐδέξαντο σώματα, θερμὰ δηλονότι, καὶ ψυχρὰ, καὶ ξηρὰ, καὶ ὑγρὰ, τελέως τε καὶ ἀκριβῶς ἔσται. ταυτὶ μὲν οὖν μοι νόει τὰ τῶν γινομένων τε, καὶ φθειρομένων στοιχεῖα. τὰ δ' ἄλλα σώματα, τά τε τῶν ζώων, καὶ τὰ τῶν φυτῶν, καὶ τὰ τῶν ἀψύχων ἁπάντων, οἷον χαλκοῦ, καὶ σιδήρου, καὶ λίθων, καὶ ξύλων, ἐν τῷ μεταξὺ τῶν πρώτων ἐκείνων τετάχθαι. οὐδὲν γὰρ αὐτῶν, οὔτ' ἄκρως θερμὸν, οὔτ' ἄκρως ψυχρὸν, οὔτ' ἄκρως ὑγρὸν, οὔτ' ἄκρως ξηρὸν ἐστιν. ἀλλ' ἤτοι μέσον ἀκριβῶς ὑπάρχειν τῶν ἐναντίων, ὡς μηδὲν μᾶλλον εἶναι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρὸν, ἢ θατέρῳ τῶν ἄκρων προσκεχώρηκεν, ὡς μᾶλλον εἶναι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ μᾶλλον ὑγρὸν, ἢ ξηρόν. εἰ μὲν δὴ μέσον ἀκριβῶς εἴη καθ' ἑκατέραν τῶν ἐναντιώσεων, ὡς μηδὲν μᾶλλον εἶναι θερμὸν, ἢ ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ ὑγρόν, εὔκρατον ἁπλῶς τοῦτο λεχθήσεται. θατέρου δὲ πλεονεκτήσαντος, ἤτοι κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν, ἢ κατ' ἀμφοτέραν, οὐκ ἔτ' εὔκρατον. εἰ μὲν δὴ θερμὸν εἴη μᾶλλον, ἢ ψυχρὸν, ὃ μᾶλλόν ἐστι, τοῦτο λεχθήσεται, ὡσαύτως δὲ καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν· κατὰ ταὐτὰ δὲ, καὶ εἰ ψυχρὸν εἴη μᾶλλον, ὀνομασθήσεται ψυχρόν. εἰ δ' ἐξ ἑκατέρας τῆς ἀντιθέσεως ἐπικρατοίη θάτερον, ἤτοι θερμὸν ἅμα καὶ ὑγρὸν, ἢ θερμὸν ἅμα καὶ ξηρὸν, ἢ ψυχρὸν ἅμα καὶ ὑγρὸν, ἢ ψυχρὸν ἅμα καὶ ξηρὸν, ὀνομασθήσεται τὸ σῶμα κατὰ τὸ ἐπικρατοῦν. ταύτας μὲν οὖν τὰς τέτταρας δυσκρασίας, ὡς καὶ πρόσθεν εἴπομεν, οἱ πλεῖστοι γινώσκουσιν ἰατροί τε καὶ φιλόσοφοι. τὰς δ' ἄλλας τέτταρας ἐξ ἡμίσεως τούτων γιγνομένας, οὐκ οἶδ' ὅπως παραλείπουσιν, ὥσπερ καὶ τὴν πρώτην ἁπασῶν κρᾶσιν, τὴν ἀρίστην. ἀλλ' ὅτι γε δυνατὸν, ἐπικρατοῦντος τοῦ θερμοῦ, μηδὲν μᾶλλον ὑγρὰν καὶ ξηρὰν εἶναι τὴν κρᾶσιν, ὅσον ἐπὶ ταύτῃ τῇ συζυγίᾳ, πρόδηλον μὲν οἶμαι κἀκ τῶν ἤδη προειρημένων εἶναι. ῥᾷστον δὲ, κἂν εἰ μηδὲν προείρητο, συλλογίσασθαι, συγχωρησάντων γε ἅπαξ αὐτῶν,

CAPVT VIII.

Quot ſint numero Temperamenta.

VERVM cùm hoc quoque abundè ſit definitum, rurſum id quod ſupereſt repetamus. Cùm humiditas, & ſiccitas, & caliditas, & frigiditas, ſinceræ quædam & impermixtæ qualitates ſint, quęcumque has ſuſcepêre corpora, ea calida & frigida, ſicca & humida prorſus exactéque ſunt. Atque hæc mihi omnium quæ fiunt & corrumpuntur, elemẽta intellige: reliqua corpora, vel animalium, vel ſtirpium, vel inanimorum omnium, veluti æris, ferri, lapidum, lignorum in medio primorum illorum collocata eſſe: nullum enim horũ, vel ad ſummum calidum, vel ad ſummũ frigidum, vel ad ſummum humidum, vel ad ſummum ſiccum eſt, ſed vel medium prorſus contrariorum, ita vt nihilo magis ſit calidum quàm frigidum, aut humidum quàm ſiccum: vel ad alterum contrariorum eſt propenſum, ita vt magis ſit calidum quàm frigidum, vel magis ſit humidum quàm ſiccum. Ac ſi quidem medium planè ſit in vtroq; contrariorum genere, ita vt non magis ſit calidum quàm frigidum, aut humidum quàm ſiccum, eucraton id, id eſt temperatum ſimpliciter dicetur: ſin alterum contrariorum ſuperet, ſiue in altera oppoſitione, ſiue in vtraque id ſit, non etiam dicetur eucraton. Ac ſi calidum magis ſit quàm frigidum, quod magis eſt id appellabitur: idem ſtatuendum de ſicco & humido: ad eundem modum ſi frigidum magis ſit, nominabitur frigidum: at ſi in vtraque oppoſitione alterum ſuperet, ſiue calidum vnà cum humido, ſiue calidum ſimul cum ſicco, ſiue frigidum ſimul cum humido, ſiue frigidum vnà cum ſicco, vtiq; pro vincenti ſortietur id corpus appellationem. Et has quidem quatuor intemperies, vt ſupra diximus, plurimi norunt tum medici, tum philoſophi: reliquas quatuor quæ ex dimidio harũ conſtitutæ ſunt, neſcio quomodo derelinqunt, ſicut etiam eam quæ prima omnium optimáq; eſt temperies. Cæterùm quòd ſuperante calido liceat nihilo magis humidam eſſe quàm ſiccam tẽperiem (quod vtique ad hanc ſpectet coniugationem) id vel ex iis quę iam dicta ſunt manifeſtũ arbitror. Facile autem eſt etiam ſi nihil eſſet prædictum, id colligere, concedẽtibus ſemel illis ſaltem,

alteram esse temperiem humidam & calidam, alteram siccam & calidam. Si namq; necessarium omninò nō est siccam esse quæ calida sit, sed licet eam & humidam esse, licebit vtiq; & mediam esse: propior namque siccæ temperaturæ media est quàm humida. Ad eundem modum est & frigida quædam tēperies altera, in qua nimirum frigidum præpollet: hanc tamen nec humidam esse nec siccam est necesse, sed potest inter has & media esse. Rursus enim hic quoq; eandem afferes rationem, nempe, si necesse non est frigidam temperiem esse humidam, sed licet & siccam eam fieri, manifestum est mediam quoque esse posse, quippe quæ vicinior humidæ est quàm sicca. Ergo veluti duæ intemperies in altera oppositione sunt monstratæ, altera calida tantùm, altera frigida: sic in altera oppositione duæ aliæ statuantur, altera sicca tantùm, altera humida, mediocriter scilicet sese habentibus calido & frigido. Iterum namque dicemus hic quoq; sicuti necesse non est, si qua temperies sicca est, hanc protinus calidam quoque esse, sed fieri potest, vt etiam frigida sit, ita fieri potest, vt quæpiam nec calida sit, nec frigida, sed in hac quidem oppositione eucratos, id est temperata, in altera sicca. Simili modo nec humidam temperiem necesse est calidam frigidamue esse, sed eam mediam esse inter huius oppositionis extrema licet. Si igitur necesse non est, vt vel intemperiem quæ in calido est & frigido, sequatur ea quæ est in altera oppositione intemperies: vel hanc quæ in illa: licebit aliquando & naturam quæ in caliditate & frigiditate temperata sit, vel siccam esse vel humidam: inuicémque quæ in his temperata sit, vel calidam esse, vel frigidam: ita vt sint & hæ ab iis quas priores, tum medici, tum philosophi nobis tradiderunt, quatuor diuersæ intemperies, mediόque loco positæ inter temperatos habitus, & eos qui in vtraque oppositione sunt intemperati. Qui namque in summo est temperatus, is neutram oppositionem habet superantem: qui verò aduersus hunc est intemperatus, vtramque habet vitiosam: medium sortitur locum qui in altera quidem est temperatus, in altera intemperatus: qui vtique & ex dimidio temperatus, & ex dimidio intemperatus cùm sit, meritò medius dici potest inter eum qui ex toto est temperatus, & eum qui ex toto est intemperatus. Et si quidem hæc sic se habent, sicut certè se habent, cur nouem dicere vniuersas temperatorum differentias dubitemus? temperatam quidem vnam, non temperatas octo: quarum quatuor simplices sint, humida, sicca, calida & frigida: quatuor compositæ, humida simul & calida, sicca pariter & calida, frigida simul & humida, frigida simul & sicca.

CAPVT IX.

Quo pacto media Temperatura, cæteræque dignoscantur.

IN quolibet verò iam dictorum temperamentorum, permagnus est excessus defectúsque non in iis modò, quæ simplicia sunt, sed etiam in compositis: idque tum in tota substantia, tùm verò in vnoquoque genere. Sicui igitur agnoscendorum temperamentorum cura est, incipiat exercitationem oportet, ab iis in quolibet genere naturis, quæ temperatæ mediæque sunt: quippe qui, si his alias comparet, facile, quod in quauis superet defi-

ἑτέραν μὲν εἶναι κρᾶσιν ὑγρὰν καὶ θερμήν, ἑτέραν δὲ ξηρὰν καὶ θερμήν. εἰ γὰρ οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστι πάντως εἶναι ξηρὰν τὴν θερμήν, ἀλλ᾽ ἐγχωρεῖ καὶ ὑγρὰν ὑπάρχειν αὐτήν, ἐγχωρήσει δηλονότι καὶ μέσην. ἐγγυτέρω γάρ ἐστιν ἡ μέση τῆς ξηρᾶς κράσεως, ἤπερ ἡ ὑγρά. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐστί τις ἑτέρα ψυχρὰ κρᾶσις, ἐφ᾽ ἧς ἐστιν ἰσχυρότερον τὸ ψυχρόν, οὐ μὴν οὔθ᾽ ὑγρὰν, οὔτε ξηρὰν ὑπάρχειν αὐτὴν ἀνάγκη, ἀλλ᾽ ἐγχωρεῖ καὶ μέσην γενέσθαι. πάλιν γὰρ κἀνταῦθα τὸν αὐτὸν ἐπάξεις λόγον· ὥστ᾽ εἴπερ οὐκ ἀναγκαῖόν ἐστιν ὑγρὰν εἶναι τὴν ψυχρὰν, ἀλλ᾽ ἐγχωρεῖ καὶ ξηρὰν γενέσθαι, πρόδηλον ὡς καὶ τὴν μέσην ἐγχωρήσει, ἐγγυτέρω γάρ ἐστιν αὕτη τῆς ὑγρᾶς, ἤπερ ἡ ξηρά· ὡς εἶναι αὗται αἱ δύο δυσκρασίαι, κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν ἐδείχθησαν, ἡ μὲν θερμὴ μόνον, ἡ δὲ ψυχρά· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἕτεραι δύο γενήσονται, κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν, ἡ μὲν ξηρὰ μόνον, ἡ δ᾽ ὑγρὰ, συμμέτρως ἐχόντων πρὸς ἄλληλα τοῦ θερμοῦ καὶ τοῦ ψυχροῦ. πάλιν γὰρ κἀνταῦθα φήσομεν, ὥσπερ οὐκ ἔστιν ἀναγκαῖον, εἴ τις ἐστὶ ξηρὰ κρᾶσις, εὐθὺς ταύτην εἶναι καὶ θερμήν, ἀλλ᾽ ἐνδέχεται καὶ ψυχρὰν ὑπάρχειν, οὐκ ἀδύνατον ἔσται καὶ τὸ, μήτε ψυχρὰν εἶναί τινα, μήτε θερμήν, ἀλλ᾽ εὔκρατον μὲν κατὰ τοῦτο, ξηρὰν δὲ κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ τὴν ὑγρὰν κρᾶσιν, οὐκ ἀναγκαῖον οὔτε θερμήν, οὔτε ψυχρὰν ὑπάρχειν, ἀλλ᾽ ἐνδέχεται μέσην ἀμφοῖν εἶναι κατά γε ταύτην τὴν ἀντίθεσιν. εἰ τοίνυν οὐκ ἀναγκαῖον, οὔτε τῇ κατὰ τὸ ψυχρὸν καὶ θερμὸν δυσκρασίᾳ, τὴν ἐκ τῆς ἑτέρας ἀντιθέσεως ἕπεσθαι, οὔτ᾽ ἐκείνῃ τὴν ἐκ ταύτης, ἐνδέχεταί ποτε καὶ τὴν εὔκρατον, ὅσον ἐπὶ θερμότητι καὶ ψυχρότητι, φύσιν, ἤτοι ξηρὰν ἢ ὑγρὰν γενέσθαι, καὶ τὴν ἐν τούτοις πάλιν εὔκρατον· ἤτοι θερμὴν ἢ ψυχράν. ὥστ᾽ εἶναι καὶ ταύτας τέτταρας ἑτέρας ἐκείνων δυσκρασίας, ὡς οἱ πρόσθεν ἰατροί τε, καὶ φιλόσοφοι παρέδοσαν ἡμῖν, καὶ μέσας γε ταύτας τετάχθαι τῶν εὐκράτων ἕξεων, καὶ τῶν κατ᾽ ἀμφοτέρας τὰς ἀντιθέσεις δυσκράτων. ἡ μὲν γὰρ ἄκρως εὔκρατος, οὐδετέραν ἀντίθεσιν ἔχει πλεονεκτοῦσαν. ἡ δ᾽ ἐξ ὑπεναντίου τῇσδε, δύσκρατος, ἀμφοτέρας μοχθηράς. ἐν μέσῳ δ᾽ ἐστὶν, ἡ κατὰ μὲν τὴν ἑτέραν εὔκρατος, κατὰ δὲ τὴν ἑτέραν δύσκρατος ὑπάρχουσα, ἥτις ἐξ ἡμισείας μὲν εὔκρατος, ἐξ ἡμισείας δὲ δύσκρατος οὖσα, μέση δεόντως ἂν εἶναι λέγοιτο τῆς ὅλης εὐκράτου τε καὶ δυσκράτου. καὶ εἴπερ ταῦθ᾽ οὕτως ἔχει, ὥσπερ οὖν καὶ ἔχει, θαῤῥούντως ἤδη λέγομεν, ἐννέα τὰς πάσας εἶναι τῶν κράσεων διαφοράς· εὔκρατον μὲν μίαν, οὐκ εὐκράτους δὲ τὰς ὀκτώ, τέτταρας μὲν ἁπλᾶς, ὑγρὰν, καὶ ξηρὰν, καὶ θερμήν, καὶ ψυχράν. ἄλλας δὲ τέτταρας συνθέτους, ὑγρὰν ἅμα καὶ θερμήν, καὶ ξηρὰν ἅμα καὶ θερμήν, καὶ ψυχρὰν ἅμα καὶ ὑγρὰν, καὶ ψυχρὰν ἅμα καὶ ξηράν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ᾽.

Πῶς ἡ μέση κρᾶσις, καὶ ἄλλαι διαγινώσκονται.

ΕΝ ἑκάστῃ δὲ τῶν εἰρημένων κράσεων, τὸ μᾶλλόν τε καὶ τὸ ἧττον, πάμπολυ, κατά τε τὰς ἁπλᾶς λεγομένας κράσεις, ἐπί τε τῆς ὅλης οὐσίας, ἤδη δὲ καὶ καθ᾽ ἓν ὁποιονοῦν γένος. εἰ δή τις βούλεται διαγνωστικὸς εἶναι κράσεων, ἄρχεσθαι τούτῳ προσήκει τῆς γυμνασίας, ἀπὸ τῶν καθ᾽ ἕκαστον γένος εὐκράτων τε, καὶ μέσων φύσεων. ἐκείναις γὰρ τὰς ἄλλας παραβάλλων, ῥᾳδίως ἐξευρήσει τὸ πλεονάζον, ἢ τὸ λεῖπον

ἐν ἑκάστῃ. περὶ πρώτων οὖν ῥητέον, τῶν ἁπλῶς λεγομένων εὐκράτων τε καὶ δυσκράτων, ἃς ἐπὶ πάσης οὐσίας γενητῆς οὐκ ἐπὶ ζώων μόνον, ἢ φυτῶν, ἔφαμεν ἐξετάζεσθαι. πάλιν δὲ κἀνταῦθα τό γε τοσοῦτο χρὴ διαστείλασθαι περὶ ὀνομάτων, ὡς θερμὴ κρᾶσις ἄλλη μέν ἐστιν ἐνεργείᾳ, δυνάμει δ' ἄλλη, καὶ ὡς δυνάμει ταῦτ' εἶναι λέγομεν, ὅσα μήπω μέν ἐστιν ὃ λέγεται, ῥᾷστον δ' αὐτοῖς γενέσθαι, φυσικὴν τινα ἐπιτηδειότητα κεκτημένοις εἰς τὸ γενέσθαι. περὶ πρώτων οὖν διέλθωμεν τῶν ἐνεργείᾳ θερμῶν καὶ ψυχρῶν, καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν, ἀπὸ τῆς συμπάσης οὐσίας ἀρξάμενοι, κἄπειτα μεταβάντες ἐπί τε τὰ ζῶα, καὶ τὰ φυτά. τελέως γὰρ ἂν οὕτως ἡμῖν ἀπειργασμένον εἴη τὸ προτεθέν. ἐπεὶ τοίνυν τὸ μέσον ἐν ἅπαντι γένει, καὶ μάλιστα κατὰ τὰς συμπάσας οὐσίας, ἐκ τῆς τῶν ἄκρων μίξεως γίνεται, χρὴ καὶ τὴν νόησιν αὐτοῦ, καὶ τὴν διάγνωσιν ἐξ ἐκείνων συνίστασθαι. τὸ μὲν δὴ τῆς νοήσεως, ῥᾷστον. ἀπὸ γὰρ τοῦ θερμοτάτου πάντων τῶν εἰς αἴσθησιν ἡκόντων, οἷον ἤτοι πυρὸς, ἤ τινος ὕδατος ἄκρως ζέοντος, ἐπὶ τὸ ψυχρότατον κατελθόντες ἁπάντων ὧν ἴσμεν, οἷον κρύσταλλον, ἢ χιόνα, νοήσαντές τι διάστημα, μέσον ἀκριβῶς τοῦτο τέμνομεν. οὕτω καὶ ἐξευρήσομεν τῇ νοήσει τὸ σύμμετρον, ὅπερ ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἴσον ἀπέχει. ἀλλὰ καὶ κατασκευάσαι πως αὐτὸ δυνάμεθα, τὸν ἴσον ὄγκον κρυστάλλου μίξαντες ὕδατι ζέοντι. τὸ γὰρ ἐξ ἀμφοῖν κραθὲν, ἴσον ἑκατέρου τῶν ἄκρων ἀφέξει, τοῦ τε καίοντος καὶ τοῦ ναρκοῦντος διὰ ψύξιν. οὔκουν οὐδὲν ἔτι χαλεπόν ἐστι, τοῦ κραθέντος οὕτως ἁψαμένοις, ἔχειν τὸ μέσον ἁπάσης οὐσίας, ἐν τῇ κατὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρὸν ἀντιθέσει, καὶ μεμνῆσθαι τούτου, καὶ κρίνειν ἅπαντα τἄλλα καθάπερ τινὶ κανόνι παραβάλλοντας. καὶ μὲν δὴ καὶ ξηρὰν γῆν, ἢ τέφραν, ἤ τι τοιοῦτο ἕτερον ἀκριβῶς αὐχμηρὸν, ἀναδεύσας ὕδατι κατὰ τὸν ὄγκον ἴσῳ, τὸ μέσον ἐργάσῃ σῶμα, τὸ κατὰ τὸ ξηρόν τε, καὶ ὑγρὸν ἀντιθέσεως· οὔκουν οὐδὲ ἐνταῦθα χαλεπὸν οὐδὲν, ὄψει τε ἅμα, καὶ ἁφῇ τὸ τοιοῦτο σῶμα διαγνόντας, παραθέσθαι τῇ μνήμῃ, καὶ τούτῳ κανόνι τε καὶ κριτηρίῳ χρῆσθαι, πρὸς τὴν τῶν ἐλλειπόντων, ἢ πλεοναζόντων, ὑγρῶν καὶ ξηρῶν διάγνωσιν. ἔστω δὲ δηλονότι τὸ κρινόμενον σῶμα συμμέτρως θερμόν. εἰ γὰρ εἰς ἄκρον ἤτοι θερμότητος, ἢ ψύξεως ἀφίκοιτο, τουτὶ τὸ μέσον ὑγροῦ καὶ ξηροῦ σῶμα, φαντασίαν ἐνίοτε παρέξει ψευδῆ, καὶ δόξει ποτὲ μὲν ὑγρότερον εἶναι τοῦ συμμέτρου, ποτὲ δὲ ξηρότερον. εἰ μὲν γὰρ θερμανθείη πλέον, ἢ δεῖ τηκόμενόν τε καὶ ῥέον, ὑγροτέρου φαντασίαν ἑαυτοῦ παρέξει. ψυχόμενον δὲ περαιτέρω τοῦ προσήκοντος, ἵσταταί τε, καὶ πήγνυται, καὶ ἀκίνητον γίνεται, καὶ σκληρὸν ἁπτομένοις φαίνεται, κἀκ τούτου φαντασίαν προσβάλλει ψευδῆ ξηρότητος. εἰ δ' ὥσπερ ὑγροῦ καὶ ξηροῦ μετέχει ἴσον, οὕτω καὶ θερμότητός τε, καὶ ψύξεως εἴη μέσον, οὔτε σκληρὸν, οὔτε μαλακὸν ἁπτομένῳ φαίνεται τὸ τοιοῦτο σῶμα. τὸ μὲν οὖν ὅλα δι' ὅλων αὐτὰ κεράσαι, τὸ θερμὸν λέγω, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν καὶ τὸ ὑγρὸν, ἀδύνατον ἀνθρώπῳ. γῆ γὰρ ὑγρῷ φυραθεῖσα, μέμικται μὲν ὡς ἄν τῳ δόξειε, καὶ οὕτω κέκραται πᾶσα παντί, παράθεσις μή ἐστι τὸ τοιοῦτο κατὰ σμικρὰ, καὶ οὐ δι' ὅλων κρᾶσις, ἀλλὰ τὸ δι' ὅλων ἄμφω κεράσαι, θεοῦ καὶ φύσεως ἔργον. ἔτι δὲ μᾶλλον, εἰ τὸ θερμὸν καὶ τὸ ψυχρὸν, ὅλα δι' ὅλων ἀλλήλοις κεραννύοιτο· τὸ μέν τοι παράθεσιν ἐργάσασθαι τοιαύτην, ὡς ἐκφεύγειν τὴν αἴσθησιν ἕκαστον τῶν ἁπλῶν σωμάτων, οὐ

ciatve, inuenerit. Ergo primum de iis, quæ simpliciter loquentibus, temperata intemperatáque dicuntur, agendum: quæ scilicet in omni generata substantia, non in solis animalibus, & stirpibus, disquirenda diximus. Porrò hîc quoque tantillum saltem distinguere de nominibus conueniet, vt calida temperies, alia iam energia, id est, actu sit, alia potestate: tum vt potestate ea esse dicamus, quæ, quod dicuntur, id nondum sint, sed facilè id fieri possint, quoniam naturalem, vt id fiant, aptitudinem sint adepta. Igitur primum de iis, quę actu calida, frigida, humida, & sicca sunt, disseramus, auspicati ab vniuersa substantia, mox ad animalia, & stirpes descensuri: ita enim consummationem habebit, quod institutum nobis est. Quoniam igitur, quod in omni genere, maximéque in vniuersa substantia, medium est, id ex mixtione extremorum conflatur, vtique conueniet, vt tum intelligentia eius, tum dignotio ex illis sumatur. Ac intelligentia quidem facillima est: quippe à calidissimo omnium, quæ sub sensum veniunt, veluti igni, aut quapiam aqua, quæ ad summum sit feruens, ad id, quod omnium, quæ nobis apparent, est frigidissimum, veluti glaciem, & niuem venientes, æstimato inter ea interuallo, ad vnguem id in medio diuidimus: sic enim symmetron, quod scilicet ab vtroque extremorum pari abest spatio, intellectu comprehendemus. Quin etiam id nobis præparare licet, miscentibus aquæ feruenti parem modum glaciei: quod enim ex ambobus est mixtum, pari interuallo ab vtroque extremorum aberit, & eo quod vrit, & eo quod frigore stupefacit. Non est igitur difficile ei, qui ita mixtum tetigerit, medium vniuersæ substantiæ in calidi frigidíque oppositione habere, eiúsque meminisse, atque alia omnia illi veluti normæ adaptata iudicare. Quin etiam, si terram, quæ sicca sit: vel cinerem, vel tale aliquid quod planè sit aridum, pari aquæ modo imbueris medium in sicci humidíque oppositione corpus effeceris. Ergo ne hic quidem difficile est, vbi visu pariter tactúque eiusmodi corpus noueris, memoriæ id infigere, eóque ad humidorum, ac siccorum, quæ deficiant superéntve, agnitionem, pro norma exemplaríque vti. Porrò corpus, de quó iudicandum est, mediocriter calens esto: nam hoc ipsum humidi siccíque medium corpus, si ad summum calorem frigusve sit perductũ, falsam interim imaginationem excitabit: videbitúrque quàm sit mediocre, aliquando humidius, aliquando siccius: quippe, si liberalius calefiat, liquatum iam, ac fluens, humidioris substãtiæ phantasiam de se præbebit: contra, refrigeratum plus iusto, consistit ac cogitur, immobiléque redditur, & durum tangenti apparet: vnde etiam falsam siccitatis imaginationem exhibet, quod si, veluti humidi siccíque parem modum habet, sic caloris, ac frigoris sit in medio, nec durum nec molle tangẽti apparebit id corpus. Atque tota quidem eiusmodi corpora per tota se miscendi, calidum, inquam, frigidum, siccum & humidum, homini facultas non est: terra enim aquæ confusa miscetur quidem (quatenus scilicet videri cuipiam possit) atque ita tota toti contemperatur, cæterum appositio exiguarum partium ea est, nequaquam totorum per tota mixtio: sed ambo ea per tota miscere, Dei vel naturæ est opus: magísque etiam, si calidum, ac frigidum inter se tota per tota miscenda sint. Attamen appositionem eiusmodi efficere, vt sensum effugiant singula simplicium corporum, non

solum

solum naturæ opus, Deive est, sed etiam nostrum: neque enim difficile est tali mixtione lutum, quod medium sicci humidique sit, moliri: simili modo, & quod calidi, & frigidi sit medium: videbitúrque tibi eiusmodi corpus in calore, & frigore temperatum, imò etiam in duritiæ mollitiæque medio statu esse. Id autem genus est hominis cutis, vtpote omnium extremorum, calidi, frigidi, humidi, sicci, verè media, maximéque ea, quæ est in manu: hæc enim omnium sensilium veluti norma futura erat, tactûs nimirum instrumentum prudentissimo animalium proprium ab ipsa natura præparata: quo magis eam ab omnibus extremis, calido, inquam, frigido, sicco & humido, pari abesse interuallo oportuit. Iam vtique & constat ex horum omnium æquis portionibus, non compositis modò, sed etiam per totas se mixtis: quod nostrum planè nemo efficere potest, sed est naturæ opus. Quæcunque igitur partes cute sunt duriores, veluti ossa, cartilagines, cornua, pili, vngues, ligamenta, vngulæ, calcaria, in his omnibus siccum præualet: quæcunque verò molliores sunt, sicuti sanguis, pituita, seuum, adeps, cerebrum, medulla tum spinalis, tum altera, in his humidi plùs est, quàm sicci. Quinetiam, quantò siccissima omnium, quæ sunt in homine, pars, cutem siccitate superat, tantò rursus à cute superatur, quæ est humidissima. Porrò videtur nunc disceptatio nostra, ea quæ vtilissima sunt, attingere: ac docere simul, quòd tum animalium, tum verò aliorum omnium corporum temperatissimus sit homo: simul quòd omnium, quæ in eo sunt, particularum cutis, quæ intra manum habetur, omnis excessus planè sit expers. Rursus igitur hîc orationem sistentes, æstimemus quisnam sit optimè temperatus homo, quem scilicet totius substantiæ, vel potiùs tum hominum, tum reliquorum animalium medium, veluti regulam & normam statuentes, reliquos omnes huic collatos, calidos, frigidos, humidos, siccósve dicere oporteat. Concurrant ergo oportet in hoc homine multæ notæ: quippe & cum vniuersa substantia collatus, medius apparere in ea debet, & magis etiam hominibus, & bestiis. Ac medij quidem in vniuersa substantia communes notæ dictæ iam sunt: quæ verò in animalium speciebus notantur, actionis perfectione quæ cuique sit conueniens, iudicantur. Conuenit autem homini, vt sit sapientissimus: cani, vt mitissimus pariter sit & acerrimus: leoni, vt tantùm sit fortissimus: sicuti oui, vt sit tantùm mitissima. Iam verò, quod corporis actiones consentientes esse animi moribus oporteat, tum Aristoteli in iis quæ de partibus animalium scripsit: tum verò nobis alibi nihilominus est monstratum: ac methodus quidem hæc est: Exercitari verò, vt non in singulis modò animalium generibus, sed etiam in vniuersis medium promptè quis noscat, id cuiuslibet hominis non est, sed diligentis in primis, qui per longam experientiam, & multam omnium particularium peritiam, inuenire medium queat. Quippe ad eum modum plastæ, pictores, statuarii, alij denique fictores, quæ pulcherrima in omni specie sunt, tum pingunt, tum fingunt, veluti hominem speciosissimum,

φύσεως τοῦτό γε μόνης, ἢ θεοῦ τὸ ἔργον, ἀλλὰ καὶ ἡμέτερόν ἐστιν. οὐδὲ γὰρ χαλεπὸν, ὑγροῦ καὶ ξηροῦ μέσον ἐργάσασθαι πηλὸν, ἐκ τῆς τοιαύτης μίξεως, ὡσαύτως δὲ καὶ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ· καί σοι φανεῖται τὸ τοιοῦτο σῶμα καὶ τῇ θερμότητι μὲν καὶ τῇ ψυχρότητι εὔκρατον, ἀλλὰ καὶ σκληρότητός τε, καὶ μαλακότητος ἐν τῷ μέσῳ. τοιοῦτο δ' ἐστὶ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων δέρμα, μέσον ἀκριβῶς ἁπάντων τῶν ἐσχάτων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ σκληροῦ καὶ μαλακοῦ, καὶ τούτου μάλιστα, τὸ κατὰ τὴν χεῖρα. γνώμων γὰρ αὕτη πάντων ἔμελλεν ἔσεσθαι τῶν αἰσθητῶν, ὄργανον ἁπτικὸν ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπεργασθεῖσα τῷ φρονιμωτάτῳ τῶν ζώων οἰκεῖον. ἴσον οὖν ἀπέχειν αὐτὴν ἐχρῆν ἁπάντων τῶν ἄκρων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ. καὶ δὴ καὶ γέγονεν ἐκ τῆς τούτων ἁπάντων ἰσομοιρίας, οὐ μιχθέντων μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλων ἀλλήλοις κερασθέντων, ὅπερ οὐκ ἔτ' οὐδεὶς ἡμῶν ἐργάσασθαι δυνατός ἐστιν, ἀλλὰ φύσεως τὸ ἔργον. ὅσα μὲν οὖν σκληρότερα τοῦ δέρματός ἐστι μόρια, καθάπερ ὀστᾶ, καὶ χόνδροι, καὶ κέρατα, καὶ τρίχες, ὄνυχές τε, καὶ σύνδεσμοι, καὶ ὁπλαὶ, καὶ πλῆκτρα, πλέον ἐν τούτοις ἐστὶ τὸ ξηρόν. ὅσα δὲ μαλακώτερα, καθάπερ αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ πιμελὴ, καὶ στέαρ, καὶ μυελὸς, ἐγκέφαλός τε καὶ νωτιαῖος, ὑγροῦ πλέον ἐν τούτοις ἐστὶν, ἢ ξηροῦ. καὶ μὴν δὴ, καὶ ὅσῳ τὸ πάντων ξηρότατον ἐν ἀνθρώπῳ μόριον, ὑπερβάλλει ξηρότητι τοῦ δέρματος, τοσούτῳ πάλιν ἀπολείπεται τὸ ὑγρότατον. ἔοικε δέ πως ὁ λόγος ἤδη τῶν χρησιμωτάτων αὐτῶν ἐφάπτεσθαι, καὶ διδάσκειν, ἅμα μὲν ὡς οὐχὶ ζώων μόνον, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων σωμάτων εὐκρατώτατός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος. ἅμα δ' ὡς τῶν ἐν αὐτῷ μορίων τὸ τῆς χειρὸς δέρμα τὸ ἔσωθεν ἁπάσας ἐκπέφευγεν ἀκριβῶς τὰς ὑπερβολάς. ἐπιστήσαντες οὖν πάλιν ἐνταῦθα τὸν λόγον, ἐπισκεψώμεθα, τίς ἄριστα πάντων κέκραται ἄνθρωπος, ὃν καὶ τῆς ὅλης μὲν οὐσίας, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀνθρώπων, καὶ τῶν ἄλλων ζώων ἐν τῷ μέσῳ χρὴ τάξαντας, καθάπερ τινὰ κανόνα, καὶ γνώμονα, τοὺς ἄλλους ἅπαντας τούτῳ παραβάλλοντας, θερμοὺς καὶ ψυχροὺς, καὶ ξηροὺς καὶ ὑγροὺς ὀνομάζειν. δεῖ δὲ συνδραμεῖν ἐς ταὐτὸν ἐπὶ τοῦδε, πολλὰ γνωρίσματα. καὶ γὰρ ὡς πρὸς τὴν ὅλην οὐσίαν ἐξετάζοντι, μέσον φαίνεσθαι χρὴ τὸν τοιοῦτον, ἔτι δὲ μᾶλλον ὡς πρὸς ἀνθρώπους τε, καὶ ζῶα. τὰ μὲν οὖν ἁπάσης τῆς οὐσίας γνωρίσματα κοινὰ, προείρηται. τὰ δ' ὡς ἐν ζώων εἴδεσιν, ἐνεργείας τελειότητι κρίνεται, τῆς ἑκάστῳ πρεπούσης. πρέπει δ' ἀνθρώπῳ μὲν εἶναι σοφωτάτῳ, κυνὶ δὲ πρᾳοτάτῳ τε ἅμα, καὶ ἀλκιμωτάτῳ, λέοντι δὲ, ἀλκιμωτάτῳ μόνον, ὥσπερ γε καὶ προβάτῳ, πρᾳοτάτῳ. καὶ μὴν γε καὶ ὡς τὰς τοῦ σώματος ἐνεργείας, οἰκείας εἶναι χρὴ τοῖς τῆς ψυχῆς ἤθεσι, δέδεικται μὲν καὶ πρὸς Ἀριστοτέλους, ἐν τοῖς περὶ ζώων μορίων. λέλεκται δὲ καὶ πρὸς ἡμῶν ὑπὲρ αὐτῶν οὐδὲν ἧττον. ἡ μὲν δὴ μέθοδος ἥδε. τὸ δ' ἀσκῆσαι γνωρίζειν ἑτοίμως ἐν ἑκάστῳ γένει ζώου, καὶ κατὰ τὰ σύμπαντα τὸ μέσον, οὐ τοῦ τυχόντος ἀνδρὸς, ἀλλ' ἐσχάτως ἐστὶ φιλοπόνου, καὶ διὰ μακρᾶς ἐμπειρίας, καὶ πολλῆς γνώσεως ἁπάντων τῶν κατὰ μέρος, ἐξευρίσκειν δυναμένου τὸ μέσον. οὕτω γοῦν καὶ πλάσται, καὶ γραφεῖς, ἀνδριαντοποιοί τε, καὶ ὅλως ἀγαλματοποιοὶ τὰ κάλλιστα γράφουσί τε καὶ πλάττουσι καθ' ἕκαστον εἶδος, οἷον ἄνθρωπον εὐμορφότατον,

ἢ ἵππον, ἢ βοῦν, ἢ λέοντα, τὸ μέσον ἐν ἐκείνῳ τῷ γένει σκοποῦντες. καί που τις ἀνδριὰς ἐπαινεῖται, Πολυκλείτου κανὼν ὀνομαζόμενος, ἐκ τοῦ, πάντων τῶν μορίων ἀκριβῆ τὴν πρὸς ἄλληλα συμμετρίαν ἔχειν, ὀνόματος τοιούτου τυχών. ἔστι μὲν οὖν ἐπιπλέον, ὃν νῦν ἡμεῖς ἐζητοῦμεν ἢ ὁ κανὼν ἐστί. οὐ μόνον γὰρ ὑγρότητός τε, καὶ ξηρότητος ἐν τῷ μέσῳ καθέστηκεν ὁ οὕτως εὔσαρκος ἄνθρωπος, ἀλλὰ καὶ διαπλάσεως ἀρίστης τετύχηκεν, ἴσως μὲν ἑπομένης τῇ τῶν τεσσάρων στοιχείων εὐκρασίᾳ, τάχα δέ τινα θειοτέραν ἀρχὴν ἑτέραν ἐχούσης ἄνωθεν. ἀλλὰ τό γε πάντως εὔκρατον εἶναι τὸν τοιοῦτον, ἐξ ἀνάγκης ὑπάρχει. ἡ γὰρ ἐν εὐσαρκίᾳ συμμετρία, εὐκρασίας ἐστὶν ἔγγονον. εὐθὺς δ' ὑπάρχει τῷ τοιούτῳ σώματι, καὶ ταῖς ἐνεργείαις ἄριστα διακεῖσθαι, καὶ σκληρότητός τε, καὶ μαλακότητος ἔχειν μετρίως, θερμότητός τε καὶ ψυχρότητος· καὶ ταῦθ' ὑπάρχειν ἅπαντα τῷ δέρματι, καὶ τούτῳ μάλιστα τῷ τῆς χειρὸς ἐντὸς, ὅταν μηδένα τύλον ἔχῃ τοιοῦτον, οἷοι τοῖς ἐρέτῃσί τε, καὶ σκάπτουσι γίγνονται. Διττῆς γὰρ ἕνεκα χρείας, τῶν χειρῶν γεγενημένων, ἁφῆς καὶ ἀντιλήψεως, αἱ μαλακαὶ μὲν, εἰς τὴν τῆς ἁφῆς ἀκρίβειαν, αἱ σκληραὶ δὲ, εἰς τὴν τῆς ἀντιλήψεως ἰσχὺν ἐπιτηδειότεραι. καὶ δὴ καὶ τὸ δέρμα τὸ μέσον, οὐ μόνον ἁπάντων ἀνθρωπίνων μορίων, ἀλλὰ καὶ τῆς ὅλης οὐσίας, καὶ πάντων τῶν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ σωμάτων, οὐ τὸ τετυλωμένον ἐστὶ, καὶ σκληρὸν, καὶ λιθῶδες, ἀλλὰ τὸ κατὰ φύσιν ἔχον, ᾧ δὴ καὶ μάλιστά φαμεν ἀκριβοῦσθαι τὴν ἁφήν. ὅτι μὲν οὖν σκληρότητός τε καὶ μαλακότητος ἐν τῷ μέσῳ καθέστηκεν ἁπάντων μορίων, ἱκανῶς ἐναργές. ὅτι δὲ καὶ θερμότητος, καὶ ψυχρότητος, ἐκ τῆς οὐσίας ἂν αὐτοῦ μάλιστα καταμάθοις. ἔστι γὰρ οἷον ἔναιμόν τι νεῦρον, ἀκριβῶς μέσον ὑπάρχον νεύρου τε, καὶ σαρκὸς, ὡς εἰ καὶ κραθέντων ἀμφοῖν ἐγένετο. ἀλλὰ νεῦρον μὲν ἁπλῶς, ἄναιμόν τε, καὶ ψυχρόν· σὰρξ δὲ, πολύαιμός τε καὶ θερμὴ, μέσον δ' ἀμφοῖν τὸ δέρμα, μήτ' ἄναιμον τὸ πάμπαν ὡς νεῦρον, ἀλλὰ μὴ δὲ πολύαιμον ὡς ἡ σὰρξ, γενόμενον. Εἰ δὴ τοῦτο κανόνα τε, καὶ οἷον κριτήριον ἁπάντων τῶν τοῦ ζώου μορίων προστησάμενος, ἐξετάζεις τε, καὶ παραβάλλεις αὐτῷ τἄλλα, τὰς ὀκτὼ διαφορὰς εὑρήσεις τῆς δυσκρασίας ἐν αὐτοῖς. καὶ δὴ καὶ κατὰ μέρος δίειμί σοι περὶ πάντων ἑξῆς. Φλέγμα μὲν οὖν ὑγρότατόν ἐστι καὶ ψυχρότατον, αἷμα δὲ θερμότατον, ἀλλ' οὐχ οὕτως ὑγρὸν, ὡς τὸ φλέγμα. θρὶξ δὲ, ξηροτάτη τε καὶ ψυχροτάτη, ἧττον δὲ αὐτῆς ὀστοῦν ψυχρόν ἐστι καὶ ξηρὸν, καὶ τοῦδε, χόνδρος ἧττον ξηρός. ἐφεξῆς δὲ χόνδρῳ σύνδεσμος, καὶ ὃν χονδροσύνδεσμον ὀνομάζουσιν, ἔπειτα τένων, εἶθ' ὑμὴν, καὶ ἀρτηρία καὶ φλὲψ, αὐτὰ δηλονότι τὰ σώματα τῶν ἀγγείων, εἶθ' ὅσα νεῦρα σκληρά. τὰ δὲ μαλακὰ νεῦρα, κατὰ τὴν τοῦ δέρματος ὑπάρχει φύσιν, ἐν τῇ καθ' ὑγρότητά τε καὶ ξηρότητα, μεσότητι. κατὰ γὰρ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν, οὐκ ἔτι μέσον θερμοῦ καὶ ψυχροῦ τὸ νεῦρον μαλακὸν, ἀλλὰ τοσοῦτον ἀπολείπεται θερμότητος, ὅσον καὶ αἵματος. οὕτω δὲ καὶ τἄλλα σύμπαντα τὰ πρόσθεν εἰρημένα, τοσούτῳ ψυχρότερα δέρματος, ὅσῳ καὶ ἀναιμότερα. καὶ οἵ γε χιτῶνες αὐτοὶ τῶν ἐναιμοτάτων ἀγγείων, ἀρτηρίας λέγω καὶ φλεβὸς, ἄναιμοί τέ εἰσι καὶ ψυχροὶ τῇ φύσει. τῇ γειτνιάσει δὲ τοῦ αἵματος, θερμαίνονται, καὶ εἰς μέσην ἀφικνοῦνται κατάστασιν κράσεως.

equum, bouem, leonem formosissimum, ad id, quod medium est in illa specie, collineantes. Laudántque homines quandam Polycleti statuam, canonem appellatam, inde adeo id nomen sortitam, quòd partium inter se omnium commoderationem ad vnguem habeat. Habet autem, quem nunc quærimus, plùs aliud, quàm canon ille, cùm non solum humoris, ac siccitatis, caliditatis, & frigiditatis in medio consistat is, qui ita eusarcos. i. quadratus est homo: sed etiam optimam formationem sit adeptus: quæ fortasse bonam quatuor elementorum temperiem est comitata: fortasse diuiniorem aliquam supernè originem habet. Cæterùm prorsus eucraton esse huiusmodi hominem, id verò est necessarium: quippe mediocritas in carne ex mediocritate temperamenti prouenit. Protinus autem assequitur tale corpus, vt optimè ad actiones sit comparatum: tum in mollitie, & duritie, præterea calore, ac frigore, mediocriter se habeat: atque hæc omnia insint cuti, huiúsque maximè illi parti, quæ est intra manum, scilicet quæ callum nullum eiusmodi contraxit, qualis in remigibus, & fossoribus cernitur. Cùm enim gemini vsus causa manus sint factæ, tactu discernendi, & rem quampiam comprehendendi, vtique quæ molles sunt, ad exquisitiùs tangendum: duræ ad aliquid maiore vi capiendum, magis sunt idoneæ. Quinetiam cutis, quæ non solum omnium hominis partium, sed etiam vniuersæ, quę generationi corruptionique subiicitur, substantiæ media est, ea nec callosa, nec dura, lapideáve est, sed secundum naturam se habens, quo scilicet cutis genere maximè perfectum esse tactum censemus. Ac quòd in duritie, & mollitie medium omnium particularum locum sit sortita, abundè liquet: quòd autem & in calore, ac frigore similiter se habeat, ex eius substantia maximè intelligas licet: est enim veluti sanguine præditus neruus, qui sit inter neruum & carnem quiddam planè medium, vt si ex mixtis vtrisque constitueretur. Cæterùm neruus omnis exanguis, & frigidus: caro multi sanguinis, & calida: media inter vtrumq; est cutis, nec planè exanguis, vt neruus, nec sanguine abundás, vt caro. Si igitur hanc omnium animalis partium veluti normam, iudicémq; proponens, reliqua illis conferas, atque ad eam examines, octo diuersas intemperies in eis inuenies. Iámque membratim tibi de omnibus deinceps disseram. Humidissimum frigidissimúmq; in corpore pituita est: calidissimum, sanguis, non tamen est is perinde humidus, vt pituita: siccissimum, ac frigidissimum est pilus: minùs eo, & frigidum, & siccum est os: hoc verò minùs siccum est cartilago: proximè hanc sequitur ligamentum, & quem composito nomine Chondrosyndesmon, i. cartilagineum ligamentum, vocant: post hunc tendo: deinceps membrana, & arteria, & vena, ipsa scilicet corpora vasorum: succedunt deinde nerui duri. Molles autem nerui in humiditate, & siccitate mediam naturam sicuti cutis obtinent: nam in altera oppositione, quæ est calidi, & frigidi, neruus mollis in medio non est, sed tantùm ei deficit de calore, quantũ de sanguine. Ita verò, & reliqua omnia priùs dicta tantò sunt cute frigidiora, quantò minùs habent sanguinis. Etiam tunicæ ipsæ, maxime sanguineorum vasorum, arteriarum dico, & venarum, non solum exangues sunt, sed etiam frigidæ natura: contactu tamen sanguinis calefiunt: atque ad medium temperamenti statum veniunt,

Sanguis uerò ipse à corde suum accipit calorem: quippe id viscus natura, tum omnium animalis particularum maximè sanguineum, tum verò calidissimum est: proximum illi iecur est, verum cor paulò quàm cutis minùs est durum, iecur multò. Itaque etiam humidius, quàm cutis, quantò scilicet est mollius. Iam verò caro humidior cute est, eadem tamen calidior: spinalis autem medulla cute est humidior, atque etiam frigidior: sicuti ac rursus humidius est cerebrum: cerebro autem ipso adeps, cui concretio contingit propterea quòd membranis adiacet: crasso namque oleo est similis: cóque congelatur, vbi cum frigidis, & exanguibus particulis coniungitur. At neque circa iecur coire adeps potest, neque circa arterias, venásve, aut cor, sed nec circa aliam vllam præcalidam particulam. Quoniam autem cogitur per id, quod valdè est frigidum, idcirco calefacta liquatur, cæterorum coagulatorum ritu: at cerebrum calfactum minime liquatur, cóque adipe minùs est humidum. Porrò minùs humida, quàm adeps, est & pulmonum caro, vt quæ nec ipsa calfacta liquescat: iam longè etiam adipe minùs humida est; tum lienis, tum renum caro. Omnia tamen hæc cute sunt humidiora. Harum rerum demonstrationes proximo libro tradam, sicuti omnia, quæ ad vniuersam de temperamentis disputationem desunt, duobus deinceps commentariis exponam.

A τὸ δὲ αἷμα πάλιν αὐτὸ, παρὰ τῆς καρδίας ἔχει τὴν θερμασίαν. φύσει γὰρ ἐκεῖνο τὸ σπλάγχνον ἁπάντων ἐστὶ τῶν τοῦ ζώου μορίων, ἐναιμότατόν τε ἅμα καὶ θερμότατον, ἐφεξῆς δ' αὐτῷ τὸ ἧπαρ. ἀλλ' ἡ μὲν καρδία, βραχὺ δέρματος ἀποδεῖ σκληρότητι, τὸ δ' ἧπαρ πολύ. καὶ τοίνυν ὑγροτέρα τοσούτῳ δέρματός ἐστιν, ὅσῳ μαλακωτέρα· καὶ μὴν δὴ καὶ σὰρξ ὑγροτέρα δέρματος, ἀλλ' αὕτη μὲν καὶ θερμοτέρα. νωτιαῖος δὲ, ὑγρότερος μὲν, ἀλλὰ καὶ ψυχρότερος, καὶ τοῦδε μᾶλλον ἐγκέφαλος ὑγρότερος ἔτι δὲ τούτου μᾶλλον πιμελὴ, καὶ ἡ πῆξις αὐτῆς, διὰ τὴν τῶν ὑμένων γειτνίασιν. B ἐλαίῳ γὰρ ἔοικε παχεῖ, καὶ διὰ τοῦτο πήγνυται, ψυχροῖς καὶ ἀναίμοις ὁμιλοῦσα μορίοις. οὔτε δ' ἥπατι περιπήγνυσθαι πιμελὴν, οὔτ' ἀρτηρίαις, καὶ φλεψὶν, οὔτε καρδίᾳ δυνατὸν, ἀλλ' οὐδ' ἄλλῳ τινὶ θερμῷ πάνυ μορίῳ. διότι δὲ πέπηγε πάνυ ψυχρῷ, διὰ τοῦτο χεῖται θερμαινομένη, τοῖς ἄλλοις ὁμοίως πεπηγόσιν. οὐ μὴν ἐγκέφαλός γε, θερμαινόμενος χεῖται, καὶ διὰ τοῦτο ἧττον ὑγρός ἐστι πιμελῆς. ἧττον δ' ὑγρὰ πιμελῆς ἐστι καὶ ἡ τοῦ πνεύμονος σὰρξ, οὐδὲ γὰρ αὕτη χεῖται θερμαινομένη. πολὺ δ' ἔτι μᾶλλον, ἡ τοῦ σπληνός τε καὶ τῶν νεφρῶν, ἧττόν ἐστιν ὑγρὰ πιμελῆς. C ἅπαντα μέντοι ταῦτα, δέρματός ἐστιν ὑγρότερα. τὰς δὲ τούτων ἀποδείξεις, ἐν τῷ μεταξὺ λόγῳ δίειμι· καὶ μὴν δὴ καὶ ὅσα λείπει τῇ συμπάσῃ περὶ κράσεων πραγματείᾳ, διὰ τῶν ἐφεξῆς δυοῖν ὑπομνημάτων εἰρήσεται.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΚΡΑΣΕΩΝ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

GALENI DE TEMPERAMENTIS LIBER SECVNDVS.

Η ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΥΠΟΘΕΣΙΣ.

Περὶ τοῦ τὴν κρᾶσιν τοῦ ἀνθρώπου πολλαχῶς διακρίνεσθαι μεταχειρίζει.

ARGVMENTVM LIBRI.

De Temperie hominis multis rationibus dignoscenda pertractat.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Τί ἐν τῷ πρὸ τούτου πεποιημένον ἐστί, καὶ περὶ τοῦ εὐκρατοτάτου ἀνθρώπου.

ΟΤΙ μὲν δὴ τῶν πολλαχῶς λεγομένων ἐστὶν ὑγρόν τε καὶ ξηρὸν σῶμα, καὶ θερμὸν καὶ ψυχρόν, ἐν τῷ πρὸ τοῦδε λόγου διήρηται. δέδεικται δέ, ὡς ἐννέα διαφοραὶ τῶν κράσεών εἰσι, μία μὲν ἡ σύμμετρός τε, καὶ εὔκρατος, αἱ λοιπαὶ δὲ πᾶσαι, δύσκρατοι, τέτταρες μὲν ἁπλαῖ, μιᾶς ἐν ἑκάστῃ πλεονεκτούσης ποιότητος, ἤτοι θερμότητος, ἢ ψυχρότητος, ἢ ξηρότητος, ἢ ὑγρότητος. B ἕτεραι δὲ τέτταρες, ἐπειδὰν ἐξ ἑκατέρας ἀντιθέσεως ἡ ἑτέρα κρατήσῃ δύναμις. λέγω δ' ἀντιθέσεις δύο, μίαν μὲν τὴν κατὰ τὸ θερμόν τε καὶ ψυχρόν, ἑτέραν δέ, τὴν κατὰ τὸ ξηρόν τε καὶ ὑγρόν. ἐφεξῆς δὲ τούτων ἐπὶ τὰ γνωρίσματα μεταβάντες, ὑπὲρ τῆς εὐκράτου φύσεως ἐσκοπούμεθα, διότι πρώτη πασῶν ἥδε, καὶ ἀρετῇ, καὶ δυνάμει, καὶ τάξει νοήσεώς ἐστιν. ἐπεὶ δ' εὔκρατον, ἄλλο μὲν ἁπλῶς εὑρίσκεται λεγόμενον, ἐν πάσῃ τῇ τῶν ὄντων φύσει, καθ' ἕκαστον δὲ γένος ἄλλο· περὶ πρώτου δεῖν ἐδόκει σκοπεῖσθαι, τοῦ κοινῇ κατὰ πάσης φύσεως ἐξεταζομένου. κανὼν δ' ἦν αὐτοῦ, καὶ κρίσις, ἡ τῶν στοιχείων ἰσομοιρεία, δι' ἣν καὶ τὸ τῶν C ἐσχάτων ἁπάντων ἀκριβῶς μέσον ἀποτελεσθέν, εὔκρατόν τε, καὶ σύμμετρον ὀνομάζεται. τὰ δὲ ἄλλα, τὰ καθ' ἕκαστον γένος εὔκρατα, ταῖς οἰκείαις τῶν σωμάτων ἐνεργείαις τε καὶ χρείαις κρίνεται. καὶ διὰ τοῦτο, ταὐτὸ σῶμα ζώου τινός, ἢ φυτοῦ, μέσον μὲν εἶναι δύναται τῶν ὁμογενῶν ἁπάντων, τοῦτ' ἔστιν, εὔκρατόν τε, καὶ σύμμετρον ἐν ἐκείνῳ τῷ γένει, δύσκρατον δ' ἑτέρῳ τινὶ παραβαλλόμενον, ἢ φυτῶν, ἢ ζώων, ἢ ἀψύχων, γένει.

CAPVT PRIMVM.

Quid actum sit superiore libro, ac de homine temperatißimo.

QVOD multifariam quidem dicatur humidum, ſiccum, calidum & frigidum corpus, in proximo definitum eſt libro. Demonſtratum præterea eſt nouem eſſe temperamentorum differẽtias, vnam quidem, quæ mediocris ſit, & eucratos. i. temperata: reliquas omnes intemperatas, quatuor ſimplices, vnica ſcilicet in quaque prępollente qualitate, vel calore, vel frigore, vel ſiccitate, vel humiditate: quatuor ab his diuerſas, in quibus vtriuſq; oppoſitionis altera qualitas exuperat: dico autem duas oppoſitiones, alteram quæ eſt calidi & frigidi: alteram quæ eſt humidi & ſicci. Ab his ad notas earum digreſſi, de temperata natura diſceptauimus, quoniam hæc omnium prima, virtute, potentia, cognitioniſque ordine ſit. At cum temperatum aliud abſolutè dictum inueniatur in vniuerſa rerum natura, aliud in ſingulis generibus, principio viſum eſt de eo conſiderandum eſſe, quod communiter in vniuerſa natura æſtimatur. Huius norma iudiciúmque erat elementorum portionis æqualitas: ob quam extremorum omnium medium ad vnguem redditum, eucraton & ſymmetron (ſiue temperatum, & mediocre mauis) dicitur. Reliqua, quæ in ſingulis generibus temperata dicuntur, propriis corporum functionibus, vſibúſq; iudicantur: eóque fit, vt idem animalis cuiuſpiam ſtirpíſve corpus, omnium, quæ in eodem ſunt genere, medium eſſe poſſit, id eſt, in illo genere eucraton, & mediore: alteri verò cuipiam comparatum, vel ſtirpium vel animalium, vel inanimorũ generi, dyſcraton ſiue intemperatũ.

Quippe viuētis corpus cum demortui corpore collatum, humidius calidiúsque est: verbi gratia, leo viuens leone mortuo, tum ipse seipso, tum alter altero, calidior, humidiórque est. Atque inde adeo dictum veteribus est, animal calidum, & humidum esse non absoluto sermone, quod humiditas in eo calórve exuperet (sic enim inuenire est animalia sicca frigidáque complura, veluti culices muliones, culices vinarios, muscas, apes, formicas) sed vt ad mortua collata. Viua enim apes calidior humidiórq;, quàm mortua est, & formica viua, quàm mortua: cum homine tamen, equo, bouéve collata, tum aliis sanguine præditis animalibus, omnia id genus frigida siccáque temperie sunt. Quin, si ad vniuersam naturam spectans ea expendas, ne sic quidem, quo minus frigida, siccáque sint, elabantur. Veluti enim in vnoquoque genere, vbi quid à mediocritate recessit, ab eo, quod vincit, nomen accipit: itidem in vniuersa substantia, cum aliquid medium transierit, non amplius eucraton, sed vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel siccum nominabitur. Monstratum enim supra est, hominē non solum animalium, stirpiúmve, sed etiam reliquorum omnium, maximè esse temperatum. Quoniam autem ex multis, & dissidentibus is conditus est partibus, manifestum est, quæ pars medio omnium sit temperamento, eam esse simpliciter temperatissimam: quæ namque animalis eius, quod medij sit temperamenti, media particula est, hæc omnium simpliciter est temperatissima. Monstratum vero est, id esse in homine vocatam cutem, atque huius eam maxime partem, quæ in manu est interna: si tamen, qualem eam natura est molita, talis perstiterit. Iam verò, quod nec cuiusque hominis cutis, medium absolutè sit vniuersæ substantiæ, sed eius qui maximè est temperatus, dictum prius est: plurimam enim esse ipsis quoque hominibus inter se differentiam. Verùm maximè temperatus is est, qui corporis habitus medius horum extremorum apparet, gracilitatis, crassitudinis, mollitiei, duritiei, itémq; caloris, & frigoris: inuenias enim cuiuslibet hominis tangendo corpus, vel mitem & halituosum calorem, vel igneum & acrē, vel horum neutrū, imò frigiditatem quandam præpollentem: frigiditatē autem præpollere, vt in animalis corpore, intelligere oportet, eóque tum sanguine prædito, tum humido. Ac corpore quidem talis homo est temperatissimus. Idem animo quoque medius omnino est audaciæ, & timoris, cunctationis, & præcipitationis, misericordiæ, & inuidiæ: fuerit verò talis alacer, amicorum amans, humanus, & prudens. Et temperatissimus quidem homo ex his primum, potissimúmque agnoscitur: his accedunt non pauca eorum, quæ ex necessitate sequuntur. Quippe edit, bibítque moderatè: & nutrimenta non solùm in ventre, sed etiam in venis, & in tota corporis habitudine probè concoquit: omnésque (vt semel dicam) tum naturales, tum animales dictas virtutes inculpatas habet: cum & sensuum facultatibus, & membrorum motibus optimis sit præditus: tum viuido colore semper sit: tum ad perspiratum excrementorum bene comparatus: idem medius inter somnolentum, & peruigilem, inter glabrum, & hirtum, inter nigrum colorem, & album: pilósque habeat, cum puer est, magis rufos quam nigros: cum in flore est, contra.

A τὸ μὲν γὰρ τοῦ ζῶντος σῶμα, τῷ τοῦ νεκροῦ παραβαλλόμενον, ὑγρότερόν ἐστι καὶ θερμότερον. οἷον εἰ τύχοι, λέων ζῶν, λέοντος τεθνεῶτος, ἢ αὐτὸς ἑαυτοῦ τις, ἢ ἕτερος, ἑτέρου θερμότερος ἐστὶ, καὶ ὑγρότερος, καὶ διὰ τοῦτ' εἴρηται πρὸς τῶν παλαιῶν, ὑγρόν τε εἶναι καὶ θερμὸν, τὸ ζῶον, οὐχ ὡς ἢ τῆς ὑγρότητος ἐν αὐτῷ πλεονεκτούσης ἁπλῶς, ἢ τῆς θερμότητος. οὕτως μὲν γὰρ εὑρεθήσεται πάμπολλα ζῶα, ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, καθάπερ ἐμπίδες τε, καὶ κώνωπες, καὶ μυῖαι, καὶ μέλιτται, καὶ μύρμηκες, ἀλλ' ὡς τοῖς τεθνεῶσι παραβαλλόμενα. καὶ γὰρ μέλιττα ζῶσα, τεθνεώσης μελίττης ὑγροτέρα τέ ἐστι, καὶ θερμοτέρα, B καὶ μύρμηξ μύρμηκος. ἀνθρώπῳ μέντοι παραβαλλόμενα, καὶ ἵππῳ, καὶ βοῒ, καὶ τοῖς ἄλλοις ζώοις τοῖς ἐναίμοις, ἅπαντα τὰ τοιαῦτα, ψυχρὰ καὶ ξηρὰ τὴν κρᾶσίν ἐστιν. καὶ μὴν δὴ κἂν εἰ πρὸς τὴν ὅλην οὐσίαν ἀποβλέπων ἐξετάζοις, οὐδ' οὕτως ἐκπέπτωκε τοῦ, ξηρά τε εἶναι ταῦτα, καὶ ψυχρά. ὥσπερ γὰρ καθ' ἕκαστον γένος, ὅταν ἐξίσταταί τι τῆς μεσότητος, ἀπὸ τοῦ πλεονεκτοῦντος ὀνομάζεται, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐπὶ τῆς συμπάσης οὐσίας, ὅταν ὑπερβάλλῃ τι τὸ μέσον οὐκέτι εὔκρατον, ἀλλ' ἤτοι ψυχρὸν, ἢ ξηρὸν, ἢ θερμὸν, ἢ ὑγρὸν ὀνομασθήσεται. δέδεικται γὰρ δὴ πρόσθεν, ὡς ἄνθρωπός ἐστιν, οὐ τῶν ζώων C μόνων, ἢ φυτῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων εὐκρατότατον. ἐπεὶ δὲ ἐκ πολλῶν καὶ διαφερόντων σύγκειται μορίων, εὔδηλον ὡς τὸ μέσον ἁπάντων τῇ κράσει, τοῦτο καὶ ἁπλῶς ἐστιν εὐκρατότατον. τὸ γὰρ τοῦ μέσου τῇ κράσει ζώου μέσον μόριον ἁπάντων ἐστὶν ἁπλῶς εὐκρατότατον. ἐδείχθη δὲ τοῦτ' ἐν ἀνθρώπῳ, τὸ καλούμενον δέρμα, καὶ μάλιστα τοῦ δέρματος τὸ τῆς χειρὸς ἐντὸς, ἐὰν, οἷον ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπειργάσθη, τοιοῦτο φυλάττηται. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς οὐ παντὸς ἀνθρώπου τὸ δέρμα, μέσον ἁπλῶς ἐστιν ἁπάσης οὐσίας, ἐλέχθη πρόσθεν, ἀλλ' ὅστις ἂν εὐκρατότατος ᾖ. πολλὴν γὰρ εἶναι καὶ αὐτοῖς τοῖς D ἀνθρώποις πρὸς ἀλλήλους τὴν διαφοράν. εὐκρατότατος δ' ἐστὶν, ὃς ἂν τῷ μὲν σώματι φαίνηται μέσος ἀκριβῶς τῶν ἄκρων, ἰσχνότητός τε, καὶ παχύτητος, μαλακότητός τε, καὶ σκληρότητος, ἔτι δὲ θερμότητός τε, καὶ ψυχρότητος. ἔστι γὰρ εὑρεῖν ἁψάμενον ἑκάστου τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων, ἢ χρηστὴν καὶ ἀτμώδη θερμασίαν, ἢ πυρώδη καὶ δριμεῖαν, ἢ τούτων μὲν οὐδετέραν, ἐπικρατοῦσαν δέ τινα ψύξιν· ἀκούειν δὲ χρὴ ψύξιν ἐπικρατοῦσαν, ὡς ἐν ζώου σώματι, καὶ τούτου, ἐναίμου τε καὶ ὑγροῦ ὄντος. τῷ μὲν οὖν δὴ σώματι, τοιοῦτος ὁ εὔκρατος ἄνθρωπος. ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ ψυχῇ, μέσος ἀκριβῶς E ἐστὶ θρασύτητός τε, καὶ δειλίας, μελλησμοῦ τε, καὶ προπετείας, ἐλέους τε καὶ φθόνου. εἴη δ' ἂν ὁ τοιοῦτος, εὔθυμος, φιλόστοργος, φιλάνθρωπος, συνετός. ἐκ τούτων μὲν ὁ εὐκρατότατος ἄνθρωπος γνωρίζεται πρώτως καὶ μάλιστα. προσέρχεται δ' αὐτοῖς οὐκ ὀλίγα τῶν ἐξ ἀνάγκης ἑπομένων. καὶ γὰρ ἐσθίει καὶ πίνει σύμμετρα, καὶ πέττει καλῶς τὰς τροφὰς, οὐκ ἐν γαστρὶ μόνον, ἀλλὰ κἀν ταῖς φλεψὶ, καὶ καθ' ὅλην τὴν ἕξιν τοῦ σώματος, ἁπάσας τε συνελόντι φάναι, τάς τε καλουμένας φυσικὰς ἐνεργείας, καὶ τὰς ψυχικὰς, ἀμέμπτους ἔχει. καὶ γὰρ καὶ ταῖς αἰσθήσεσιν ἄριστα διάκειται, καὶ ταῖς τῶν κώλων κι- F νήσεσιν, εὔχρους τ' ἐστὶ, καὶ εὔπνους ἀεὶ, καὶ μέσος ὑπνώδους τε, καὶ ἀγρύπνου, καὶ ψιλοῦ τριχῶν καὶ δασέος, καὶ μέλανος τὴν χρόαν, καὶ λευκοῦ· καὶ τρίχας ἔχει, παῖς μὲν ὢν, πυῤῥοτέρας μᾶλλον ἢ μελαντέρας, ἀκμάζων δ' ἔμπαλιν.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ τῶν κράσεων τῶν ἡλικιῶν.

Ἐπεὶ δὲ καὶ τῆς κατὰ τὰς ἡλικίας αὐτοῦ διαφορᾶς ἐπεμνήσθημεν, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον ἤδη τι καὶ περὶ τούτων εἰπεῖν. ἐβουλόμην μὲν οὖν, πρότερον ἑκάστου τῶν εἰρημένων γνωρισμάτων ἐπελθεῖν τὰς αἰτίας, ἀλλ' ἐπεὶ πρὸς τὰ προὔργου μᾶλλον ἡ περὶ τῶν ἡλικιῶν ἐπείγει σκέψις, εὐπορωτέρους τε ἡμᾶς πρὸς τὴν τῶν αἰτιῶν εὕρεσιν ἀπεργάζεται, ταύτην νῦν ἐνστησόμεθα. Νοήσωμεν οὖν ἄρτι διαπλαττόμενον ἐν ταῖς μήτραις τῶν κυουσῶν τὸ ζῶον, ἵνα γνῶμεν ὅπως ὑγρότατόν ἐστι, καὶ θερμότατον. ἡ μὲν γὰρ πρώτη σύστασις, ἐξ αἵματος αὐτῷ καὶ σπέρματος ὑγρῶν, καὶ θερμῶν χρημάτων. ἀεὶ δὲ καὶ μᾶλλον τούτων ξηρῶν γινομένων, ὑμένες μὲν πρῶτον διαπλάττονται, καὶ χιτῶνες, καὶ σπλάγχνα, καὶ ἀγγεῖα, τελευταῖα δὲ ὀστᾶ, καὶ ὄνυχες, καὶ χόνδροι, πηγνυμένης ἀποτελοῦνται τῆς οὐσίας. πρὶν γὰρ ἤτοι δύνασθαι τείνεσθαι τὴν ὑποβεβλημένην οὐσίαν, ἢ πήγνυσθαι, τῶν εἰρημένων οὐδὲν ἐγχωρεῖ γενέσθαι. χιτῶνες μὲν οὖν, καὶ ὑμένες, ἀρτηρίαι τε, καὶ νεῦρα, καὶ φλέβες, τεινομένης αὐτῆς, ὀστᾶ δὲ, καὶ χόνδροι, καὶ ὄνυχες, καὶ ὁπλαὶ, καὶ σπλάγχνα πηγνυμένης ἀποτελοῦνται. τελεωθέντων δ' οὕτω, τίκτεται μὲν ἐφεξῆς ἐν τῇ κυήσει. ἔτι δ' ὑγρὸν ἐσχάτως ἐστὶν ὥσπερ βρύον, οὐκ ἀγγείοις μόνον, καὶ σπλάγχνοις, καὶ σαρξὶν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ὀστοῖς, ἃ δὴ ξηρότατα τῶν ἐν ἡμῖν ὑπάρχει μορίων. ἀλλ' ὅμως καὶ ταῦτα, καὶ ὅλα σὺν αὐτοῖς τὰ κῶλα, διαπλάττουσιν αἱ τροφοὶ τῶν βρεφῶν, ὥσπερ κήρινα. τοσαύτη τις ὑγρότης ἐστὶν ἐν ἅπαντι τῷ σώματι τῶν παιδίων. ἀλλὰ καὶ εἰ νέον ἱερεῖον εἴτ' ἐσθίειν ἐθέλοις, εἴτ' ἀνατεμὼν σκοπεῖσθαι, μυξώδη μὲν, καὶ πλαδαρὰν εὑρήσεις τὴν σάρκα. τὸ δὲ ὀστῶδες γένος ἅπαν, ἄρτι πηγνυμένῳ τυρῷ ἐμφερὲς, ὥστε μηδὲ φαγεῖν ἡδέα, δι' ὑπερβάλλουσαν ὑγρότητα, τῶν νεογνῶν ζώων εἶναι τὰ σώματα. καὶ μάλιστά γε τοῦτο πέπονθε τὰ ὕεια καὶ τὰ πρόβατα, διότι καὶ μάλιστ' ἐστὶν ὑγρότερα. τὰ δ' αἴγεια, διότι ξηρότερα, βελτίω τέ ἐστι καὶ ἡδίω φαγεῖν. ἔμπαλιν δὲ τοῖς νέοις ἱερείοις, τὰ γεγηρακότα, ξηρὰ μὲν ἱκανῶς, καὶ ἄικμα, καὶ ἄχυμα, τά τ' ὀστᾶ σύμπαντα, καὶ τοὺς συμπάντας συνδέσμους αὐτῶν ἔχει, νευρώδη δὲ καὶ σκληρὰν τὴν σάρκα, καὶ τὰς ἀρτηρίας, καὶ τὰς φλέβας, καὶ τὰ νεῦρα διὰ τὴν ἡλικίαν, δίκην ἱμάντων ἀηδῆ καὶ ἄχυμα. τὰ δ' ἐν τῷ μέσῳ τούτων, καὶ τῶν ἄρτι γεγενημένων, ὅσα μὲν ἤδη προβέβηκε ταῖς ἡλικίαις, ὅσον ἀπολείπεται τοῦ γήρως, τοσοῦτον καὶ τῆς ἐσχάτης ξηρότητος. ὅσα δὲ νεώτερα, καὶ ἔτ' αὐξανόμενα, τοσοῦτον καὶ ταῦτα τῆς τῶν ἐμβρύων ὑγρότητος ἀπεχώρησεν, ὅσον καὶ ταῖς ἡλικίαις προελήλυθεν. ἡ δ' ἀκμὴ μάλιστα πάντων τῶν ζώων, ἐν τῷ μέσῳ καθέστηκε τῶν ἀκροτήτων, οὔτ' εἰς ἔσχατον ἥκουσα ξηρότητος, ὡς τὸ γῆρας, οὔτ' ἐν ὑγρότητι, καὶ πλάδῳ πολλῷ καθεστῶσα, καθάπερ ἡ τῶν βρεφῶν ἡλικία. τί δὴ οὖν ἔνιοι τῶν ἐλλογίμων ἰατρῶν, ὑγρὸν ἀπεφήναντο τὸ γῆρας; ἢ δηλονότι τῷ πλήθει τῶν περιττωμάτων ἀπατηθέντες; οἵ τε γὰρ ὀφθαλμοὶ δακρύουσιν αὐτοῖς, αἵ τε ῥῖνες ἀναπίμπλανται κορύζης, ἔν τε τῷ στόματι σιέλου πλῆθος ἀθροίζεται, ἀλλὰ καὶ βήττουσι, καὶ ἀναπτύουσι φλέγμα, δηλοῦντες ἄρα, καὶ τὸν πνεύμονα μεστὸν εἶναι τοιούτου χυμοῦ. καὶ ἡ γαστὴρ δὲ αὐτοῖς πεπλήρωται φλέγματος, ἕκαστόν τε τῶν ἄρθρων

CAPVT II.

De Ætatum temperamentis.

AT, quoniam differentiarum, quæ ex ætate eius ſpectantur, mentionem feci, non alienum ſit aliquid iam de his quoq; apponere. Porrò volebam vniuſcuiuſque prædictarum notarum cauſas perſequi: verùm cùm ad ea quæ nunc ſunt propoſita magis vrgeat ætatum conſideratio, quæ etiam maximam nobis ad cauſarum inuentionem facultatem ſuggerit, huic primum nunc inſistamus. Intelligamus igitur recens formatum animal in vtero matris, quò ſciamus qua ratione humidiſſimum calidiſſimúmque ſit. Prima enim eius conſtitutio ex ſanguine & ſemine eſt, quæ humidæ & calidæ res ſunt. His autem magis ſemper ſicceſcentibus, primùm quidem formantur membranæ, tunicæ, item viſcera & ſanguinis vaſa: vltima verò perficiuntur oſſa & vngues, & cartilagines, concretâ ſcilicet eorum ſubſtantiâ: ante enim quàm vel tendi poſſit ſubiecta ſubſtâtia vel concreſcere, nihil fieri memoratorum poteſt. Et tunicæ quidem ac membranæ, arteriæque & nerui, & venæ, tenſâ eâ: oſſa, cartilagines, vngues, vngulæ & viſcera, coagulatâ eâ perficiuntur. His verò in vtero perfectis, ita deinde paritur infans. Eſt verò adhuc in ſummo humidus, veluti bryon. i. muſcus ſeu maris alga: idq; nō ſanguinis vaſis modò & viſceribus ac carne, ſed etiam ipſis oſſibus, quæ ſcilicet ſicciſſima ſunt omnium quæ in nobis ſunt partiū. Verùm tum hæc, tum reliqua tota vnà cum his membra quaſi cerea ſint, infantium nutrices fingunt formántque: tanta eſt in toto puellorum corpore humiditas. Quin ſi recens editum porcellum vel eſſe, vel diſſectum incipere velis, carnem quidem eius mucoſam, præhumidámque inuenies: oſſeum verò genus vniuerſum caſeo, qui modò ſit coagulatus aſſimile: adeo vt nuper nati animalis corpus propter redundantem in eo humorem libens non comedas. Quod maxime tum ſuilli, tum ouilli fœtus corporibus accidit, propterea quod ea maximè ſunt humida: caprinum quòd ſiccius ſit, & melius eſui eſt & iucundius. Contra verò quàm in nouellis porcellis, quæcunque iam ſenuerunt, hęc oſſa quidem omnia & ligamenta vniuerſa pręſicca, ſine ſucco & inſipida poſſident: carnem verò neruoſam & duram: arterias quoque & venas, & neruos, ætatis culpa lori inſtar, inſuaues & ſine ſucco. Quæ medio ſtatu horum ac nuper natorum ſunt, quæ vtique iam ætate proceſſerunt, quantùm à ſenio abſunt, tantum & ab extrema ſiccitate ſunt remota. Quæ minora ſunt atque adhuc augeſcunt, tantùm ea quoque à geſtati etiamnum fœtus humore abſunt, quantùm proceſſerunt ætate. Floreſcens verò ætas omnium animalium maxime in medio extremorum eſt, neque ſicut ſenium ad ſummam perducta ſiccitatem, neque velut infantium ætas, in humore & multo vuido merſa. Cur igitur aliqui celebrium medicorum, humidum eſſe ſenium prodiderunt? an videlicet quod excrementorum abundantiâ ſunt decepti? quippe tum oculi his lacrymis ſuffunduntur: tum nares grauedine replentur: tum in ore eorum ſaliuæ copia exuperat: ad hæc tum tuſſiunt tum excreant pituitam, ſcilicet pulmones quoque hac eſſe refertos indicantes: venter quoque illis pituita eſt plenus: tum ſinguli articuli quodammodo

mucosi. Cæterùm nihil horum obstat quo minùs senum corpora sicca censeantur: vt quorum neruos & arterias, & venas, & membranas, & tunicas instrumentorum omnium, multo quàm priùs erāt, sicciores inuenias, circunfundi autem illis extrinsecus intrinsecúsque, aut pituitosum quendam humorem aut mucosum. Verùm tantum abest vt eiusmodi signa vniuersa senilem ætatem humidam confirment, vt etiam siccam esse propè testentur: idcirco namque particula quæuis siccior quàm ante euadit, quòd per caloris imbecillitatem similiter non nutritur, foris siquidem illi copia humidi excrementi superfluitat, corpus autem cuiusque intrinsecus siccum est, vt quod nec trahere intrò nutrimentum valeat, nec eo sufficienter frui. Est ergo humidus senex, non propriis suis particulis, sed excrementis: rursum siccus non excrementis, sed particulis ipsis: ita nimirum alio genere siccus, alio humidus. Verum non est ad præsens de excrementis eius, sed de propriis partibus disceptatio, quarum secundum naturam actiones vitam eius complent. His igitur siccus senex est, quibus scilicet puer erat humidus, ipsis nimirum solidis corporis particulis, ossibus, membranis, ligamentis, arteriis, venis, neruis, tunicis, carnibúsque. Meritóque Aristoteles senium marcenti stirpi assimilat. Quippe stirpes, nouellæ dum sunt, molles humidæque cernuntur: senescentes, assiduè magis siccescere videntur: ad postremum prorsus exarcescunt, idque ipsis mors est. Ac quòd siccissima ætatum senilis sit, ex iam dictis liquet: quòd autem & frigidissima sit, id vel magis est euidens ita vt de eo nemo dubitauerit. Nam & tangenti senes frigidi apparent, & facile in frigidum statum mutantur: & nigri, & liuidi fiunt: & frigidis morbis facile capiuntur, apoplexia, neruorum resolutione, stupore, tremore, conuulsione, distillatione, raucedine. Porrò periit eorum omnis propemodum sanguis: eóque vnà periit & coloris rubor. Iam verò concoctio iis & digestio, & sanguificatio, & appositio, & nutritio, & appetentia, & sensus, & motus, oblæsa omnia sunt, vitioséque affecta. Et quid, quæso, aliud est senium, quàm via ad interitum? Itaque si mors naturalis caloris est extinctio, vtique senium veluti tabes quædam eius fuerit. Verùm non perinde de puerorum & florentium ætate, inter medicos conuenit. Sed nec dirimere inter eos litem est promptum: probabiles enim sunt vtrorúmque rationes, tum eorum qui pueros calidiores esse quàm florentes ætate censent: tum eorum qui contrà florentes calidiores pueris esse contendunt. Alteri namque ex eo quod sanguinis humor omnium quæ in animalis corpore secundum naturam continentur, calidissimum sit: tum quòd fœtus in vtero propemodum sanguis tantùm sit, post autem fingendis vtique iam particulis aliud os efficitur, aliud arteria, aliud vena, aliud diuersum ab his aliquid, omnia tamen rubra: tum quòd plurimum sanguinem sincerissimum calidissimúmque obtineant: colligunt calidissimum esse, gestatum in vtero fœtum: quod si est, etiam pueros quantò gestatis in vtero propiores sunt, tantò esse florentibus ætate calidiores. Alteri verò quod etiam plurimus sit in florentibus sanguis ac copiosior quam in pueris, ita vt eius occasione crebrò his sanguis profluat: quinetiam quod flauæ bilis succus qui sanguine multò est calidior, plurimus his sit, propterea calidiores esse florentes quàm pueros confirmant.

A ὑπόμυξον. ἀλλ' οὐδὲν τούτων ἐναντιοῦται τῷ ξηρὰ τὰ τῶν γερόντων εἶναι σώματα· τὰ μὲν γὰρ νεῦρα, καὶ τὰς ἀρτηρίας, καὶ τὰς φλέβας, καὶ τοὺς ὑμένας, καὶ τοὺς χιτῶνας ἁπάντων τῶν ὀργάνων, ξηρότερα μὲν εὑρήσεις τῶν πρόσθεν πολύ, περιπεπλασμένον δ' αὖθις ἔνδοθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἤτοι φλεγματώδη τινὰ χυμόν, ἢ ὑγρότητα μυξώδη. ἀλλὰ τοσούτου δεῖ τὰ τοιαῦτα συμπτώματα γνωρίσματα, τὸ γῆρας ὑγρὸν ἀποφαίνειν, ὥστε καὶ μαρτυρεῖν μοι δοκεῖ τῇ ξηρότητι. δι' αὐτὸ γάρ τοι τοῦθ' ἕκαστον τῶν μορίων ξηρότερον γίνεται, ὅτι μηκέθ' ὁμοίως τρέφεται νῦν ὑπ' ἀρρωστίας τοῦ θερμοῦ. πλῆθος μὲν γὰρ ἔξωθεν αὐτοῦ περιττωμάτων ὑγρῶν ἐπικλύζει, τὸ βάθος δ' B αὐτὸ τοῦ σώματος ἑκάστου, ξηρόν ἐστι, μήθ' ἕλκειν εἴσω τὴν τροφὴν δυνάμενον, μήτ' ἀπολαύειν ἱκανῶς. ὑγρὸς οὖν ὁ γέρων ἐστὶν, οὐ τοῖς οἰκείοις μορίοις, ἀλλὰ τοῖς περιττώμασι, καὶ ξηρὸς, οὐ τοῖς περιττώμασιν, ἀλλὰ τοῖς μορίοις αὐτοῖς, ὥστ' ἄλλῳ μὲν ξηρὸς, ἄλλῳ δ' ὑγρός. ἀλλ' οὐ περὶ τῶν περιττωμάτων αὐτῶν νῦν ὁ λόγος, ἀλλὰ τῶν οἰκείων μορίων ἐστὶν, ὧν αἱ κατὰ φύσιν ἐνέργειαι συμπληροῦσι τὴν ζωήν. τούτοις οὖν ξηρὸς ἐστὶν ὁ γέρων, οἷς ὁ παῖς ἦν ὑγρὸς, αὐτοῖς τοῖς στερεοῖς μέρεσι τοῦ σώματος, ὀστοῖς καὶ ὑμέσι, καὶ συνδέσμοις, C καὶ ἀρτηρίαις, καὶ φλεψὶ, καὶ νεύροις, καὶ χιτῶσι, καὶ σαρξί. καὶ δικαίως Ἀριστοτέλης εἰκάζει τὸ γῆρας αὐαινομένῳ φυτῷ. καὶ γὰρ οὖν καὶ τὰ φυτὰ, νέα μὲν ὄντα, μαλακά τ' ἐστὶ καὶ ὑγρά. γηρῶντα δὲ, ἀεὶ καὶ μᾶλλον φαίνεται ξηραινόμενα, τελευτῶντα δὲ, τελέως ἀποξηραίνεται, καὶ τοῦτ' ἔστιν αὐτοῖς ὁ θάνατος. ὅτι μὲν οὖν ξηρότατον ὡς ἐν ἡλικίαις τὸ γῆρας, ἐκ τῶν εἰρημένων εὔδηλον. ὅτι δὲ καὶ ψυχρότατόν ἐστιν, ἔτ' ἐναργέστερον, ὡς οὐδ' ἀμφισβητήσειεν οὐδεὶς περί γε τούτου. καὶ γὰρ ἁπτομένοις, οἱ γέροντες ψυχροὶ φαίνονται, καὶ ῥᾳδίως ἀποψύχονται, καὶ μεD λαίνονται, καὶ πελιδνοῦνται, καὶ τοῖς ψυχροῖς ἑτοίμως ἁλίσκονται νοσήμασιν, ἀποπληξίαις, παραλύσεσι, νάρκαις, τρόμοις, σπασμοῖς, κορύζαις, βράγχοις. ἀπόλωλε δ' αὐτῶν ὀλίγου δεῖν ἅπαν τὸ αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο συναπόλωλε καὶ ἡ τῆς χροιᾶς ἐρυθρότης. ἀλλὰ καὶ πέψις αὐτοῖς, καὶ ἀνάδοσις, ἐξαιμάτωσίς τε, καὶ πρόσθεσις, καὶ θρέψις, ὄρεξίς τε, καὶ αἴσθησις, καὶ κίνησις, ἀμυδρὰ πάντα, καὶ κακῶς διακείμενα. καὶ τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὁδὸς ἐπὶ θάνατόν ἐστι τὸ γῆρας; ὥστ' εἴπερ ὁ θάνατος σβέσις ἐστὶ τῆς ἐμφύτου θερμασίας, εἴη ἂν καὶ τὸ E γῆρας, οἷον μαρασμός τις αὐτῆς. οὐ μὴν περί γε τῆς τῶν παίδων ἡλικίας, καὶ τῶν ἀκμαζόντων, οὔθ' ὁμολογεῖται τοῖς ἰατροῖς, οὔτε κρῖναι, τὴν διαφωνίαν αὐτῶν εὐπετές. πιθανοὶ γὰρ ἑκατέρων οἱ λόγοι, τῶν τε τοὺς παῖδας ἀποφηναμένων θερμοτέρους εἶναι τῶν ἀκμαζόντων, καὶ τῶν ἔμπαλιν τούτοις, τοὺς ἀκμάζοντας τῶν παίδων. οἱ μὲν γὰρ, ὅτι θερμότατον ἁπάντων ἐστὶ τῶν ἐν τῷ ζώῳ κατὰ φύσιν ὑπαρχόντων, ὁ τοῦ αἵματος χυμός. εἶθ' ὅτι καὶ τὸ κυούμενον, τὸ μὲν πρῶτον, ὀλίγου δεῖν αἷμα μόνον ἐστὶν, ὕστερον δὲ, διαπλαττομένων ἤδη τῶν μορίων, τὸ μὲν, ὀστοῦν γὰρ, τὸ δὲ, ἀρτηρία, τὸ δὲ, F φλέψ, τὸ δ' ἄλλο τι, πάντα μὲν ἐρυθρὰ, καὶ πλεῖστον, αἵματος εἰλικρινεστάτου τε καὶ θερμοτάτου μετέχοντα, συλλογίζονται θερμότατον εἶναι τὸ κυούμενον. εἰ δὲ τοῦτο, καὶ τοὺς παῖδας, ὅσῳπερ ἐγγυτέρω τοῖς κυουμένοις, θερμοτέρους εἶναι τῶν ἀκμαζόντων. οἱ δ' ὅτι πολὺ μὲν κἀν τοῖς ἀκμάζουσι τὸ αἷμα, καὶ πλέον ἢ ἐν τοῖς παισὶν, ὥστε συνεχῶς διὰ τοῦθ' αἱμορραγεῖν,

ἀλλὰ καὶ ὁ τῆς ξανθῆς χολῆς χυμὸς, αἵματος πολὺ θερμότερος ὑπάρχων, πλεῖστος αὐτοῖς ἐστι, καὶ διὰ τοῦτο, θερμοτέρους ἀποφαίνουσι τῶν παίδων τοὺς ἀκμάζοντας. αὖθις δ' ἀπὸ τῶν ἐνεργειῶν, οἱ μὲν, ὅτι καὶ αὐξάνονται, καὶ πλειόνων ἢ κατὰ τὴν ἀναλογίαν τοῦ σώματος, ὀρέγονταί τε, καὶ κρατοῦσιν ἐδεσμάτων, ἰσχυρὰν ἐν τοῖς παισὶν εἶναί φασι τὴν θερμασίαν. οἱ δὲ, τὸ μὲν αὐξάνεσθαι, διὰ τὴν ὑγρότητα μᾶλλον, ἢ τὴν τοῦ θερμοῦ ῥώμην ὑπάρχειν αὐτοῖς φασι. ταῖς μέν τοι πέψεσιν, οὐχ ὅπως πλεονεκτεῖν, ἀλλὰ καὶ πολὺ τῶν ἀκμαζόντων ἀπολείπεσθαι. ἐμέτους τε γὰρ ἀπέπτων αὐτοῖς γίνεσθαι τῶν σιτίων, καὶ διαχωρήσεις ὑγρῶν, καὶ τραχέων, καὶ ἀχυμώτων αὐτῶν. εἰ δὲ ὀρέγονται πλειόνων, οὐδὲν εἶναι τοῦτό φασι, πρὸς τὴν ῥώμην τοῦ θερμοῦ. πρῶτον μὲν γὰρ, οὐδὲ πλεονεξίᾳ θερμότητος ὀρέγεσθαι τὰ ζῶα, τοὐναντίον δὲ ἅπαν, ἀποψυχομένων τῶν ὀρεκτικῶν μορίων. ἔπειτα δὲ, διότι μὴ μόνον εἰς θρέψιν, ἀλλὰ καὶ εἰς αὔξησιν αὐτοῖς ἡ τροφὴ διοικεῖται, διὰ τοῦτο, πλειόνων ἐδεσμάτων, προσδεῖσθαι. καὶ μέν τοι ταῖς ἄλλαις ἐνεργείαις ἁπάσαις, καὶ πάνυ σαφῶς ἀπολείπεσθαι τοὺς παῖδας τῶν ἀκμαζόντων. οὔτε γὰρ βαδίζειν, οὔτε θεῖν, οὔτε βαστάζειν, οὐθ' ὅλως τι τῶν πρακτικῶν ἐνεργειῶν ὁμοίως ἐπιτελεῖν, ἀλλὰ καὶ τὰς αἰσθήσεις, καὶ τὰς νοήσεις ἐν τοῖς ἀκμάζουσί φασιν εἰς ἄκρον ἥκειν ἀρετῆς. ὅλως δὲ, τὸ μὲν ἀτελὲς ἔτι, τὸ δὲ ἤδη τέλειον εἶναι ζῶον. ἐν δὲ τοῖς τελείοις, εὔλογον τὸ πρακτικώτατόν τε, καὶ ἀρχικώτατον τῶν στοιχείων φασὶν ἐπικρατεῖν. ἀλλὰ καὶ τοὺς ὕπνους, πλείστους μὲν ἐν τοῖς παισὶν ἰδεῖν ἐστι γιγνομένους, ἐλαχίστους δὲ τοῖς ἀκμάζουσι. καί τοι τούτους γε, φασὶν, οὐδὲ μανεὶς ἄν τις ἑτέρως ἡγήσαιτο γίγνεσθαι, ἢ τοῦ θερμοῦ νικηθέντος πως, καὶ βαρυνθέντος ὑπὸ πλήθους ὑγρότητος, ὡς ἔκ τε τῶν οἰνωθέντων ἐστὶν ἰδεῖν, ἔτι τε τῶν πλείω λουσαμένων. οὕτω δὲ καὶ μήκων ὑπνοποιός ἐστι, καὶ μανδραγόρας, καὶ θριδακίνη, καὶ πάνθ' ὅσα τὴν κρᾶσιν ὑγρότερα καὶ ψυχρότερα. τοιαῦται μέν τινες αἱ ἑκατέρωθεν ἀμφισβητήσεις εἰσὶ, περὶ τῶν προκειμένων ἡλικιῶν τῆς κράσεως. ἁπάσας γὰρ αὐτὰς ἐπεξέρχεσθαι, περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ, τοῦ τύπου τῶν ἐπιχειρημάτων, σαφῶς ἤδη καθ' ὧν εἰρήκαμεν ἐγνωσμένου. πόῤῥωθεν γὰρ ἑκάτεροι, καὶ σχεδὸν ἀπὸ τῶν δευτέρων, τὰ πρότερα συλλογίζονται, καὶ ὥσπερ εἰδότων ἤδη τῶν ἀκροατῶν, ὅπως μὲν αὔξησις, ὅπως δὲ πέψις, ὅπως δὲ θρέψις γίγνεται, ποιοῦνται τὸν λόγον. ὡσαύτως δὲ ὑπὲρ αἰσθήσεως, καὶ κινήσεως, καὶ πρακτικῶν, καὶ φυσικῶν ἐνεργειῶν διέρχονται, καὶ γενέσεως ὕπνου μνημονεύουσι, καὶ σιτίων φύσεως, ὧν οὐδὲν ἁπλῶς ἐστι, καὶ ῥᾳδίως γνώριμον, ἀλλὰ παμπόλλης μὲν ζητήσεως δεόμενον, ἴσως δὲ οὐδ' εὑρεθῆναι δυνάμενον, εἰ μὴ πρότερόν τις εἰδείη γνωρίζειν ὑγρὰν, καὶ ξηρὰν, καὶ θερμὴν, καὶ ψυχρὰν κρᾶσιν. ὅ, τι γὰρ ἂν ἐκείνων, ὡς γιγνώσκοντες ἤδη λέγωσιν, ἀναγκάσῃ τις αὐτοὺς ἀποδεικνύναι, πάντως δεήσονται τοῦ περὶ κράσεων λόγου, τοῦ νῦν ἡμῖν ἐνεστῶτος. ὥστε δι' ἀλλήλων τε, καὶ ἐξ ἀλλήλων αὐτοῖς γίνεσθαι τὰς ἀποδείξεις, ἐκ μὲν τῶν νῦν ζητουμένων, ὡς ἤδη γινωσκομένων, ἐπειδὰν ὑπὲρ τῶν ἐνεργειῶν διαλέγωνται, καὶ τὴν τῶν ἐδεσμάτων τε, καὶ φαρμάκων ἐξευρίσκωσι δύναμιν, ὕπνου τε, καὶ τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ἐπισκέπτωνται. πάλιν δὲ αὖ τὰ νῦν ἐνεστῶτα, δι' ἐκείνων, ὡς ἤδη προεγνωσμένων, ἀποδεικνύουσιν. ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαινῶ τὰς τοιαύτας ἀποδείξεις. ἀλλ' εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, οὐδ' ἀποδείξεις εἶναι νομίζω,

Rursus illi ab ipsis functionibus, quod tum augeantur, tum plura quàm pro corporis sui portione alimenta tum appetant, tum conficiant, validum esse in pueris calorem asserunt. Hi contrà humiditatis occasione potiùs quam caloris vi augeri illos contendunt, at concoctione non modò florentes non vincere, sed etiam longè ab iis pueros vinci: nam & vomitiones iis ex incoctis cibis accidere, & deiectiones, cùm ipsi cibi adhuc humidi sunt asperíque, nec adhuc in succum mutati: Quòd si appetũt plura, nihil id facere ad caloris robur: primùm enim id non accidere caloris copia vt animal appetat plura, immo contra, refrigeratis scilicet his partibus quibus appetentia debetur: deinde quoniam non tantum ad nutritionem, sed etiam incrementum, alimenta dispensantur, idcirco etiam pluribus nutrimentis iis esse opus: Iam verò reliquis functionibus vniuersis, etiam non obscurè inferiores esse pueros iis qui florenti sunt ætate, vt qui nec ingredi, nec currere, nec portare, nec quicquam in summa functionum actiuarum similiter obire queant: cum florentibus tum sensum omnem, tum intellectum, ad summam perfectionem bonitatémque peruenisse dicant. In summa, puerum adhuc imperfectum esse, florentem, animal perfectum: in perfectis rationabile esse, maxime actiuum maximéque princeps elementum præpollere: quin somno quoque plurimo deditos pueros videre licet, contrà minimo florentes esse contentos, quanquam hunc quoque aliter accidere, ne vel insanum quidem hominem censere aiunt, quàm calido victo quodammodo grauatóque humoris copia, veluti tum ex temulentis intelligere licet, tum ex iis qui balneo liberalius sint vsi: ita verò & papauer somnificum esse, & mandragoram, & lactucam, & omnia quæ humidiore frigidioréque temperie sunt. At tales quidem de propositarum ætatum temperie rationes vtrinque afferuntur: omnes enim recensere superuacuum videtur, cum formula ipsa epicheirematum, vel ex iis quæ retulimus, satis clarè perspici possit. Eminus enim vtrique ferméque à secundis priora colligunt: ac tanquam iam sciat auditor quemadmodum auctio, quemadmodum concoctio, & quemadmodum nutritio fiat, verba faciunt. Simili modo de sensu, de intellectu, de functionibus tum naturalibus, tum actiuis disputant. de somni quoque generatione & ciborum natura mentionem faciunt: quorum nullum simplex promptúmque cognitu est, sed & multam disquisitionem requirit, nec potest fortasse vlli compertum esse, nisi qui priùs humidam, siccam, calidam frigidámque temperiem sciat agnoscere. Quicquid enim eorum veluti scientes dicunt, id si demonstrare eos cogas, prorsus disputationem de temperamentis, hanc scilicet, cui nunc insistimus desiderabunt. Quare per mutua, & ex mutuis fiunt iis demonstrationes: ex iis quidem quæ nunc quærimus: ceu iam sint cognita, cum de actionibus disputant, & ciborum ac medicamentorum facultates inuestigant, ac de somno & aliis id genus disserunt: rursus autem quæ nunc sunt proposita, per illa veluti priùs iam nota, demonstrant. Ego verò eiusmodi demonstrationes non probo: quin si fateri verum oportet, nec demonstrationes eas censeo.

veluti diffusiùs in aliis ostendi, satiúsque esse in omni docendi genere existimo ordinem conceptionum definire. Si igitur principium omnis quæ de temperamentis suscipitur disputationis tractatio de elementis est, sintne ea impatibilia prorsúsque mutationis expertia, an alterari mutaríque potentia: ab illorum verò cognitione secunda deinceps est proposita nunc disputatio. non vtique sumenda est istorum fides ex iis quæ nondum sciuntur, sed sicuti tum rectum est, tum verò iustum, quod sumendum ad demonstrationem est, vel euidens aliquid sit oportet, vel quod priùs fuit demonstratum. Non est igitur neque de somni generatione mentio facienda, neque de concoctione, neque auctione, neque de alio id genus vllo, sed ab ipsa sola nudáque subiectarum rerum substantia disquisitio ineunda, sicuti in primo libro fecimus. Quippe statuentes aliud esse quod energia. i. actu sit: aliud, quod potestate: de eo quod actu iam calidum, frigidum, humidum siccúmve sit, priùs disserendum esse diximus: subinde ad ea quæ potestate sint veniendum. Porrò eorum quæ actu calida, frigida, humida siccáve sunt, obuia promptáque omnibus cognitio est, vtpote quæ tactu discerni queant, qui scilicet & ignem ipsum calidum esse docuit, & glaciem frigidam. Quòd si alia quapiam ratione notionem, agnitionémque calidi frigidíve habent, dicant hanc nobis: inauditam enim sapientiam promittunt, immo si verum fateri licet, stuporem potiùs, si rerum sensilium alium quempiam habere se iudicem meliorem putant, quàm ipse sit sensus. Atqui si eorum quæ actu calida sunt, alius esse iudex quàm tactus nullus potest, tangant iam deinceps multos viros, tum senes, tum adolescentes, tum pueros, tum infantes: ita enim inuenient qui magis minúsve calidi sint. Sin de rebus sensilibus rationales demonstrationes quærunt, iam de niue ipsa inquirendum est, censendáne sit, sicut omnibus hominibus apparet, candida: an sicut Anaxagoras asseuerauit, non candida. Iam verò de pice simili modo coruóque ac reliquis omnibus æstimandum: neque enim si non habenda est oculis fides de albo quod vident, de nigro sine demonstratione fides est habenda. Omnia igitur quæ sensui apparent, si iam fide carere dicunt, nec cygnum album esse dicant, nisi priùs id viderint ratione, immo nec calcem, nec diem, nec ipsum Solem: ad eundem modum & de uoce auribus fidem abrogent, & de odore naribus, & de omni tactili ipsi tactus sensui. Et nónne hæc sunt Pyrrhonis hæsitatio & nugæ immensæ? Sanè æquum fuerat eos qui optimam sectam in philosophia elegissent, quæ scilicet calidum, frigidum, humidum & siccum principia & elementa statuit, non in tantùm desciuisse à viris qui hæc posuerunt, vt quòd omnis demonstrationis principia sint, quæ sensui quæque intellectui sunt manifesta, non cognoscerent. Et profectò quisquis de his addubitat, frustra de aliis inquirit, vtpotè ne quidem vnde sit incepturus, quicquam sibi relinquens. Vnde igitur in tam longum errorem diuerterint, ac sensilium rerum cognitionem ratione consequi tentarint, ego sanè ne cogitare quidem possum. Et ideò quod actu calidum est, tactu iudico: si quid autem adhuc calidum non est, sed vt tale fiat, est idoneum (quod vtique potestate calidum appellamus) id ratione

A καθάπερ ἐπὶ πλέον δι' ἑτέρων ἐδήλωσα. καὶ βέλτιον εἶναί φημι, κατὰ πᾶσαν διδασκαλίαν ὁρίσασθαι τὴν τάξιν νοημάτων. εἴπερ οὖν ἀρχὴ μέν ἐστι ἁπάσης τῆς περὶ κράσεων πραγματείας, ἡ περὶ τῶν στοιχείων ἐπίσκεψις, εἴτε ἀπαθῆ καὶ ἀμετάβλητα τελέως ἐστὶν, εἴτ' ἀλλοιοῦσθαί τε, καὶ μεταβάλλεσθαι δυνάμενα. μετὰ δὲ τὴν ἐκείνων ἐπιστήμην, ἐφεξῆς ἐστι δεύτερος ὁ νῦν ἡμῖν ἐνεστηκὼς λόγος. οὐ χρὴ λαμβάνειν αὐτῶν τὰς πίστεις ἐκ τῶν μήπω γινωσκομένων, ἀλλ' ὥσπερ ὀρθόν τέ ἐστι, καὶ δίκαιον, ἤτι τῶν ἐναργῶν εἶναι προσήκει, τὸ ληφθησόμενον εἰς τὴν ἀπόδειξιν, ἤτι τῶν προαποδεδειγμένων. B οὔτε οὖν ὕπνου γενέσεως μνημονευτέον, οὔτε πέψεως, οὔτ' αὐξήσεως, οὐδ' ἄλλου τῶν τοιούτων μηδενός, ἀλλ' ἀπὸ μόνης καὶ ψιλῆς τῆς οὐσίας τῶν ὑποκειμένων πραγμάτων, ἡ ζήτησις γιγνέσθω, καθάπερ καὶ διὰ τοῦ προτέρου λόγου πεποιήμεθα. διελόμενοι γὰρ, ὡς ἕτερον μέν ἐστι τὸ κατ' ἐνέργειαν, ἕτερον δὲ, τὸ κατὰ δύναμιν, ὑπὲρ τοῦ κατ' ἐνέργειαν ὄντος ἤδη θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ, τὸν λόγον ἔφαμεν χρῆναι ποιήσασθαι πρότερον· ἔπειτα οὕτως ἐπὶ τὰ κατὰ δύναμιν ἀφικέσθαι. πρόχειρος δ' ἐστὶ πᾶσι, καὶ γνώριμος ἡ τῶν κατ' ἐνέργειαν ἤδη θερμῶν, καὶ ψυχρῶν, C ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν διάγνωσις. ἁφὴ γὰρ τά γε τοιαῦτα διακρίνειν πέφυκεν, ἡ καὶ τὸ πῦρ αὐτὸ θερμὸν εἶναι διδάξασα, καὶ τὸν κρύσταλλον ψυχρόν. εἰ δ' ἄλλοθέν ποθεν ἔχουσιν, ἔννοιαί τε, καὶ διάγνωσιν θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, λεγέτωσαν ἡμῖν. ἀμήχανον γάρ τινα σοφίαν ἐπαγγέλλονται. μᾶλλον δὲ, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐμπληξίαν, εἰ πραγμάτων αἰσθητῶν, ἕτερόν τι πρεσβύτερον αἰσθήσεως ἔχουσι κριτήριον. καὶ μὴν, εἰ μηδὲν ἄλλο τῶν ἐνεργείᾳ θερμῶν ἐγχωρεῖ κριτήριον ὑπάρχειν, ἁπτέσθωσαν ἤδη πολλῶν ἐφεξῆς ἀνδρῶν, καὶ γερόντων, καὶ μειρακίων, καὶ παίδων, καὶ βρεφῶν. οὕτω γὰρ ἐξευρήσουσι D τούς μᾶλλόν τε, καὶ ἧττον θερμούς. εἰ δ' αἰσθητῶν πραγμάτων λογικὰς ἀποδείξεις ζητοῦσιν, ὥρα τι καὶ περὶ τῆς χιόνος αὐτῆς ἤδη σκοπεῖν, εἴτε λευκὴν, ὡς ἅπασιν ἀνθρώποις φαίνεται νομιστέον αὐτὴν, εἴτε καὶ μὴ λευκὴν, ὡς Ἀναξαγόρας ἀπεφήνατο. καὶ μέντοι καὶ περὶ πίττης ὡσαύτως ἂν σκοπεῖν τε καὶ κόρακος, ἁπάντων τε τῶν ἄλλων. οὐ γὰρ δὴ τὸ μὲν λευκὸν ἀπιστεῖσθαι χρὴ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁρῶντας, ἄνευ δ' ἀποδείξεως ἐπὶ τῶν μελάνων πιστεύεσθαι. ἅπαντα οὖν ἤδη τὰ τῶν αἰσθήσεων, ἄπιστα φάμενοι, μήτε τὸν κύκνον λευκὸν εἶναι λεγόντων, ἐὰν μὴ πρότερον ἐπισκέψωνται λόγῳ, μήτε τὸν E τίτανον, ἢ τὴν ἡμέραν, ἢ αὐτὸν τὸν ἥλιον. οὕτω δὲ καὶ περὶ τῶν φωνῶν ἀπιστησάτωσαν ἀκοῇ, καὶ περὶ τῶν ὀσμῶν ταῖς ῥισὶ, καὶ περὶ πάντων τῶν ἁπτῶν ἁφῇ· εἶτα ταῦτα οὐ Πυρρώνειος ἀπορία, καὶ λῆρος ἀπέραντος; οὐ μὴν καὶ δίκαιόν γε ἦν τοὺς τὴν ἀρίστην αἵρεσιν ἑλομένους τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ, τὴν τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ψυχρὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, ἀρχὰς στοιχεῖα τιθεμένην, εἰς τοσοῦτο ἀποπλανηθῆναι ἀπὸ τῶν ταῦτα θεμένων ἀνδρῶν, ὡς μὴ γινώσκειν, ὅτι τε πάσης ἀποδείξεως ἀρχαὶ, τὰ πρὸς αἴσθησίν τε καὶ νόησίν ἐστιν ἐναργῆ, καὶ ὅστις περὶ τούτων ἀπορεῖ, μάτην ὑπὲρ τῶν ἄλλων ζητεῖ. μηδ' F ὁπόθεν ἄρξηται, ὡς καταλελοιπὼς ἑαυτῷ. πόθεν οὖν εἰς μακρὰν οὕτως ἔξω ἐτράποντο, καὶ λόγῳ ζητεῖν ἐπεχείρησαν αἰσθητῶν πραγμάτων, διάγνωσιν, ἐγὼ μὲν οὐδ' ἐπινοῆσαι δύναμαι, καὶ διὰ τοῦτο ἁφῇ μὲν κρίνω τὸ κατ' ἐνέργειαν θερμόν. εἰ τι δ' οὔπω μέν ἐστι θερμὸν, ἐπιτήδειον δὲ γενέσθαι τοιοῦτο, ὃ δὴ καὶ δυνάμει θερμὸν ὀνομάζεται, τοῦτ' ἐξευρίσκειν

λόγῳ πειρῶμαι. τοῖς δ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνατέτραπται πάντα, καὶ ῥητορεία μακρὰ περὶ τῶν ἐπιχειρημάτων ἤσκηται. τούτους μὲν οὖν ἐάσωμεν, ἀναμνήσαντες δ' ἡμᾶς αὐτοὺς τό γε τοσοῦτο, καὶ νῦν, ὡς ἀρχὴ δογμάτων μοχθηρῶν ἐστὶ μία, τὸ μηδὲν περὶ ἀποδείξεως ἐσκέφθαι πρότερον, ἀλλ' ἅμα τὰ πράγματα ζητεῖν, καὶ ὡς εἰδότας ὅ, τί ποτέ ἐστιν ἀπόδειξις, ἐπιχειρεῖν ἀποδεικνύειν. ἐπανελθόντες οὖν αὖθις ἐπὶ τὸ προκείμενον, ἀφῇ κρίνωμεν πρώτως καὶ μάλιστα, τὸ κατὰ τὰς ἡλικίας θερμόν. ἔσται δὲ ἡμῖν ἡ κρίσις ἀρίστη, καθ' ἓν καὶ ταὐτὸ σῶμα βρέφους ἑνός. οὐ γὰρ ἀδύνατον, ὁποία τέ τις ἡ θερμασία διετεῖ τὴν ἡλικίαν ὑπάρχοντι προϋπῆρχεν αὐτῷ, μεμνῆσθαι, καὶ ὁποία νῦν ἐστι, δυοῖν, ἢ τριῶν ἐτῶν, εἰ τύχοι, μεταξὺ γενομένων. εἰ γὰρ ὅλως φαίνοιτο μεταβολή τις ἐπὶ θερμὸν, ἢ ψυχρὸν γεγενῆσθαι τῷ βρέφει, χαλεπὸν οὐδὲν ἔτι συλλογίζεσθαι τὴν ἕως τῆς ἀκμῆς ἐσομένην ὑπεροχήν. εἰ δὲ καὶ πλείω παιδία πολλοῖς ἀκμάζουσιν ἐθέλοις παραβάλλειν, ἰσχνὰ μὲν ἰσχνοῖς, εὔσαρκα δ' εὐσάρκοις, καὶ παχέα παχέσι παράβαλλε, οὕτω δὲ καὶ χρόας ὡσαύτως ἔχοντα, καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὡς οἷόν τε. τὴν γὰρ ἐν ταῖς ἡλικίαις διαφορὰν ἐξευρεῖν ζητῶν, ἐπὶ τῶν ὁμοίων ὡς ἔνι μάλιστα φύσεων, ἀσφαλέστερον ἂν ἐπισκέπτοιο. τὸ δ' ἐπὶ τῶν ἐναντίων ἐξετάζειν, οὐ σμικρὸν ἔχει τὸν παραλογισμὸν, οὐ διὰ τὴν ἡλικίαν ἐνίοτε τῆς τῶν δοκιμαζομένων σωμάτων διαφορᾶς, ἀλλὰ διὰ φυσικὴν ὑπαρχούσης κρᾶσιν. ὡσαύτως δὲ καὶ διαίτῃ πάσῃ, καὶ τοῖς καιροῖς. ἐν οἷς ἐξετάζεται, παραπλησίως ἔχοντα προαιρεῖσθαι τὰ σώματα, μὴ γεγυμνασμένον ἠρεμηκότι παραβάλλοντας, ἢ λελουμένον ἀλούτῳ, μηδ' ἄσιτον ἐδηδοκότι, καὶ διψῶντα μεμεθυσμένῳ, μηδὲ τὸν ἐν ἡλίῳ θαλφθέντα, τῷ ῥιγώσαντι διὰ κρύος, ἢ τὸν ἀγρυπνήσαντα, τῷ κεκοιμημένῳ, μηθ' ὅλως τοῖς ἐξ ἐναντίας φύσεως, ἢ διαίτης, ἢ περιστάσεως πραγμάτων ἡστινοσοῦν, ἀλλ' ὡς οἷόν τε, πάντα ὡσαύτως ὑπαρχέτω τ' ἄλλα, πλὴν τῆς ἡλικίας αὐτῆς. οὕτω δὲ δηλονότι καὶ αὐτὸν τὸν ἕνα παῖδα παραβάλλων ἑαυτῷ, τὰς ἔξωθεν ἁπάσας αὐτοῦ περιστάσεις ἀκριβῶς ὁμοίας φυλάξεις, ἵνα μὴ τὸ διά τινα τούτων ἐν θάλψει τε καὶ ψύξει διαφέρειν, εἰς τὴν τῆς ἡλικίας ἀναφέρηται μεταβολήν. μακρὰν ἴσως σοι δόξω λέγειν τὴν ἐξέτασιν ἀλλ' ἀληθῆ γε πάντως μᾶλλον, ἐξ αὐτῆς τε τῆς ζητουμένης τῆς οὐσίας λαμβανομένην, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἀποδείξεως ἐλέγομεν. σὺ δὲ ἴσως αἱρήσῃ τὴν ἐπίτομον, οὐδὲν φροντίζων εἰ ψευδὴς εἴη. ἴσθι τοίνυν, οὐ μόνον ψευδῆ βαδίσων, ἀλλὰ καὶ μακράν. οὐ γὰρ ἔτεσι τρισὶν, ἢ τέτταρσιν, ἐξευρήσεις τὸ ζητούμενον, ἀλλ' ἐν παντὶ τῷ βίῳ φυλάξεις τὴν ἄγνοιαν. ὅσον γὰρ ἐπὶ ταῖς ἀντιλογίαις τῶν ἀνδρῶν, οὐδὲν ἀποδειχθῆναι δύναται σαφῶς· οὐδ' εὔλογον ὅλως, ἐκ τῶν ὑστέρων πιστοῦσθαι τὰ πρότερα. κρινώμεθα οὖν αἰσθήσει τὸ θερμὸν καὶ ψυχρὸν σῶμα, τό γε κατ' ἐνέργειαν ἤδη τοιοῦτο, καὶ μηκέτι δυνάμει, παρέντες τήν τε κρίσιν προτέρων, τά τ' ἄλλα σύμπαντα γνωρίσματα. καὶ δὴ σὲ μὲν ὡς εὖ κρινοῦντα πρὸς τὴν πεῖραν ἀπολύω· τὴν δ' ἐμὴν αὐτὸς κρίσιν ἑρμηνεύσω. πολλῶν γὰρ ἐφεξῆς ἁπτόμενος σωμάτων ἐπιμελῶς, οὐ παίδων μόνων, ἢ βρεφῶν, ἀλλὰ καὶ μειρακίων καὶ ἀκμαζόντων, εὕρισκον οὐδετέρους ἀληθεύοντας, οὔτε τοὺς θερμότερον ἁπλῶς, οὔτε τοὺς ψυχρότερον εἰπόντας εἶναι τὸν ἀκ-

inuestigare conor. Hi verò omnia nescio quo pacto subuertunt, & in argumentis prolixè rhetoricantur. Sed hos mittamus, illius tamen nunc minimè obliti, quod vnum prauorum dogmatum principium sit, nihil de demonstratione priùs meditatum simul res ipsas inquirere: simul veluti scientem quidnam demonstratio sit, demonstrare tentare. Denuò igitur ad propositum reuersi calidum quod in ætatibus cognoscere cupimus, primum & maximè tactu iudicemus. Erit autem optimum iudicium in vno eodémque vnius infantis corpore: potest enim & qualis color illi ante biennium fuerit in memoria reponi, & qualis nunc sit post duos fortè vel tres interpositos annos. Si namque mutatio omninò vlla ad calidum frigidúmve infanti facta videbitur, nullum præterea negotium erit, qui vsque ad florentem ætatem futurus excessus sit, colligere. Quòd si plures puellos pluribus conferre florentibus ætate velis, graciles gracilibus, quadratos quadratis, & crassos crassis conferes: æquè verò & qui colore & reliquis omnibus, quoad fieri potest, similiter se habeant: quippe si differentiam in ætatibus inuenire studeas, in similibus quàm maximè licet naturis eam inquisitionem tutiùs facies. Porrò in contrariis naturis hanc disquirere non parui erroris est occasio, cùm interim non tam exploratorum corporum ætatis quàm naturalis temperamenti gratia, differentia existat. Ad eundem modum, tum victu vniuerso, tum temporum quibus exploratur statu, pari modo se habentia corpora eliges, non exercitatum requieto comparans: non balneo vsum ei qui eo non sit vsus: non ieiunum saturo: non sitientem ebrio: non eum qui sole incaluit, ei qui ex frigore riget: non eum qui vigilauit, ei qui dormiuit: nec denique eos quibus contraria est vel natura, vel victus ratio, vel quælibet rerum circunstantia: sed reliqua omnia sint quàm fieri licet paria, vna ætate excepta. Pari modo, si vnum eundémque puellum cum seipso conferas, omnes eius externas circunstantias similes ad vnguem seruabis: quò scilicet si qua harum alicuius causa in calore & frigore differentia contingat, ætatis mutationi non imputetur. Longam tibi experiendi rationem fortasse tradere videor, sed planè verissimam atque ex ipsa rei quæsitæ essentia desumptam: sicut in iis quæ de demonstratione scripsimus à nobis est proditum: tu verò fortasse compendiariam voles, minimè curans si falsa sit. Scito ergo non solùm falsam te, sed etiam longam ingressurum viam, neque tribus quatuórve annis quod requiris inuenturum, sed tota vita in ignorantia versaturum: quantùm enim accipi ex memoratorum virorum controuersia licet, non est quòd putemus clarè aliquid demonstrari posse: sed nec rationabile omninò est ex iis quæ posteriora sint, ea probari quæ sunt priora. Ergo calidum frigidúmque corpus quod saltem actu nec adhuc potestate tale sit, sensu iudicemus, misso nunc tum priorum iudicio, tum reliquis omnibus notis: & te iam ceu rectè iudicaturum ad ipsam experientiam remitto: meum autem iudicium ipse interpretabor. Complura enim deinceps corpora non puerorum modò, vel infantium, verùm etiam adolescentium & æstate florentium curiosè tangẽs, neutros vera loquutos inueni, nec eos qui absolutè calidiorem: nec eos qui frigidiorem esse florentem ætatem quàm pue-

rilem dixerunt. Si enim reliquis omnibus quæ extrinsecus adueniunt, alterationibus circumcisis, eas quæ ex sola ætate proueniunt differentias æstimaueris, neuter absolutè loquenti videbitur tibi calidior: quippe dissident eorum calores qualitate quæ ex imparitate difflatus creatur: cuius rei occasione nonnulli vel eos qui secum versantur, vel seipsos fallentes, alij puerorum, alij iuuenum valentiorem esse calorem autumant. Est enim puerorum calor magis halituosus & copiosus & tangenti blandior: florentium calor subacre quiddam habet ac non suaue. Hæc igitur tangenti occursus differentia, pluribus persuadet, vt florentium corpus calidius esse pronuncient: res verò aliter se habet. Quippe qui in varia materia tactum suum ad calorem tum valentiorem, tum imbecilliorem, tum parem discernendum exercuerit, huic non dubito puerorum calorem florentium calori vel parem, vel ampliorem visum iri. Est porrò exercendi ratio hæc: incipiendum enim ab eo quod euidens maximè est. Balnearum aër ita est aliquando calens vt nemo eum ferat, sed vri in eo videatur: aliquando ita est frigidus, vt sudare in eo non sit: iam tertium quoque quendam esse, & ab his diuersum, quem vtique maximè requirimus, temperatum aëris statum quid refert dicere? Iidem tres caloris status in solij quoque apparent aqua: quippe quæ & calida adeò vt vrat: & frigida adeò vt nec calfaciat quidem: & temperata adeò vt calfaciat modicè sæpe offenditur. ergo si te vter sit calidior, perconter, aquáne temperata, an aër temperatus, neutrum dicere possis: cùm enim ambo similiter corpori blanda sint, & mediocri temperie, alterum eorum dicere calidius esse, alterum frigidius, nulla dici ratione videtur. Iam si intelligas aquam labri ea esse caliditate vt ferueat, aut aërem balnei prorsus inflammatum, ab vtroque te pari modo deurendum constat. Rursus, si aquam ita intelliges frigidam vt procul à glaciando non absit: aut aërem prorsus refrigeratum, vt fit cum ningit: patet quod vtriusuis occursu pari modo refrigeraberis rigebisq;. Ergo summum tum calorem, tum frigus similiter in aqua, similitérque in aëre finge: præterea medium amborum extremorum statum simili modo in vtroque constitue: hoc casu quòd in medio interuallo extremorum & medij status tum in aqua est, tum in aëre, easdem in excessus distantiæque rationes habebit: tantóque dices alterum mediocri esse calidius, quantò alterum: ad eundem modum frigidius quàm mediocre, tantò esse aquam aliquando dices, quantò & aërem, tametsi suus vtriusque occursus tangenti idem non sit vtrique: neque enim simili modo aqua temperata sicut aër temperatus tactum afficit. Et quid opus est in tam dissimilibus exemplum proponam? cùm ipse aër qui simili sit calore, variè tangenti occurrat, prout alias veluti caliginosus & halituosus, alias veluti fumosus & fuliginosus, interdum purus omninò est. Igitur in pluribus iisdémque differentibus æqualitas caloris consistit: quæ inconsideratis quasi inæqualis sit imponit, propterea scilicet quòd non vndequaque similis apparet. Cæterùm homo qui rationes quas proposui expenderit, & sensum in multa particularium experientia exercuerit, is nimirum æqualitatem caloris in pueris florentibúsque inueniet:

μάζοντα τοῦ παιδός. εἰ γὰρ τὰς ἄλλας ἁπάσας τὰς ἔξωθεν ἀφελὼν ἀλλοιώσεις, τὰς ἐκ τῆς ἡλικίας μόνης ἐπισκέπτοιο διαφοράς, οὐδέτερός σοι φαίνεται θερμότερος ἁπλῶς. ποιότητι γάρ τοι διαφέρουσιν αὐτῶν αἱ θερμότητες, ἐπ᾽ ἀνίσῳ τῇ διαπνοῇ, δι᾽ ἣν καὶ σοφιζόμενοί τινες, ἢ τοὺς πέλας, ἢ σφᾶς αὐτούς, οἱ μὲν τὴν τοῦ παιδός, οἱ δὲ τὴν τοῦ νεανίσκου θερμασίαν ἰσχυροτέραν εἶναι νομίζουσιν. ἔστι γὰρ ἡ μὲν τῶν παίδων, ἀτμωδεστέρα τε, καὶ πολλή, καὶ ἡδείων τοῖς ἁπτομένοις, ἡ δὲ τῶν ἀκμαζόντων, ὑπόδριμύ τε, καὶ οὐχ ἡδὺ κέκτηται. τοῦτ᾽ οὖν τὸ διάφορον τῆς προσβολῆς, ἀναπείθει τοὺς πλείους ἀποφαίνεσθαι θερμότερον εἶναι τῶν ἀκμαζόντων τὸ σῶμα. τὸ δ᾽ οὐχ οὕτως ἔχει. τῷ γὰρ ἀσκήσαντι τὴν ἁφὴν ἐν διαφόροις ὕλαις διαγνωστικὴν εἶναι θερμότητος ἰσχυροτέρας τε, καὶ ἀσθενεστέρας, καὶ ἴσης, εὖ οἶδ᾽ ὅτι καὶ ἡ τῶν παίδων, αὐτῷ, ἤτοι γ᾽ ἴση φανεῖται τῇ τῶν ἀκμαζόντων, ἢ πλείων. ἡ δ᾽ ἄσκησις ἥδε. χρὴ γὰρ ἀπὸ τῶν ἐναργεστάτων ἄρξασθαι· τῶν βαλανείων ἐνίοτε θερμὸς οὕτως ἐστὶν ὁ ἀήρ, ὡς μηδένα φέρειν αὐτόν, ἀλλὰ καίεσθαι δοκεῖν, ἐνίοτε δ᾽ οὕτω ψυχρός, ὡς ἱδροῦν μὴ δύνασθαι. καὶ μὴν καὶ ὅτι τρίτη τις ἄλλη παρὰ τάσδε κατάστασίς ἐστιν ἧς μάλιστα χρῄζομεν, ἡ εὔκρατος, οὐδὲν δέομαι λέγειν. αἱ δ᾽ αὐταὶ τρεῖς καταστάσεις, ἐν τῷ τῆς κολυμβήθρας ὕδατι φαίνονται. καὶ γὰρ θερμὸν οὕτως, ὡς καίεσθαι πρὸς αὐτοῦ, καὶ ψυχρόν, ὡς μηδὲ θερμαίνεσθαι, καὶ εὔκρατος, ὡς συμμέτρως θερμαίνεσθαι, πολλάκις εὑρίσκεται. εἰ τοίνυν ἐροίμην σε, πότερόν ἐστι θερμότερον; ἆρά γε τὸ ὕδωρ τὸ εὔκρατον; ἢ ὁ ἀὴρ ὁ εὔκρατος; οὐκ ἂν ἔχοις εἰπεῖν οὐδέτερον. ἀμφοῖν γὰρ ὄντων ὁμοίως ἡδέων τε, καὶ συμμέτρων τῷ σώματι, τὸ μὲν θερμότερον λέγειν αὐτῶν, τὸ δὲ ψυχρότερον, οὐδένα νοῦν ἔχειν ἡγοῦμαι. καὶ μὴν εἰ νοήσαις τὸ τῆς δεξαμενῆς ὕδωρ εἰς ἄκρον θερμότητος ἀφικνούμενον, ὡς ζεῖν, ἢ τὸν ἀέρα τελέως ἐκφλογούμενον, ὅτι πρὸς ἀμφοῖν ὡσαύτως καυθήσῃ, πρόδηλον. εἰ δὲ δὴ καὶ νοήσαις αὖθις ἢ τὸ ὕδωρ οὕτω ψυχρόν, ὡς ἐγγὺς ἤδη πήξεως εἶναι, ἢ τὸν ἀέρα τελέως ἐκψυχόμενον, ὡς ἐν τοῖς νιφετοῖς γίγνεται, δῆλον ὡς καὶ πρὸς τούτων ἑκατέρων ὁμοίως ψυγήσῃ τε, καὶ ῥιγώσεις. οὐκοῦν καὶ θερμότητα καὶ ψύξιν ἄκραν, ὡσαύτως ἀέρι νοήσεις ἐγγινομένην, ὡσαύτως καὶ ὕδατι, καὶ τῶν ἄκρων ἑκατέρων, τὸ μέσον ὁμοίως ἀμφοῖν ἐγγινόμενον, ὥστε καὶ τὸ μεταξὺ πάντων τῶν ἄκρων τε καὶ τοῦ μέσου, κατά τε τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν ἀέρα, τὰς αὐτὰς ὑπεροχάς τε καὶ διαστάσεις ἕξει. καὶ τοσούτῳ ποτὲ φήσεις εἶναι τοῦ μετρίου θερμότερον θάτερον, ὅσῳ θάτερον. οὕτω δὲ καὶ ψυχρότερον τοῦ μετρίου, τοσούτῳ φήσεις εἶναί ποτε τὸ ὕδωρ, ὅσῳ καὶ τὸν ἀέρα. καίτοι τό γε τῆς προσβολῆς ἴδιον, οὐ ταὐτὸ ἑκατέροις ἦν. οὐ γὰρ ὡσαύτως ὕδωρ εὔκρατον, ὡς ἀὴρ εὔκρατος προσπίπτει· καὶ τί δεῖ λέγειν ἐπὶ τῶν οὕτως ἀνομοίων; αὐτοῦ γὰρ τοῦ ἀέρος ὁμοίως ὄντος θερμοῦ, διαφέρουσαι γίγνονται προσβολαί. παρὰ τὸ, ποτὲ μὲν εἶναι ἀχλυώδη τε, καὶ ἀτμώδη, ποτὲ δέ, εἶναι λιγνυώδη τε καὶ καπνώδη, ποτὲ δέ, καθαρὸν ἀκριβῶς ὑπάρχειν. ἐν πολλαῖς οὖν, καὶ διαφερούσαις, ἰσότης γὰρ θερμότητος, ἐξαπατῶσα τοὺς ἀσκέπτους ὡς ἄνισος, ἔτι γε κατὰ πᾶν ὁμοία φαίνεται. λελογισμένου μὲν ἐστιν ἀνδρός, τοὺς λογισμοὺς οὓς εἴρηκα, καὶ γεγυμνασμένου τὴν αἴσθησιν ἐν πολλῇ τῇ κατὰ μέρος ἐμπειρίᾳ, τὴν ἰσότητα τῆς θερμότητος ἐξευρεῖν, ἔν τε τοῖς παισί, καὶ τοῖς ἀκμάζουσι,

καὶ μὴ τῷ τὴν μὲν ἐφ' ὑγρᾶς οὐσίας φαίνεσθαι, τὴν δ' ἐπὶ ξηρᾶς, ἐξαπατᾶσθαι. καὶ γὰρ λίθος ὕδατι δύναταί ποτε τὴν ἴσην δέξασθαι θερμασίαν, οὐδὲν διαφέρον, εἰ ξηρὸς μὲν ὁ λίθος ἐστὶν, ὑγρὸν δὲ τὸ ὕδωρ. οὕτως οὖν ἔμοιγε μυριάκις ἐπισκεψαμένῳ καὶ παῖδας καὶ νεανίσκους πολλοὺς, καὶ μειράκια, καὶ τὸν αὐτὸν παῖδα, καὶ βρέφος καὶ μειράκιον γενόμενον, οὐδὲν μᾶλλον ἐφάνη θερμότερος, οὔτε παιδὸς ἀκμάζων, οὔτ' ἀκμάζοντος παῖς. ἀλλ' ὡς εἴρηται μόνον ἐν μὲν τοῖς παισὶν, ἀτμωδεστέρα τε, καὶ πολλὴ, καὶ ἡδεῖα. ἐν δὲ τοῖς ἀκμάζουσιν, ὀλίγη, καὶ ξηρὰ, καὶ οὐχ ὁμοίως ἡδεῖα τῆς θερμασίας ἡ προσβολή. πολὺ μὲν γὰρ τῆς τῶν παίδων οὐσίας ὑγρᾶς οὔσης, ἐκτὸς ἀποῤῥεῖ, βραχὺ δὲ τῆς τῶν ἀκμαζόντων ξηρᾶς ὑπαρχούσης. οὐδέτερος οὖν αὐτῶν ἁπλῶς φαίνεται θερμότερος, ἀλλ' ὁ μὲν τῷ πλήθει τῆς διαπνοῆς, ὁ δὲ τῇ δριμύτητι. τὸ γὰρ ἔμφυτον θερμὸν, ὁ παῖς ἔχει πλέον, εἴ γ' ἐξ αἵματος καὶ σπέρματος ἡ γένεσις αὐτῷ· καὶ ἥδιον. ἐν δὲ τοῖς ἀκμάζουσιν, ὀλίγη, καὶ ξηρὰ, καὶ οὐχ ὁμοίως ἡδεῖα τῆς θερμασίας ἡ προσβολή.

nec eo falletur quod alter in humida, alter in sicca substantia repræsentetur: quippe lapis aliquando pari cum aqua calore esse potest, nullum eo faciente discrimen quod lapis siccus sit, aqua humida. Ita igitur mihi cùm pueros iuuenes, adolescentes millies considerassem: præterea eundem infantem, puerum, adolescentémque factum, nihilo calidior visus est nec puer quàm ætate florens: nec ætate florens quàm puer: sed tantùm (quemadmodum dixi) in pueris magis halituosus & multus & suauis: in florentibus exiguus, siccus, nec similiter suauis esse caloris occursus: siquidem puerorum substantiæ, vtpotè humidæ, multùm foras effluit: florentium substantiæ parum, vtpotè siccæ. Itaque neuter eorum simpliciter videtur altero calidior, sed alter multitudine eius quod difflatur, alter acrimonia: quippe insiti caloris puer plus habet eiúsque blandioris, siquidem ex sanguine & semine ortum habet: in florentibus ætate exiguus & siccus, nec similiter suauis calor tangenti occurrit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τοῦ τὰς κράσεις τῶν τοῦ σώματος μορίων τῷ λόγῳ τε καὶ τῇ ἁφῇ διαγινώσκειν.

ΘΕρμοῦ μὲν δὴ καὶ ψυχροῦ σώματος, ἁφὴ μόνη γνώμων ἐστίν. ὑγροῦ δὲ καὶ ξηροῦ σὺν τῇ ἁφῇ, λογισμός. τὸ μὲν γὰρ ξηρὸν, σκληρὸν πάντως, ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἁφῇ αἰσθητόν. οὐ μὴν εἴ τι καὶ σκληρὸν, εὐθὺς ἤδη καὶ ξηρόν. ἀχώριστον μὲν γάρ ἐστι ξηροῦ σώματος ἡ σκληρότης, οὐ μὴν ἴδιόν γε τούτου μόνου. καὶ γὰρ τὸ πεπηγὸς ὑπὸ ψύξεως, σκληρὸν, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος. ὅθεν οὐδ' εὐθὺς ἐπιχειρεῖν δεῖ τῇ τοῦ ξηροῦ τε καὶ ὑγροῦ διαγνώσει, πρὶν ἐπισκέψασθαι, πῶς ἔχει θερμότητος ἢ ψυχρότητος. οὔτε γὰρ εἰ μετὰ ψυχρότητος ἄκρας σκληρὸν, ἤδη τοῦτο ξηρὸν, οὔτ' εἰ μετὰ θερμότητος σφοδρᾶς, μαλακὸν εὐθέως ὑγρόν. ἀλλ' ὅταν μετρίως ᾖ θερμὸν, σκοπεῖν ἐφεξῆς, εἰ μαλακόν ἐστιν ἢ σκληρόν. εἰ μὲν γὰρ μαλακὸν, ὑγρὸν, εἰ δὲ σκληρόν, ξηρόν. ἀλλ' εἴπερ ταῦθ' οὕτως ἔχοι, τῶν ἐν ἀνθρώπου σώματι μορίων σκληρῶν, οὐδὲν ἂν εἴη ὑγρόν. οὐ γὰρ ἐγχωρεῖ τοσαύτην ἐν αὐτῷ γενέσθαι ψύξιν, ὡς σκληρυνθῆναί τι διὰ πῆξιν. εἰς μὲν γὰρ σύστασίν τινα τὸ πρὶν ῥυτὸν ἀφίξεταί ποτε, καθάπερ ἡ πιμελή. τὸ γὰρ ἐλαιῶδες ἐν αἵματι, ῥυτὸν ὂν καὶ λιπαρὸν, ὅταν ἐν ψυχρῷ γένηται χωρίῳ, πήγνυται, σκληρὸν μὴν οὐδ' οὕτω γίγνεται. δεόντως οὖν εἴρηται τοῖς παλαιοῖς, ὑγροτάτη μὲν ἡ πιμελὴ, δεύτερον δ' ἐπ' αὐτῇ, τὸ σαρκῶδες γένος, εἴδη δ' αὐτοῦ πλείω. πρώτη μὲν, ἡ κυρίως ὀνομαζομένη σὰρξ, ἣν οὐκ ἂν εὕροις καθ' αὐτὴν οὐδαμόθι τοῦ σώματος, ἀλλ' ἔστιν ἀεὶ μόριον μυός. ἐφεξῆς δὲ, ἑκάστου τῶν σπλάγχνων ἡ ἴδιος οὐσία. καλοῦσι δ' αὐτὴν οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον, παρέγχυμα, καὶ ὡς περὶ μικροῦ καὶ φαύλου διανοοῦνται πράγματος, οὐκ εἰδότες, ὡς ἡ καθ' ἕκαστον σπλάγχνον ἐνέργεια, τῆς σαρκὸς ταύτης ἐστίν. ἀλλὰ τούτων μὲν, οὔπω νῦν ὁ καιρός. ὅτι δ' αὐτὸ τὸ ἴδιον ἐγκεφάλου σῶμα, καὶ πνεύμονος, ἐφεξῆς ἐστι τῇ πιμελῇ καθ' ὑγρότητα, τῇ μαλακότητι τεκμαίρεσθαι πάρεστιν. οὐ γὰρ δὴ ὑπὸ ψυχροῦ γε πέπηγεν,

CAPVT III.

De partium corporis temperamento ratione & tactu dignoscendo.

ERgo calidi frigidique corporis solus tactus est iudex: humidi autem & sicci vnà cum tactu ratio. Quippe quod siccum est, durum prorsus est, at hoc tactu omnino dignoscitur: non tamen si quid durum est, idem statim & siccum est: etenim inseparabilis à sicco corpore duritia est, non tamen eius vnius propria: nam & quod frigore concretum est, durum cernitur sicut glacies. Quo vtique minùs sicci humidique dignotio statim aggredienda est, ante scilicet quàm æstimatum sit quemadmodum se in calore habeant & frigore. Neque enim si quid cum summo frigore repræsentatur durum, id etiam siccum est: nec, si quid cum vehementi calore est molle, idem statim est humidum: verùm cùm mediocriter est calidum, tum æstimare durúmne an molle sit, oportet: si enim molle sit, humidum est: si durum, siccum. Verùm si hæc ita se habent, partium quæ in humano corpore sunt duræ, nulla est humida: neque enim tanta esse in eo frigiditas potest, vt aliquid in ipso concrescere in duritiem queat. Potest quidem quod priùs fuit fluxile, aliquando concrescere, veluti adeps: quod enim oleosum in sanguine fluxiléque & pingue est, vbi in frigidum venit locum, cogitur: durum tamen ne sic quidem efficitur. Commodè igitur dictum veteribus est humidissimam esse adipem: secundo post eam loco, carnosum genus. Eius autem plures sunt species, prima quidem quæ propriè caro appellatur, quam scilicet nusquam in corpore per se inuenies, sed est perpetuò musculi pars. Ab hac cuiusque viscerum propria substantia est, eam Erasistratus parenchyma vocat, quasique pro re parua leuique habet, parum intelligens cuiusque visceris actionem huic carni acceptam referri. sed horum non est nunc tempus. Quòd autem ipsum cerebri pulmonisq; proprium corpus proximùm adipi humiditatis ratione sit, ex mollitie eius coniectare licet: non enim à frigore congelatur, cùm

cùm nec calore fundatur. Propinquam his naturam habet medulla: non est tamen eiusdem generis cum cerebro & spinali medulla, ea quæ in quolibet habetur osse: sed cerebrum & spinæ medulla eiusdem sunt generis, reliquæ omnes medullæ alterius naturæ sunt. Est tamen humidius ac calidius cerebrum, quàm spinalis medulla, eóque etiam mollius: præterea ipsius cerebri priores partes tantò sunt humidiores, quantò molliores. Omnia tamen hæc cute non humidiora modò sunt, sed etiam frigidiora: vnóque verbo, omne exangue frigidius sanguine prædito est. Proxima cuti est mollium neruorum natura: duriores autem in humido & sicco secundum cutis naturam se habent: calore ab eius natura tantùm absunt, quantùm consentiens est, exangue corpus à sanguine prædito abesse. Lienis autem, renum & iecinoris caro tantò cute est humidior, quantò est mollior: calidior autem, quantò magis abundat sanguine. Iam cordis caro omnibus his tantò est siccior, quantò est durior: calidior verò non modò his, sed etiam omnibus planè corporis particulis: quod etiam sensu clarè deprehendas licet in pectoris animalis dissectione, si digitos in sinistrum eius sinum immiseris, inuenies enim locum hunc omnibus quæ in animali sunt, haud paulo calidiorem. At iecinoris, lienis, renum & pulmonis caro simplicis cuiusdam naturæ est, circa cuiusque visceris venas, arterias, & neruos crescens. Cordis simplex carnis natura non est, sed sunt in eo fibræ, quales in musculis cernimus, quibus caro circumhæret: cæterùm non est idem fibrarum genus: sed quæ in musculis habentur, neruorum & ligamentorum sunt particulæ: cordis propria quædam fibrarum est species, æquè scilicet vt venarum tunicæ atque arteriarum, itemque intestinorum, ventriculi, vteri & vesicæ vtriusque, licet enim in his quoque omnibus instrumentis propriam quandam videre carnem suis ipsorum fibris circumnatam. Atque hæ quidem carnes cute sunt calidiores: fibræ verò quàm cutis, partim paulò magis partim paulò minùs, tum frigidæ, tum siccæ sunt: partim similes omninò cutis substantiæ: Porrò omnes membranę cute sunt sicciores, veluti quæ circa cerebrum & spinalem medullam sunt meninges: sunt enim hæ quoque membranæ. Iam ligamenta omnia quantò cute sunt duriora, tantò sunt & sicciora. Tendones quoque tametsi ligamentis sunt molliores, attamen cute luculenter sunt duriores. Cartilagines verò post ligamenta deinceps sunt. Præterea medium quoddam inter ea corpus appellant id anatomici quidam *νευροχονδρώδη σύνδεσμο* quasi verò cartilagineum simul & neruosum ligamentum dicas: est autem id durum, cartilaginosúmque ligamentum. Os verò omnium quæ cutis operit, durissimum est. At eorum quæ ex cute extant siccissimus est pilus: deinde cornu: mox vngues & vngulæ & calcaria, rostra, quæque his in singulis animalium ratione carentium similes sunt partes. Humorum optimus & maximè proprius ac domesticus, sanguis est. Huius veluti sedimentum ac fæx, atra bilis est: quæ idcirco tum frigidior, tum crassior sanguine est: sicut flaua bilis longè calidior. Frigidissimum verò ac humidissimum omnium quæ in animali habentur, pituita est. Instrumentum autem quo id cognoscitur ipse est tactus: veluti Hippocrates in libello de hominis natura monstrauit.

A ὅτι μηδὲ θερμῷ χεῖται. πλησίον δὲ τούτων, καὶ ὁ μυελὸς τὴν φύσιν ἐστίν, οὐ μὴν ὁμογενὴς ὁ καθ' ἕκαστον ὀστοῦν μυελὸς, ἐγκεφάλῳ τε, καὶ νωτιαίῳ. ἀλλ' ἐγκέφαλος μὲν, καὶ νωτιαῖος, ἐκ ταὐτοῦ γένους. οἱ δ' ἄλλοι ξύμπαντες μυελοὶ, φύσεως ἑτέρας εἰσίν. ὑγρότερος μὲν ἐστὶ καὶ θερμότερος ἐγκέφαλος νωτιαίου, καὶ διὰ τοῦτο καὶ μαλακώτερος, καὶ μέντοι καὶ αὐτοῦ τοῦ ἐγκεφάλου τὰ πρόσθεν ὑγρότερα τοσοῦτον, ὅσονπερ καὶ μαλακώτερα. πάντα μὴν ταῦτα, δέρματος οὐχ ὑγρότερα μόνον, ἀλλὰ καὶ ψυχρότερα, καὶ ὅλως ἄναιμον πᾶν, ἐναίμου ψυχρότερον. ἐγγυτάτω δ' ἐστὶ δέρματος, καὶ ἡ τῶν μαλακῶν νεύρων φύσις. B ἡ δὲ τῶν σκληρῶν, οἷόνπερ αὐτὸ τὸ δέρμα, καθ' ὑγρότητα δηλονότι, καὶ ξηρότητα. θερμότητι γὰρ ἀπολείπεται τοσοῦτον, ὅσον εἰκὸς ἀπολείπεσθαι τὸ παντελῶς ἄναιμον, ἐναίμου σώματος. ἡ δὲ τοῦ σπληνὸς, καὶ ἡ τῶν νεφρῶν, καὶ ἡ τοῦ ἥπατος σὰρξ, ὑγροτέρα μὲν τοσούτῳ δέρματος, ὅσῳ καὶ μαλακωτέρα. θερμοτέρα δὲ, ὅσῳ καὶ πολυαιμοτέρα. καὶ μὴν καὶ ἡ τῆς καρδίας σὰρξ, ἁπάντων μὲν τούτων ξηροτέρα τοσοῦτον, ὅσον καὶ σκληροτέρα. θερμοτέρα δὲ, οὐ τούτων μόνον, ἀλλὰ καὶ πάντων ἁπλῶς τῶν τοῦ σώματος μορίων. καί σοι τοῦτο σαφῶς ἔνεστιν αἰσθήσει μαθεῖν, ἐν ταῖς τῶν ζώων ἀνατομαῖς, ταῖς κατὰ τὸ στέρνον γιγνομέναις, C εἰς τὴν ἀριστερὰν κοιλίαν τῆς καρδίας καθέντι τοὺς δακτύλους. εὑρήσεις γὰρ οὐκ ὀλίγῳ τινὶ, τὸ χωρίον τοῦτο τῶν ἄλλων ἁπάντων θερμότερον. ἀλλ' ἡ μὲν τοῦ ἥπατός τε, καὶ σπληνὸς, καὶ νεφρῶν, καὶ πνεύμονος σὰρξ, ἁπλῆ τὴν φύσιν ἐστὶ, ταῖς καθ' ἕκαστον σπλάγχνον ἀρτηρίαις, καὶ φλεψὶ, καὶ νεύροις περιπεφυκυῖα. τῆς καρδίας δ' οὐχ ἁπλοῦν τὸ τῆς σαρκὸς εἶδος, ἀλλ' οἷαίπερ εἰσὶν αἱ ἐν τοῖς μυσὶν ἶνες, αἷς ἡ σὰρξ περιπέπηγε, τοιαῦται κἀν τῇ καρδίᾳ. πλὴν οὐ ταὐτὸ γένος τῶν ἰνῶν, ἀλλ' αἱ μὲν ἐν τοῖς μυσὶν, νεύρων εἰσὶ καὶ συνδέσμων μόρια. τῆς καρδίας δὲ, τὸ τῶν ἰνῶν γένος ἴδιον, ὥσπερ καὶ τοῦ τῆς ἀρτη- D ρίας, καὶ φλεβὸς χιτῶνες, ἐντέρων τε, καὶ γαστρὸς, καὶ μήτρας καὶ τῶν κύστεων ἑκατέρων. ἔστι γὰρ οὖν δὴ κἀν τούτοις ἅπασι τοῖς ὀργάνοις τὴν οἰκείαν σάρκα περιπεπηγυῖαν ἰδεῖν ταῖς ἰδίαις αὐτῶν ἰσίν. αὗται μὲν οὖν αἱ σάρκες, θερμότεραι τοῦ δέρματος ὑπάρχουσιν, αἱ δ' ἶνες, αἱ μὲν ὀλίγῳ τινὶ μᾶλλον, αἱ δ' ἧττον βραχὺ δέρματος ψυχρότεραί τε εἰσι, καὶ ξηρότεραι, τινὲς δ' ὅμοιαι κατὰ πᾶν εἰσι τῇ τοῦ δέρματος οὐσίᾳ. πάντες δ' ὑμένες ἤδη ξηρότεροι δέρματος, ὥσπερ γε καὶ αἱ περὶ τὸν ἐγκέφαλόν τε καὶ τὸν νωτιαῖον μήνιγγες. ὑμένες γὰρ δὴ καὶ αἵδε. καὶ μὲν δὴ καὶ σύνδεσμοι πάντες εἰς ὅσον σκληρότεροι E δέρματος, εἰς τοσοῦτο καὶ ξηρότεροι. καὶ οἱ τένοντες δὲ, κἂν τῶν συνδέσμων εἰσὶ μαλακώτεροι, δέρματος γοῦν ἐναργῶς ἤδη σκληρότεροι. χόνδροι δὲ, μετὰ τοὺς συνδέσμους εἰσί· καί τι μέσον ἀμφοῖν σῶμα καλοῦσι δ' αὐτὸ νευροχονδρώδη σύνδεσμον ἔνιοι τῶν ἀνατομικῶν. ἔστι δὲ τοῦτο, σύνδεσμος σκληρὸς, καὶ χονδρώδης. ὀστοῦν δὲ, τὸ πάντων ξηρότατον, ὅσα καλύπτει τὸ δέρμα. καὶ τῶν ἐξεχόντων αὐτοῦ, ξηροτάτη μὲν ἡ θρὶξ, ἐφεξῆς δὲ κέρας, εἶτ' ὄνυχές τε, καὶ ὁπλαὶ, καὶ πλῆκτρα, καὶ ῥάμφη, καὶ ὅσα τοιαῦτα καθ' ἕκαστον τῶν ἀλόγων ζώων ἐστὶ μόρια. τῶν δὲ χυμῶν, ὁ μὲν χρηστότατός τε, καὶ οἰκειό- F τατός ἐστι τὸ αἷμα, τούτου δὲ οἷον ὑπόστασίς τε, καὶ ἰλὺς ἡ μέλαινα. ταῦτ' ἄρα καὶ ψυχροτέρα τέ ἐστι, καὶ παχυτέρα τοῦ αἵματος. ἡ δέ γε ξανθὴ, θερμοτέρα μακρῷ. ψυχρότατον δὲ, καὶ ὑγρότατον ἁπάντων τῶν ἐν τῷ ζώῳ, τὸ φλέγμα. κριτήριον δὲ καὶ τῆς τούτου διαγνώσεως, ἡ ἁφὴ, καθάπερ καὶ Ἱπποκράτης ἐν τῷ περὶ φύσεως ἀνθρώπου πεποίηται λόγῳ.

ἀλλ' ὅτι μὲν ψυχρὸν, ἡ ἁφὴ μόνη γινώσκει. τὸ δ' ὅτι καὶ ὑγρὸν, ἁφή τε ἅμα, καὶ ὄψις, καὶ λογισμός. ἁφὴ μὲν καὶ ὄψις, ὅτι τοιοῦτο ἑκατέρᾳ φαίνεται. ὁ λογισμὸς δὲ, διορισάμενος ὡς οὐ πλήθει θερμότητος, ἀλλ' ὑγρότητι συμφύτῳ τοιοῦτο ἐγένετο. περὶ μὲν οὖν τῶν κατὰ τὸ σῶμα μορίων τε καὶ χυμῶν, ὧδε ἔχει.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τοῦ τὰς κράσεις διακρίνεσθαι ἐκ τῆς συστάσεως καὶ λεπτότητος.

ΠΕρὶ δὲ τῶν ἑπομένων ταῖς κράσεσιν, ἐφεξῆς χρὴ διελθεῖν. ἕπεται μὲν γὰρ καὶ τὰ προειρημένα, μᾶλλον δ' ἀχώριστα τελέως ἐστὶ, ξηρῷ μὲν σκληρότης, ὑγρῷ δὲ μαλακότης, ὅταν γε μετὰ χλιαρᾶς ᾖ θερμότητος. ἀλλὰ καὶ παχύτητες ἕξεως, καὶ λεπτότητες ἕπονται κράσεσιν, οὐ ταῖς συμφύτοις μόνον, ἀλλὰ κἂν ἐξ ἔθους μακροῦ τις ἐπίκτητος γένηται. πολλοὺς γὰρ καὶ τῶν φύσει λεπτῶν, ἐθεασάμην παχυνθέντας, καὶ τῶν παχέων, λεπτυνθέντας. τοὺς μὲν ἀργίᾳ τε, καὶ ἁβρᾷ διαίτῃ τὴν ὅλην κρᾶσιν ὑπαλλάξαντας ἐπὶ τὸ ὑγρότερον. τοὺς δὲ, ἐν ταλαιπωρίαις πλείοσι, καὶ φροντίσι, καὶ διαίτῃ λεπτῇ καταξηρανθέντας· εἰρήσεται δὲ καὶ τούτων τὰ γνωρίσματα. κάλλιον γὰρ ἡμᾶς αὐτοὺς ἔκ τινων σημείων ὁρμωμένους, πρὶν παρ' ἑτέρου πυθέσθαι, δύνασθαι γνωρίζειν, εἰ φύσει τοιοῦτος ἦν ὁ ἄνθρωπος, ἢ ἐξ ἔθους ἐγένετο. διδάσκαλος δὲ καὶ τούτων τῶν γνωρισμάτων, ὥσπερ οὖν καὶ τῶν ἄλλων ἁπάντων ὁ θαυμάσιος Ἱπποκράτης. ὅσοι μὲν γὰρ εὐρυτέρας ἔχουσι τὰς φλέβας, θερμότεροι φύσει. ὅσοι δὲ στενοτέρας, ψυχρότεροι. τοῦ θερμοῦ γὰρ ἔργον, εὐρῦναί τε, καὶ διαφυσῆσαι ταύτας· ὥστ' εὐλόγως εἰς ταὐτὸ, ὡς τὸ πολὺ, συντρέχει στενότης μὲν φλεβῶν, ἕξει πιμελώδει τε, καὶ παχυτέρᾳ, λεπτότης δ' ἕξεως, εὐρύτητι φλεβῶν. εἰ δ' ἅμα τις εἴη πιμελώδης τε, καὶ παχὺς, καὶ τὰς φλέβας εὐρείας ἔχει, δι' ἔθος οὗτος, οὐ φύσει πιμελώδης ἐγένετο. ὥσπερ εἰ καὶ στενὰς μὲν ἔχει τὰς φλέβας, εἴη δὲ ἰσχνὸς, οὐδ' οὗτος ἐξ ἀνάγκης φύσει τοιοῦτος. κἀν τοῖσι λιμαγχονικοῖσι, φησὶ, τὰς μετριότητας ἀπὸ τούτων σκεπτέον, τῆς τῶν ἀγγείων εὐρύτητος δηλονότι, καὶ στενότητος, οὐ τῆς ἄλλης ἕξεως ὅλου τοῦ σώματος. οἱ μὲν γὰρ στενὰς ἔχοντες τὰς φλέβας, ὀλίγαιμοί τέ εἰσι, καὶ μακρὰς ἀσιτίας οὐ φέρουσιν. ὅσοις δ' εὐρεῖαι, καὶ πλῆθος αἵματος, τούτοις ἔνεστι καὶ χωρὶς βλάβης ἀσιτοῦσιν. αἱ δ' αἰτίαι τῶν εἰρημένων, ἤδη μὲν δῆλαι, κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τοῖς γε προσέχουσι τὸν νοῦν. ἐπεὶ δ' οὐ πάντες προσέχουσιν, ἀναγκαῖον ἴσως ἐστί τι καὶ δι' ἐκείνους εἰπεῖν. ὡς ὅσον ἐν αἵματι πῖόν τέ ἐστι, καὶ κοῦφον, καὶ λεπτὸν, ἐν μὲν τοῖς θερμοτέροις σώμασι, τροφὴ γίνεται τούτο τῷ θερμῷ, κατὰ δὲ τὰ ψυχρότερα, διασώζεται. καὶ τῶν φλεβῶν ἔξω διηθούμενον, ἐπειδὰν μὲν ψυχροῖς περιπέσῃ μορίοις, οἷοί περ οἱ ὑμένες εἰσὶν, ἐκείνοις περιπήγνυται. κατὰ δὲ τὰ φύσει θερμότερα μόρια, τοιαῦτα δ' ἐστὶ δηλονότι τὰ σαρκώδη, δαπανᾶταί τε πρὸς τοῦ θερμοῦ, καὶ διαφορεῖται, πλὴν εἴ ποτε, πρὸς τῷ ψυχροτέρῳ τῆς κράσεως, ἔτι καὶ τὸ τῆς διαίτης ἀταλαίπωρον ἐπιτρέψει· ἔτι καὶ αὐτοῖς τοῖς σαρκώδεσι μορίοις, πιμελήν. οὕτω τοι καὶ τὰ φωλεύοντα ζῶα πολλάκις εὑρίσκεται πιμελωδέστερα. καὶ γυναῖκες ἀνδρῶν, ὅτι καὶ τῇ κράσει ψυχρότερον ἄρρενος τὸ θῆλυ, καὶ οἰκουρεῖ τὰ πολλά. ὅσαι μὲν οὖν ἕξεις σωμάτων εὔκρατοί τέ εἰσι φύσει,

A Cæterùm quòd frigida sit, vnus tactus discernit: quòd verò humida quoque pariter tactus, visus & ratio iudicant, & tactus quidem ac visus, quòd talis his cernitur: ratio verò vbi non caloris copia, sed connato humore talem esse definiuit. Ac particulæ quidem & succi corporis ad hunc modum se habent.

CAPVT IV.

De dignoscendis temperamentis per crassitiem, & gracilitatem.

B DE iis quæ temperamenta comitantur deinceps agendum. Comitantur enim ea & quæ dicta iam sunt: immò potiùs inseparabilia omninò sunt, à sicco quidem corpore durities: ab humido mollities, si tamen cum tepido calore est. Sed & crassitudo habitus & gracilitas, temperamenta sequuntur, non ea modò quæ connata sunt, sed etiam siqua ex longa consuetudine sunt contracta. Multos siquidem qui natura graciles fuerant, crassos redditos vidi: contráque, qui crassi fuerant, graciles: illis quidem ex otiosa & delicata vita toto temperamento ad humidius mutato: his verò multis ærumnis & curis C & tenui victu persiccatis. Dicemus verò & horum discernendorum notas: satiùs enim est talisne quispiam naturâ sit, an ex consuetudine redditus, nosmet priùs per aliquot signa discernere posse, quàm ab alio id quærere. Sanè eiusmodi signorum author æquè vt reliquorum omnium, mirus est Hippocrates. Siquidem quibuscunque latiores venæ sunt, hi calidiores natura sunt: quibus angustiores contrà, magis frigidi. caloris namque opus est has dilatare flatúque extendere. Ita rationabiliter in idem magna ex parte D recidit venarum angustia cum habitu pingui & crassiore: habitus gracilis cum venarum laxitate. Quòd si quis simul pinguis crassúsque est ac venas laxas habet, is consuetudinis alicuius occasione, non natura pinguis est redditus: sicut è diuerso, siquis angustas habet venas & gracilis est, ne hunc quidem talem esse natura necesse est. Quin iis qui fame cruciantur, inquit, mediocritatem ex laxitate venarum & angustia, non à cætero totius corporis habitu spectandam esse ait: quippe qui angustas habent venas, exigui sunt sanguinis, nec longam inediam ferunt: quibus latæ, his copia sanguinis est & citra E noxam cibo abstinent. Causæ horum, quæ dicta sunt, euidêtes iam sunt iis qui animum aduerterint, tametsi à me non referantur: sed quoniam nô omnes aduertunt: necesse fortasse erit aliquid eorum causa dixisse. Quicquid in sanguine pingue, leue & tenue est, id in calidioribus corporibus alimentum quoddam calido fit, in frigidioribus seruatur: cúmque id venæ extra se transmiserint, vbi in frigidas particulas incidit, quòd genus membranæ sunt, circum eas concrescit: in partibus verò natura calidioribus, cuiusmodi carnosæ sunt, à calore ipso absumitur ac digeritur, nisi sicubi frigiditati F temperamenti etiam vita indulgentior accedens, ipsis carnosis particulis adipis aliquid allinat. Qua ratione etiam quæ hyeme delitescunt animalia, non rarò inueniuntur pinguiora. Et fœminæ viris sunt pinguiores, quòd scilicet fœmina mare est frigidior & plurimùm domi versatur. Ac quicunque corporum habitus & temperati natura sunt,

& mediocri exercitatione vtuntur, hos necesse est eusarcos esse, id verò est mediocri omninò corporis habitu. Quibus verò humidum abundat, & calor à mediocritate summa non longè abest, hi corpulenti siue carnosi fiunt. Corpulenti rursus fiunt qui natura sunt temperati, cæterùm desides & otiosi viuunt: quippe dictum à veteribus commodissimè est, consuetudinem, acquisititiam esse naturam. Nec fortasse oportebit, cùm id iam semel dixerimus, in quouis etiam capite definire, naturane frigidior an ex consuetudine quispiam sit redditus: sed illud legentibus remittere, me autem compendij causa proprios cuique temperamento corporis habitus persequi. Sunt igitur nonnulli qui & graciles sunt, & venas paruas habent: sed si ex iis quempiam incidas adeps excidet quam constat cuti ad internam eius membranam esse subnatam. Et rarò id quidem in viris conspicitur, in fœminis sæpissimè inuenitur: est namque tum frigidioris naturæ, tum vitæ magis desidiosæ eiusmodi nota: siquidem adeps ex habitus frigiditate semper gignitur: corpulentia siue carnis abundantia, ex sanguinis copia nascitur: mediocritas temperatæ naturæ est nota. Et corpulenti quidem omninò plùs adipis habent quàm temperati: nec tamen pro carnis semper portione adeps simul augetur: sed crassorũ alios habere plùs carnis, alios plùs adipis videas, aliis ambo pari modo sunt adaucta. Et quibus quidem ambo pari modo sunt aucta, iis tantum supra temperatam naturam humoris est quantùm & frigoris: quibus autem plùs est adipis, in iis frigidi plùs est quàm humidi: æquè vt quibus caro est plenior, iis humoris plùs iusto est, non tamen etiam frigoris: cùm enim calori intra debitos fines manenti boni sanguinis accedit copia, necesse est corpulentia sequatur. Quantùm autem supra mediocritatem esse sanguis debeat, id quidem mensura & pondere ostendere non est: ratione tradere licet: quippe vbi nullum adhuc morbosum symptoma crassato corpori incidit, humoris abũdantia intra sanitatis interim est fines. Monstratum enim nobis & in aliis est, non paruam in eo statu quæ sanitas dicitur necessariò statuendam esse latitudinem: quin id nunc quoque in omni ferè sermone nostro apparet, qui temperatam mediámque naturam reliquarum veluti normam semper statuamus: quæ verò ex huius vtraque sunt parte, intemperatas censeamus: quod vtique non faceremus, nisi in sanitatis statu maioris minorísque ratio inueniretur. Est enim alia sanitatis, alia morbi intemperies: morbi quidem ea, quæ à media temperie longissimè abest: sanitatis, quæ paulum. Definire autem modum ne hîc quidem mensura & pondere licet: cæterùm intemperamenti quod intra sanitatem habetur, sufficiens nota est, quòd nulla functio animalis manifestè sit adhuc læsa. Quantùm igitur interuallum est inter id quod perfectissimè functionem obit, & id quod manifestè actionem aliquam habet oblæsam: tanta est profectò & sanitatis & distemperantiæ quæ intra sanitatem consistit latitudo. Ab hac proxima est intemperies morbosa, cùm scilicet animal, intemperamenti vitio ægrotat: non enim huius tantùm noxa laborat, sed etiam aliis affectibus non paucis: de quibus in iis quæ de morborum differentiis scribemus, diffusiùs agetur. Nunc autem redeundum ad diuerticulũ est. Sicuti enim naturali calore optimã seruante temperiem, humidũ quod intra sanitatis terminos est auctũ, non adipem modò in homine,

καὶ πονοῦσι τὰ μέτρια, ταύτας ἀναγκαῖον εὐσάρκους γίνεσθαι, τοῦτ' ἔστι πρὸς τὴν σύμμετρον ἕξιν. ὅσαις δὲ, τὸ μὲν ὑγρὸν αὔταρκες, ἀπολείπεται δ' οὐ πολλῷ τῆς ἄκρας συμμετρίας τὸ θερμὸν, αὗται πολύσαρκοι γίνονται. πολύσαρκοι δὲ, καὶ ὅσαι φύσει μὲν εὔκρατοι, ῥαθύμως δὲ καὶ ἀπόνως βιοῦσιν. εἴρηται γὰρ δὴ καὶ τοῦτο κάλλιστα πρὸς τῶν παλαιῶν, ὡς ἐπίκτητοι φύσεις εἰσὶ τὰ ἔθη. καὶ οὐδὲν ἴσως δεήσει τοῦθ' ἅπαξ εἰρηκότας νῦν, μηκέτι διορίζεσθαι καθ' ἕκαστον κεφάλαιον, εἴτε φύσει ψυχρότερος, εἴτ' ἐξ ἔθους ὁδέ τις ἐγένετο. ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἀπολείπειν τοῖς ἀναγινώσκουσιν, αὐτὸν δὲ βραχυλογίας ἕνεκα, τὰς οἰκείας ἑκάστῃ τῶν κράσεων ἕξεις τοῦ σώματος ἐπελθεῖν. εἰσὶ δή τινες, ἰσχνοί τε ἅμα, καὶ φλέβας ἔχοντες μικρὰς, ἀλλ' εἰ τέμοις ἐξ αὐτῶν ὁντιναοῦν, παραπίπτει πιμελὴ δῆλον ὡς ὑποπεφυκυῖα τῷ δέρματι κατὰ τὸν ἔνδον ὑμένα. σπάνιον μὲν οὖν ἐπ' ἀνδρῶν τὸ τοιοῦτο, ἐπὶ δὲ γυναικῶν, καὶ πάνυ πολλάκις εὑρισκόμενον. ἔστι γὰρ καὶ φύσεως ψυχροτέρας, καὶ ἀργοτέρου βίου τὸ τοιοῦτο γνώρισμα. πιμελὴ μὲν γὰρ ἀεὶ διὰ ψύξιν ἕξεως γίνεται· πολυσαρκία δὲ, πλήθους αἵματος ἔκγονος. εὐσαρκία δὲ, φύσεως εὐκράτου γνώρισμα. πάντων μὲν οὖν οἱ πολύσαρκοι, καὶ τὴν πιμελὴν εὐθέως ἔχουσι πλείονα τῶν εὐκράτων· οὐ μὴν ἀνάλογος ἀεὶ ταῖς σαρξὶν ἡ πιμελὴ συναύξεται, ἀλλ' ἔστιν ἰδεῖν τῶν παχέων τοὺς μὲν, τὴν σάρκα πλείονα, τοὺς δὲ, τὴν πιμελὴν ἔχοντας, ἐνίοις δὲ ὁμοίως ἄμφω συνηύξηται. τούτοις μὲν οὖν οἷς ὁμοίως ἄμφω συνηύξηται, τοσούτῳ πλέον ὑγρόν ἐστιν ὑπὲρ τὴν εὔκρατον φύσιν, ὅσον καὶ ψυχρόν. οἷς δ' ἡ πιμελὴ πλείων, τὸ ψυχρὸν ἐπὶ τούτων πλέον ἐστὶν, ἤπερ τὸ ὑγρόν. ὥσπερ οἷς ἡ σὰρξ πλείων, ὑγρότης μέν ἐστι τοῦ δέοντος πλείων, οὐ μὴν καὶ ψύξις. ὅταν γὰρ ἐν τοῖς οἰκείοις ὅροις μένοντος τοῦ θερμοῦ, προσγένηταί τις αἵματος χρηστοῦ πλεονεξία, πολυσαρκίαν ἀναγκαῖον ἀκολουθῆσαι. τὸ δὲ ὅσῳ χρὴ πλέον εἶναι τοῦ συμμέτρου τὸ αἷμα, μέτρῳ μὲν οὐχ οἷόν τε μηνῦσαι, καὶ σταθμῷ, λόγῳ δ' ἐγχωρεῖ διελθεῖν. ὡς ἐπειδὰν μήπω νοσῶδες μηδὲν γένηται τῷ τοῦ ζώου σώματι σύμπτωμα, παχυνομένῳ, τὸ πλῆθος τῆς ὑγρότητος τηνικαῦτα τῶν τῆς ὑγιείας ὅρων ἐντός ἐστιν. ἐπιδέδεικται γὰρ ἡμῖν καὶ δι' ἄλλων, ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν, οὐ σμικρὸν ὑποθέσθαι πλάτος τῆς ὑγιεινῆς καταστάσεως. ἀλλὰ καὶ νῦν φαίνεται σχεδὸν ἐν ὅλῳ τῷ λόγῳ, τὴν μὲν εὔκρατόν τε, καὶ μέσην φύσιν, οἷον κανόνα τῶν ἄλλων ἀεὶ τιθεμένοις. ὅσαι δ' ἐφ' ἑκάτερα τῆσδε, δυσκράτους ἀποφαίνουσιν. ὅπερ οὐκ ἂν ἦν, εἰ μὴ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ἡ ὑγιεινὴ κατάστασις ἐδέχετο. ἄλλη μὲν γάρ ἐστιν ὑγιεινὴ, ἄλλη δὲ νοσώδης δυσκρασία. νοσώδης μὲν, ἡ ἐπὶ πλεῖστον ἀποκεχωρηκυῖα τῆς εὐκράτου, ὑγιεινὴ δὲ, ἡ ἐπὶ ὀλίγον. ὁρίσαι δὲ οὐδ' ἐνταῦθα, μέτρῳ καὶ σταθμῷ τὸ ποσὸν ἐγχωρεῖ. ἀλλ' ἱκανὸν γνώρισμα τῆς ὑγιεινῆς δυσκρασίας, τὸ μηδέπω μηδεμίαν ἐνέργειαν τοῦ ζώου βεβλάφθαι σαφῶς. ὅσον δ' οὖν μεταξὺ τοῦ τε ἄκρως ἐνεργεῖν, καὶ τοῦ βεβλάφθαι σαφῶς ἐνέργειαν, ὑπάρχει, τοσοῦτο καὶ τῆς ὑγιείας τὸ πλάτος ἐστὶ, καὶ τῆς κατ' αὐτὴν δυσκρασίας. τούτῳ δ' ἐφεξῆς ἐστιν ἡ νοσώδης δυσκρασία, ὅταν γε διὰ δυσκρασίαν νοσῇ τὸ ζῶον. οὐ γὰρ δὴ διὰ ταύτην γε μόνην, ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλας διαθέσεις οὐκ ὀλίγας, ὑπὲρ ὧν ἐν τοῖς περὶ τῆς τῶν νοσημάτων διαφορᾶς λογισμοῖς, ἐπὶ πλέον εἰρήσεται, νυνὶ δὲ πάλιν ἀναληπτέον τὸν ἐξ ἀρχῆς λόγον. ὡς γὰρ τοῦ συμφύτου θερμοῦ τὴν ἀρίστην εὐκρασίαν φυλάττοντος, αὐξηθὲν τὸ ὑγρὸν ἐν ὅροις ὑγιεινοῖς, οὐ πιμελώδη τὸν ἄνθρωπον,

ἀλλὰ πολύσαρκον ἀποδείκνυσι, συναυξομένης μὲν ἐπ' ὀλίγον καὶ τῆς πιμελῆς, ἀλλὰ πολλῷ πλείονι μέτρῳ, τῆς σαρκός. οὕτως αὖ πάλιν, εἰ τὸ ὑγρόν τε, καὶ ξηρὸν, ἀκριβῶς τὴν πρὸς ἄλληλα φυλάττει συμμετρίαν, ἧττον δὲ εἴη θερμὸς ὁ ἄνθρωπος, ἀνάγκη πιμελῶδες μᾶλλον, ἢ πολύσαρκον γίνεσθαι τοῦτο τὸ σῶμα. εἰ δ' αὖ πάλιν αὐξηθείη τὸ θερμὸν, ἐν συμμετρίᾳ μενούσης τῆς ἑτέρας ἀντιθέσεως, πλέον ἀπολείπεται τούτου τὸ ζῶον, πιμελῆς ἢ σαρκός. ὥσπερ εἰ καὶ κρατήσει ποτὲ τὸ ξηρὸν, ἐν συμμετρίᾳ μενούσης τῆς ἑτέρας ἀντιθέσεως, ἰσχνότερόν τε ἅμα καὶ σκληρότερον ἔσται τὸ σῶμα. ταῦτ' εἴρηταί μοι, καὶ δῆλον ἤδη, ὡς οὐ λόγῳ μόνῳ ἐδείχθησαν αἱ ἁπλαῖ δυσκρασίαι τοῖς τῶν ζώων ὑπάρχουσαι σώμασιν, ἀλλὰ καὶ τὰ γνωρίσματα σαφῆ πασῶν ἐστιν. οὐκοῦν ἐν θερμότητι καὶ ψυχρότητι, καὶ μαλακότητι καὶ σκληρότητι μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις ἁπάσαις τῆς ἕξεως τοῦ ὅλου σώματος διαφοραῖς, ὧν ὑπὲρ μὲν τῆς κατὰ λεπτότητα καὶ πάχος εἴρηται νῦν. ὑπὲρ δὲ τῶν ἄλλων ἤδη λεγέσθω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τοῦ διακρίνεσθαι τὰς κράσεις ἐκ τῶν τριχωδῶν καὶ φαλακρῶν.

Δασεῖα μὲν, ἡ θερμὴ καὶ ξηρὰ κρᾶσίς ἐστιν, ἀλλ' αὕτη μὲν ἐσχάτως. μετρίως δὲ ἡ θερμὴ μὲν, σύμμετρος δὲ κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν. ὥσπέρ γε καὶ ἡ ξηρὰ μὲν, εὔκρατος δὲ κατὰ τὸ θερμόν τε, καὶ ψυχρὸν, ἔστι γὰρ καὶ ἥδε μετρίως δασεῖα. ψιλαὶ δὲ τριχῶν, αἱ ψυχραὶ πᾶσαι κράσεις, εἴτ' οὖν ἀμέτρως ἔχοιεν ὑγρότητος, εἴτε μετρίως. ἀλλ' ἐσχάτως μὲν ἄτριχος ἡ ψυχρὰ καὶ ὑγρὰ κρᾶσίς ἐστιν. ἔλαττον δὲ ταύτης ἡ ψυχρά τε ἅμα καὶ κατὰ τὴν ἑτέραν ἀντίθεσιν εὔκρατος, ἔτι δὲ ἔλαττον ἡ ψυχρὰ καὶ ξηρά. καίτοι δόξει τις, ὡς ἐν γῇ ξηρᾷ τὰς πόας ἀδύνατόν ἐστι καὶ φυῆναι, καὶ τραφῆναι, καὶ αὐξηθῆναι, τὸν αὐτὸν λόγον κἂν τῷ δέρματι τὰς τρίχας, ἔχει δὲ οὐχ οὕτως. γῆ μὲν γὰρ ὡς γῆ, ξηρὰ λέγεται, δέρμα δὲ, ὡς δέρμα. καὶ τοίνυν τὸ μὲν ἐν γῇ ξηρὸν, ἄνικμον ἐσχάτως ἐστί. τὸ δ' ἐν ἀνθρώπου σώματι, καὶ τῶν ὁμοίων ἀνθρώπῳ ζώων, οὐκ ἄνικμον, ἐπιτήδειόν τε καὶ μάλιστα πάντων εἰς γένεσιν τριχῶν. ἐκ μὲν γὰρ τῶν ὀστρακοδέρμων τε καὶ μαλακοστράκων, οἷον ὀστρέων, καὶ καράβων, καὶ καρκίνων, ὅσα τε φολιδωτὰ τῶν ζώων ἐστὶν, ὥσπερ οἱ ὄφεις, ἢ λεπιδωτὰ καθάπερ οἱ ἰχθύες, οὐκ ἂν δυνατὸν φύεσθαι τρίχας. ὄντως γάρ ἐστι τὰ τούτων δέρματα τελέως ξηρὰ, δίκην ὀστράκου τινὸς, ἢ πέτρας. ἐκ μέντοι τῶν μαλακοδέρμων, οἷον καὶ ἄνθρωπός ἐστιν, ὅσον περ ἂν ξηρότερόν τε, καὶ θερμότερον ᾖ τὸ δέρμα, τοσόνδε μᾶλλον ἐγχωρεῖ φύεσθαι τρίχας. ἵνα γὰρ, ὡς ἐκεῖνοι παρακαλοῦνται, τῷ τῆς γῆς ἑπώμεθα παραδείγματι, τὰς πόας, οὔτ' ἐν ξηρᾷ καὶ αὐχμώδει πάνυ γῇ φύεσθαι δυνατὸν, οὔτ' ἐν ὑγρᾷ, καὶ τελματώδει, ἀλλ' ἐπειδὰν μὲν ἄρχηται δαπανᾶσθαι τὸ περιττὸν τῆς ὑγρότητος ἐκφύονται τῆς γῆς. αὐξάνονται δὲ ἐπὶ πλέον, ὅταν καὶ ἥδε ξηραίνηται, μετρίως μὲν ἐν τῷ ἦρι, τάχιστα δὲ καὶ μέχρι πλείστου κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ θέρους. ἀποξηραίνονται δὲ τελέως αὐανθείσης τῆς γῆς, ἐν μέσῳ τῷ θέρει. καί σοι πάρεστιν εἰ βούλει, καὶ νῦν, ὥσπερ που κἂν τῷ περὶ τούτου λόγῳ δέδεικται, τὸ μὲν ἔαρ, ὅτι τῶν ὡρῶν εὐκρατότατόν ἐστιν, εἰκάζειν εὐκράτου δέρματος φύσει. καὶ μάλιστά γε τὰ μέσα τῆς ὥρας τῆσδε. τηνικαῦτα γὰρ οὖν, καὶ ἡ γῆ μέση πως ὑγρότητός τε, καὶ ξηρότητός ἐστιν. ὅσα δὲ τῷ θέρει συνάπτει τῆς ἠρινῆς ὥρας,

A sed etiam corpulentiam gignit: & adipem quidem parcius adiicit, carnem verò multò liberaliùs auget: ita rursus si humidum & siccum mediocritatem ad vnguem inter se seruent, calor autem in homine sit minor, necesse est huius corpus, adipe quàm carnis copia magis abundet. At verò si calor augeatur, seruétque mediocritatem altera contrarietas, minùs erit ei animali adipis quàm carnis: sicut è diuerso, siquando pollet siccum, altera contrarietate medium modum seruante, & gracilius & durius corpus euadet. Hæc à me dicta sunt, patétque non solum ratione monstratum esse quòd simplices in animalium B corporibus intemperies habeantur, sed etiam quòd singularum manifestæ sint notæ: nec eæ modò in calore, frigore, mollitie & duritie, sed etiam in reliquis omnibus habituum totius corporis differentiis: quarum de ea, quæ ex gracilitate, & crassitudine spectatur, nunc diximus: de reliquis autem iam dicamus.

CAPVT V.

De dignoscendis temperamentis ex pilosis & glabris.

C Calida igitur & sicca temperies hirsuta est, verùm ea in summo: mediocriter autem quæ calida quidem est, sed in altera contrarietate mediocritatem habet: similiter & quæ sicca quidem est, sed in calido & frigido media est temperie, est enim ea quoque modicè hirta. Nuda pilis sunt frigida omnia temperamenta, siue ea mediocriter se habeāt in humiditate, siue immodicè, cæterùm ad summum glabra est frigida temperies & humida: minùs hac quæ frigida est, sed in altera contrarietate, temperata: adhuc minùs quæ fri-D gida & sicca. Quanquam putet aliquis sicut fieri non potest vt in terra sicca herbæ nascantur, nutriantur & incrementum capiant, sic nec pili in sicca cute: est autem secus, quippe terra vt terra, sicca dicitur: cutis, vt cutis: Itaque siccitas quæ in terra est maximè sine humore est: quæ verò in hominis est corpore & eius similium animalium, nec humoris est expers, & maximè omnium ad pilorum generationem est idonea: Si quidem nec ex iis quibus testa pro cute est, nec quibus mollis crusta est, veluti ostreis, locustis, cancris: sed nec ex corticosis humi repentibus quales sunt serpentes: nec quę squamata sunt, cuiusmodi sunt pisces, oriri E pili possunt: sunt enim horum cutes verè & in totū siccæ ritu testæ, vel petræ. Cæterùm ex iis quæ molli sunt cute, vt homo, quantò vtique siccior calidiórque cutis fuerit, tantò magis potest pilos gignere. Nam (vt ab exemplo terræ quod illi proponunt non recedamus) herbæ nec in sicca & squallente admodum terra nasci possunt, nec in humida & lacustri: verùm cùm absumi cœperit redundantia humoris, tum enascuntur è terra: augentur autem largiùs vbi hæc quoque siccescit modicè quidem in vere, celerrimè verò & plurimùm ineunte F æstate: siccantur autē omninò arefacta terra æstate iam media. Licetque tibi, si placet, nunc quoque (sicuti in priore libro demōstratum est) vel ipsum propterea quòd ex temporibus anni maximè temperatum est, temperati corporis id assimilare cuti, potissimúmque eius temporis medium, tum enim terra quoque ipsa medio quodā statu humoris siccitatisq; est: quod autem veris æstati est proximū,

id iam ſicciorem iuſto habet terram: hoc etiam ampliùs æſtas inchoata. Quam igitur dico calidam & ſiccam cutem, hanc maximè terræ ſtatui aſſimiles, qui abeunte fit vere, vel ineunte æſtate: nam media æſtate in ſummo eſt ſicca, perinde vt teſta intectorum animalium tegmen, non vt hominum, ſuum, aſinorum, equorum, aut alterius cuiuſquam eorum quæ pilis veſtiuntur. Quare ſi cutem terræ comparare volunt, hactenus quoque rem conſentire cum iis quæ priùs diximus inuenient. ipſi verò ſeſe ex homonymia non animaduerſa fallunt: in ſicca enim & calida cute multos magnoſque naſci pilos diximus, nimirum vt de homine vel animali pilis prædito, non de oſtreis aut cancris verba facientes. Quippe per omnem cutem diflatur ſemper aliquid à calido, quod ſecum etiam interni humoris non parum aufert. Verùm in quibus humida cutis eſt & planè mollis qualis modò concreſcens caſeus, in iis eorum quæ exciderunt, viæ per cutem non manent, partibus ſcilicet eius quæ priùs diſſidebant, rurſus inter ſe vnitis. At in quibus dura eſt, non abſimilis caſeo iam coacto, perforatur quidem eorum quæ exeunt impetu: cùm autem rurſus vniri per ſiccitatem nequeat, meatus ipſos immutatos ſeruat, qui etiam perpetuò transfluentium ictu aſſiduè magis fiſtulantur. Si igitur quod transfluit, vel halitus, vel humor purus ſit, halitui certè celer miniméque impeditus tranſitus eſt: humor in exilioribus ſpiramentis nonnunquam hæret: aliquid etiam intrò recurrere ad profundum cogitur. Sin veluti fuliginoſus craſſúſque & terreus vapor ſit, ſubinde contingit vt in anguſtis ſpiramentis impactus nec facilè rurſus intrò redeat, nec vacuari poſſit: hunc igitur alius rurſum è profundo ſubiens ferit, foráſque impellit, tum hunc rurſus alter, atque illum alius: ac multos mihi eiuſmodi vapores fuliginoſos alium ſuper alium impactos tempore complicari coniungíque intellige, ac vnum eiuſmodi efficere corpus, quale eſt ea quæ foris cernitur fuligo: niſi quòd hic quantùm ſpiſſatum eſt, tantùm etiam per tranſitus anguſtiam ſtipatum, in anguſtam prorſus redactum eſt formam. Vbi autem tale corpus totum obſtruxerit meatum, deinceps iam violenter ictum à ſimilibus ſui, quibus exitus non eſt excrementis, totum interim propellitur adeò vt è cute exire cogatur iam lori formam adeptum. Aſſimiles autem quod in meatu eſt impactum herbæ, ſtirpiſve veluti radici: quod verò ex cute iam extat, ipſi veluti ſtirpi. Fit autem niger pilus, cùm deuſto vi caloris vapore, excrementum in exactam fuliginem mutatur: flauus verò, cùm vapor minùs torretur, quippe quod tum eſt impactum, flauæ bilis, non nigræ fæculentum excrementum eſt: albus verò pilus ex pituita naſcitur rurſus, ſicuti caloris flaui albíque eſt medius, ſic eius generatio ex pituitoſæ bilioſæque fæcis media quadam natura prouenit. Criſpi pili fiunt vel propter ſiccitatem temperamenti, vel propter meatum in quo radices habent. Et propter ſiccitatem quidem, ad eum modum quo corrigiæ quæ igni plus iuſto ſiccantur: & quid corrigiarum meminiſſe eſt opus, cum ipſos pilos, vbi igni propiùs ſunt admoti, protinus intorqueri videas? atque ita quidem omnes Æthiopes ſunt criſpi. At propter meatuum, in quibus radices egerunt naturam ad hunc modum. Exhalatio quidem ſæpe imbecillior exiſtẽs quàm vt rectam viam ſibi moliri poſſit, pro modo quo inflectitur, etiam meatum ſuum figurat:

A τοῦτ' ἤδη ξηροτέραν ἔχει τῆς συμμέτρου τὴν γῆν, ἔτι δὲ μᾶλλον ἀρχομένου θέρους. ὃ τοίνυν λέγω δέρμα θερμὸν καὶ ξηρὸν, εἰκάζοις ἂν μάλιστα τῇ τῆς γῆς διαθέσει, τῇ γινομένῃ τελευτῶντος ἦρος, ἢ ἀρχομένου θέρους. μεσοῦντος γὰρ θέρους, ἄκρως ξηρὰ γίνεται, τὸ τῶν ὀστρακοδέρμων ζώων ὁμοίως, οὐ μὴν ἀνθρώπων, ἢ συῶν, ἢ ὄνων, ἢ ἵππων, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν τριχωτῶν ζώων. ὥστ' εἴπερ τῇ γῇ βούλονται παραβάλλειν τὸ δέρμα, καὶ κατὰ τοῦτο, τὸν λόγον ὁμολογοῦντα τοῖς πρὸς ἡμῶν ἔμπροσθεν εἰρημένοις, εὑρήσουσιν. αὐτοὶ δὲ σφᾶς αὐτοὺς ὑπὸ τῆς ὁμωνυμίας σοφισθέντες, παραλογίζονται. ἐν γὰρ τῷ ξηρῷ καὶ θερμῷ δέρματι, πολ-B λὰς καὶ μεγάλας ἐλέγομεν φύεσθαι τρίχας, ὡς ὑπὲρ ἀνθρώπου δηλονότι, ἢ ζώου τριχωτοῦ τὸν λόγον, οὐχ ὑπὲρ ὀστρέων τε καὶ καρκίνων ποιούμενοι. διαπνεῖται μὲν γὰρ ἀεί τι καθ' ἕκαστον δέρμα, ὑπὸ τοῦ θερμοῦ, συναπάγοντος ἑαυτῷ τοῦ ἔνδοθεν ὑγρότητος οὐκ ὀλίγον. ἀλλ' ἐν οἷς μὲν ὑγρόν ἐστι τὸ δέρμα, καὶ ἀκριβῶς μαλακὸν, οἷος ὁ νεωστὶ πηγνύμενος τυρὸς, οὐχ ὑπομένουσιν αἱ τῶν διεκπεσόντων ὁδοὶ, τῶν τέως διεστηκότων αὐτοῦ μορίων, αὖθις ἀλλήλοις ἑνουμένων. ἐν οἷς δ' ἤδη σκληρὸν ὑπάρχει, πεπηγότι παραπλήσιον τυρῷ, κατατιτρᾶται μὲν ὑπὸ τῆς ῥώμης τῶν ἐξιόντων. ἑνωθῆναι δ' ὑπὸ ξηρότητος μὴ δυνάμενον, C ὑπομένοντας ἴσχει τοὺς πόρους ἀεὶ, καὶ μᾶλλον συριγγουμένους ταῖς συνεχέσι πληγαῖς τῶν διαρρεόντων. ἐὰν μὲν οὖν τὸ διαρρέον, ἢ ἀτμὸς, ἢ ὑγρὸν εἰλικρινὲς ᾖ, τῷ μὲν ἀτμῷ ταχεῖά τε ἐστὶ καὶ ἀκώλυτος ἡ φορά. τὸ δ' ὑγρὸν ἴσχεται πολλάκις ἐν τοῖς μικροτέροις πόροις, καί τοι παλινδρομεῖν εἴσω εἰς τὸ βάθος ἀναγκάζεται. εἰ δ' οἷον αἰθαλώδης τε, καὶ παχεία, καὶ γεώδης ἡ ἀναθυμίασις ᾖ, κίνδυνος αὐτῇ πολλάκις ἐν ταῖς στεναῖς τῶν διεξόδων σφηνωθείσῃ, μήτ' εἴσω ῥαδίως ὑπονοστεῖν ἔτι, μήτε κενοῦσθαι δύνασθαι. ταύτην οὖν, ἑτέρα τοιαύτη πάλιν ἐκ τοῦ βάθους ἀναφερομένη, πλήττει τε, καὶ ὠθεῖ πρόσω, καὶ ταύτην αὖθις ἑτέ-D ρα, κἀκείνην ἄλλη. καὶ πολλὰς αἰθαλώδεις οὕτω μοι νόει σφηνουμένας ἐπ' ἀλλήλαις ἀναθυμιάσεις, ἐν τῷ χρόνῳ περιπλέκεσθαί τε, καὶ συνάπτεσθαι, καί τι ποιεῖν ἓν σῶμα τοιοῦτο, οἷον ἐκτὸς ἡ λιγνύς ἐστι, πλὴν ὅσῳ πεπύκνωται, τοσούτῳ καὶ ἀκριβῶς ἐσφίγκται τῇ τῆς διεξόδου στενότητι πιληθέν. ἐπειδὰν δὲ τὸν πόρον ἀποφράξῃ πάντα, τὸ τοιοῦτο σῶμα, τουντεῦθεν ἤδη βιαίως πληττόμενον ὑπὸ τῶν ὁμοίων ἑαυτῷ περιττωμάτων, οὐκ ἐχόντων διέξοδον, ὠθεῖται πρόσω σύμπαν ἐν τῷδε, ὥστε καὶ προκύπτειν ἀναγκάζεται τοῦ δέρματος, ἱμαντῶδες ἤδη γεγονός. ἔοικε δ' αὐτοῦ, τὸ μὲν ἐν τῷ πόρῳ σφηνωθὲν, οἷον ῥίζῃ E τινὶ πόας, ἢ φυτοῦ, τὸ δ' ἐξέχον ἤδη τοῦ δέρματος, οἷον περ αὐτὸ τὸ φυτόν. ἡ θρὶξ δ' ἐστὶ μέλαινα μὲν, ὅταν ὑπὸ ῥώμης τοῦ θερμοῦ, συγκαυθείσης τῆς ἀναθυμιάσεως, ἀκριβὴς, λιγνὺς γένηται τὸ περίττωμα. ξανθὴ δὲ, ὅταν ἧττον κατοπτηθῇ. ξανθῆς γὰρ χολῆς τηνικαῦτά ἐστιν ἰλυῶδες περίττωμα τὸ σφηνωθὲν, οὐ μελαίνης. ἡ δὲ λευκὴ θρὶξ, ἐκ γλίσχρου φλέγματος. ἡ πυρρὰ δὲ, ὥσπερ τῇ χρόᾳ μεταξὺ ξανθῆς ἐστὶ, καὶ λευκῆς, οὕτω καὶ γένεσις μεταξὺ φλεγματώδους τε, καὶ χολώδους ἰλύος. οὖλαι δὲ τρίχες, ἢ διὰ τὴν ξηρότητα τῆς κράσεως, ἢ διὰ τοὺς πόρους, ἐν ᾧ κατερρίζωνται, γίνονται. διὰ μὲν τὴν ξηρότητα, παραπλησίως ἱμᾶσι F τοῖς ἐπὶ πλέον ὑπὸ πυρὸς ξηρανθεῖσι. καί τοι τί δεῖ τῶν ἱμάντων μνημονεύειν, αὐτὰς τὰς τρίχας ὁρῶντας, εἰ πλησιάσαιεν πυρὶ, παραχρῆμα διαστρεφομένας; οὕτως μὲν οὖν Αἰθίοπες ἅπαντες οὖλοι. τῇ δὲ τῶν πόρων οἷς ἐρρίζωνται φύσει, κατὰ τάδε. πολλάκις μὲν ἡ ἀναθυμίασις εὐθυπορεῖν ὑπ' ἀρρωστίας ἀδυνατοῦσα, καθ' ὃν ἂν αὐτὴ τρόπον ἑλίττηται, καὶ τὸν πόρον οὕτως ἐτύπωσεν,

ἐνίοτε δὲ, ἡ μὲν ἀναθυμίασις εὔρωστός ἐστιν, ὑπὸ δὲ τῆς τοῦ δέρματος φύσεως, σκληροτέρας τοῦ προσήκοντος οὔσης, εἰργομένη φέρεσθαι κατ' εὐθὺ, πρὸς τὸ πλάγιον ἐπιστρέφεται, καθάπερ γε κἀκτὸς ἰδεῖν ἐστιν, οὐ μόνον ἀτμὸν, ἢ καπνὸν, ἀλλὰ καὶ τὰς φλόγας αὐτὰς, ὅταν ἀποκλεισθῶσι τῆς ἄνω φορᾶς, λοξὰς ἐφ' ἑκάτερα μέρη σχιζομένας. οὕτως οὖν καὶ ἡ ἐκ τοῦ σώματος ἀναθυμίασις, ὅταν εἰρχθῇ κατά τι, καὶ κωλυθῇ φέρεσθαι πρὸς τοὐκτὸς, λοξὴν ὑπὸ τὸ δέρμα διέξοδον ὁδοποιεῖται, μέχριπερ ἂν ἀθροισθεῖσα χρόνῳ πλείονι, βιάσηταί τε, καὶ ἀναπνεύσῃ πρὸς τοὐκτός. ἐνίοτε δ' ἂν ἀμφοῖν συνδραμόντων, ἀρρώστου τε τῆς πρώτης ἀναθυμιάσεως, ἥ τις τὸν πόρον ἐδημιούργησε, καὶ ξηροῦ τοῦ δέρματος, ἡ λοξότης γίνεται ταῖς ῥίζαις τῶν τριχῶν. οἷαι δ' ἂν ἐν τῇ ῥιζώσει διαπλάττωνται, τοιαύτας εἰκὸς ὑπάρχειν αὐτὰς ἕως παντός. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἄλλο τι τῶν σκληρῶν καὶ ξηρῶν σωμάτων, εὐθύνεσθαι δυνατὸν, ἄνευ τοῦ μαλαχθῆναι πρότερον. αὕτη μὲν οὖν ἡ γένεσις τῶν τριχῶν. ἐφεξῆς δ' ἂν εἴη λέγειν τὰς αἰτίας ἁπάντων τῶν συμβεβηκότων ταῖς κράσεσιν, ἐν ταῖς τῶν τριχῶν διαφοραῖς, καθ' ἡλικίαν, καὶ χώραν, καὶ φύσιν σώματος. Αἰγύπτιοι μὲν οὖν, καὶ Ἄραβες καὶ Ἰνδοὶ, καὶ πᾶν τὸ θερμὴν καὶ ξηρὰν ἐποικοῦν ἔθνος, μελαίνας τε, καὶ δυσαυξεῖς, καὶ ξηρὰς, καὶ οὔλας, καὶ κραύρας ἔχουσι τὰς τρίχας. ὅσοι δ' ἔμπαλιν τούτοις, ὑγρὰν καὶ ψυχρὰν χώραν οἰκοῦσιν, Ἰλλυριοί τε, καὶ Γερμανοὶ, καὶ Δαλμάται, καὶ Σαυρόμαται, καὶ σύμπαν τὸ Σκυθικὸν, εὐαυξεῖς μετρίως καὶ λεπτὰς, καὶ εὐθείας, καὶ πυῤῥάς. ὅσοι δ' ἐν τῷ μεταξὺ τούτων, εὔκρατον νεμόμενοι γῆν, εὐαυξεστάτας τε, καὶ ἰσχυροτάτας, καὶ μελαίνας μετρίως, καὶ παχείας συμμέτρως, καὶ οὔτ' ἀκριβῶς οὔλας, οὔτ' ἀκριβῶς εὐθείας. οὕτω δὲ κἀν ταῖς ἡλικίαις. βρέφεσι μὲν, οἷάπερ τῶν Γερμανῶν, ἀκμάζουσι δὲ, οἷαίπερ τοῖς Αἰθίοψιν, ἐφήβοις δὲ, καὶ παισὶ, οἷάπερ τοῖς εὔκρατον ἐποικοῦσι γῆν ἔθνεσιν, ἀνάλογον αἱ τρίχες ἔχουσιν, ἰσχύος τε πέρι, καὶ πάχους, καὶ μεγέθους, καὶ χρόας. οὕτω δὲ καὶ κατ' αὐτὰς τῶν σωμάτων τὰς φύσεις, ἀνάλογον ἡλικίαις τε, καὶ χώραις αἱ τρίχες διάκεινται. παῖδες μὲν γὰρ οἱ πάνυ σμικροὶ, ψιλοὶ τριχῶν, ὅτι μήπω μήτε πόρος αὐτοῖς ἐστι μηδεὶς κατὰ τὸ δέρμα, μήτε λιγνυώδη περιττώματα. προσάγοντες δ' ἤδη τῷ ἡβάσκειν, ὑποφύουσι σμικρὰς καὶ ἀσθενεῖς. ἀκμάζοντες δὲ ἰσχυροτέρας, καὶ πολλὰς, καὶ μεγάλας, καὶ μελαίνας ἴσχουσιν· ὅτι τε πλῆθος ἤδη πόρων ἐν αὐτοῖς ἐγένετο, καὶ ὅτι μεστοὶ τῶν αἰθαλωδῶν εἰσι περιττωμάτων, ὑπὸ ξηρότητος καὶ θερμότητος. αἱ δ' ἐν τῇ κεφαλῇ τε, καὶ ταῖς ὀφρύσι, καὶ κατὰ τὰ βλέφαρα, καὶ παισὶν οὖσιν ἡμῖν ὑπάρχουσιν ἤδη. γένεσις γὰρ δὴ ταύταις, οὐχ οἷα ταῖς πόαις, ἀλλ' οἷα τοῖς φυτοῖς, κατὰ πρῶτον λόγον ὑπὸ τῆς φύσεως ἀπειργασμέναις, καὶ οὐκ ἐξ ἀνάγκης ἑπομέναις ταῖς κράσεσιν, ὡς κἀν τοῖς περὶ χρείας μορίων δείκνυται. ἀλλά τοι καὶ ταῖσδε, τὸ μὲν εἶναι, διὰ τὴν τῆς φύσεως τέχνην. τὸ δ' ἤτοι μελαίναις, ἢ πυῤῥαῖς, ἤ τινα ἄλλην ἐχούσαις διαφορὰν, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τῇ κράσει τῆς ἡλικίας. ὑπόπυῤῥοι μὲν γάρ εἰσι τοὐπίπαν, ὅτι καὶ τὸ σφηνούμενον ἐν τοῖς πόροις, οὐδέπω μέλαν ἐστὶν ὅλον. ἥτε γὰρ ὑγρότης πολλὴ, καὶ ἡ διέξοδος ῥᾳδία, καὶ ἡ σύγκαυσις ἀσθενής. εὐαυξεῖς δὲ, καὶ παχεῖαι συμμέτρως, τῇ τῶν τρεφόντων αὐτὰς περιττωμάτων ἀφθονίᾳ. τὸ μὲν γὰρ μόριον αὐτὸ τοῦ σώματος ἐν ᾧ γίνονται, ξηρόν. ὅλον γὰρ τὸ κρανίον ὀστεῖνόν ἐστι. τὸ δὲ περικείμενον αὐτῷ δέρμα, τοσούτῳ ξηρότερον τοῦ κατὰ τὸ λοιπὸν σῶμα δέρματος ἅπαντος, ὅσῳπερ καὶ σκληρότερον. ἀναφέρεται μέντοι πλῆθος οὐκ ὀλίγον, ἔκ τε τῶν κατὰ τὸν ἐγκέφαλον, ἤδη δὲ κἀξ ὅλου τοῦ σώματος αἰθαλωδῶν περιττωμάτων.

interim verò exhalatio satis valens est, sed duriore quàm par est cutis natura recta ferri regione prohibita, in latus flectitur quemadmodum & extrinsecus videre licet, non halitum modò aut fumum, sed etiam flammam ipsam cùm sursum agi vetatur, diuisam vtróque versus in obliquum agi. Sic igitur corporis exhalatio vbi in aliquo loco remoratur prorsúmque agi prohibetur, obliquum sibi transitum sub cute molitur, donec longiore temporis spatio collectam aliquid eam vrgeat, & foras efflatu agat. Est quando ambobus coëuntibus & primæ exhalationis quæ meatum finxit imbecillitate & cutis duritie, obliquitas pilorum radicibus contingit: quales autem in radice finguntur, tales rationabile est perpetuò fore, neque enim durorum & siccorum corporum quippiam, nisi priùs molliatur, fingi in rectum potest. Atque hæc quidem est pilorum generatio. Sequens est vt causas omnium quæ temperamentis in pilorum pro ætate, regione & corporis natura differentiis contingunt, dicamus. Ergo Ægyptij, Arabes & Indi, omnes denique qui calidam & siccam regionem incolunt, nigros, & difficilis incrementi, siccos, crispos & fragiles pilos habent. Contrà qui humidam frigidámque regionem habitant, Illyrij, Germani, Dalmatæ, Sarmatæ & omnis Scythica plaga, modicè auctiles & graciles, & rectos, & rufos obtinent. Qui verò inter hos temperatum colunt tractum, hi pilos plurimi incrementi, & robustissimos, & modicè nigros, & mediocriter crassos, tum nec prorsus crispos, nec omninò rectos edunt. Et in ætatibus ad eundem modum. Infantium quidem pili, Germanis: florentium ætate, Æthiopibus: epheborum & puerorum iis qui temperatum locum incolunt, in robore, crassitudine, magnitudine & colore ad portionem se habent. In corporum quoque naturis ad ætatum & regionum portionem pili se habent. Pueri enim admodum parui, nudi sunt pilis, quòd vtique nec meatus adhuc vllus illis in cute est nec fuliginosum excrementum: incipientes autem pubescere, paruos & imbecillos exigunt: at qui iam florent, valentiores, multos, & magnos, & nigros habent, quòd & frequentes iam meatus iis sunt facti, & fuliginosis excrementis præ siccitate & calore abundant. Cæterùm pili qui in capite, superciliis & ciliis habentur, etiam pueris nobis innascuntur: siquidem generatio iis est, non qualis herbis, sed qualis stirpibus, prima ratione à natura conditis, non temperamentum ex necessitate sequentibus, sicuti in libris de vsu particularum est monstratum. Verum hi quoque quòd quidem sint, id naturæ arti acceptum ferunt: quòd nigri rufive vel alio quovis sint colore, id ætatis temperamento omnino debent. Subrufi enim ferè sunt, quoniam quod in meatibus est impactum nondum totum est nigrum, quippe cùm humiditas multa sit & transitus facilis & deustio imbecilla. Boni verò incrementi & modicè crassi sunt, propter excrementorum quibus aluntur copiam: quippe ipsa pars corporis in qua fiunt sicca est, tota namque calua ossea est, cutis verò quæ illi est circumdata tantò reliqua totius corporis cute est siccior, quantò etiam est durior: ascendit tamen tum ab iis quæ circa cerebrum sunt, tum verò ex toto corpore fuliginosi excrementi non parua vis.

Quò fit vt quale ætate florentibus totum est corpus, eiusmodi iam infantibus sit capitis cutis: eóque rationabilius nonnulli procedente tempore calui redduntur, quibus scilicet à primo ortu siccior cutis erat: quippe monstratum priùs est senescentium partes omnes siccescere. Fit autem cutis non paucis veluti testacea, vbi supra iustum fuerit siccata: in ea verò, sicut ex prioribus constat, nihil nasci potest: etenim etiam interna manuum, & inferna pedum, semper glabra & pilorum expertia sunt, quod siccissimus densissimúsque sit tendo is qui sub cute habetur. Quibus autem ad summam siccitatem cutis capitis non peruenit, imbecilli his albíque omninò pili fiunt, quos vulgò canos appellant: imbecilli quidem, conuenientis alimenti penuria: albi verò propterea quod alimentum quo aluntur, veluti situs est pituitæ quæ temporis spatio computruit. Vbi enim meatus etiamnum manet, excrementum verò exiguum est & lentum ac languidè à calore propellitur, non dissimiliter putredini in eo afficitur. Iam calui fiunt homines cùm senescunt à sincipite magis, canescunt magis à temporibus: quoniam illud omnium capitis partium est siccissimum, hæret enim cutis illic ossi nudo: tempora verò humidiora sunt, quòd in his musculi magni sub cute habeantur, omnis autem musculus carnosus sit, caro tum osse tum cute humidior.

ὥσθ' ὅπερ τοῖς ἀκμάζουσιν ὅλον γίνεται τὸ σῶμα, τοιοῦτο ἤδη τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς ἐστι τοῖς βρέφεσι. εὐλόγως οὖν ἔνιοι φαλακροῦνται, τοῦ χρόνου προϊόντος, οἷς ἐξ ἀρχῆς ἦν σκληρότερον τὸ δέρμα. δέδεικται γὰρ ἔμπροσθεν, ὡς τῶν γηρασκόντων ἅπαντα ξηραίνεται τὰ μόρια. γίνεται δὴ πολλοῖς ὀστρακῶδες τὸ δέρμα, ἐπὶ πλέον ἢ δεῖ ξηρανθέν. ἐν τοιούτῳ δὲ οὐδὲν φύεσθαι δύναται, καθ' ὅ,τι καὶ διὰ τῶν ἔμπροσθεν ὡμολόγηται. καὶ γὰρ δὴ καὶ τῶν χειρῶν τὰ ἔνδον, ὥσπερ καὶ τὰ κάτω τῶν ποδῶν, ἀεὶ ἄτριχα καὶ ψιλά, ξηροτάτου καὶ πυκνοτάτου τοῦ κατ' αὐτὰ τένοντος ὄντος, ὃς ὑποτέτακται τῷ δέρματι. ὅσοις δὲ εἰς τέλος ξηρότητος οὐκ ἀφικνεῖται τὸ δέρμα τῆς κεφαλῆς, ἄρρωστοι τούτοις γίνονται, καὶ λευκαὶ πάντως αἱ τρίχες, ἃς ὀνομάζουσιν οἱ ἄνθρωποι πολιάς. ἄρρωστοι μὲν, ἐνδείᾳ τῆς οἰκείας τροφῆς, λευκαὶ δὲ, διότι καὶ τρέφον αὐτὰς, τοιοῦτον οἷον εὐρῶς τις φλέγματος ἐν χρόνῳ διασαπέντος. ὅταν γὰρ ὁ μὲν πόρος ἔτι μένῃ, τὸ περίττωμα δὲ ὀλίγον ᾖ, καὶ γλίσχρον, ἀρρώστως δὲ ὑπὸ τῆς θερμασίας ὠθῆται πρόσω, πάσχει τι παραπλήσιον ἐν τῷδε σηπεδόνι. καὶ δὴ φαλακροῦνται μὲν μᾶλλον τὸ βρέγμα, γηράντες οἱ ἄνθρωποι. πολιοῦνται δὲ τοὺς κροτάφους μᾶλλον, ὅτι τὸ μὲν ξηρότατόν ἐστι τῶν μορίων ἁπάντων τῆς κεφαλῆς. ἐπὶ γὰρ ὀστῷ τὸ δέρμα ταύτῃ ψιλῷ. οἱ κρόταφοι δὲ ὑγρότεροι· μύες γὰρ ἐνταῦθ' εἰσὶν ὑπὸ τῷ δέρματι μεγάλοι, σαρκώδης δὲ πᾶς μῦς. ἡ δὲ σὰρξ ὀστοῦ καὶ δέρματος ὑγροτέρα.

CAPVT VI.

De vniuersi corporis temperatura dignoscenda.

Est autem ei quod dicimus diligenter attendendum, ne imprudentes nosmetipsos fallamus, sicuti se fallunt multi ex iis qui optimi visi sunt medici: qui si quem caluum viderint, statim huic siccum esse totius corporis temperamentum putant. Neque enim simpliciter ita coniectare oportebat: sed priùs illud definire præstiterat, humanum corpus, in aliis æquabili per totum temperamento esse: in aliis nec iis paucis, inæquabiliter esse affectum, cùm eorum aliæ particulæ mediocri & iusto sint humidiores, aliæ frigidiores, aliæ sicciores, aliæ calidiores, aliæ prorsus temperatæ ac mediocres: Porrò huic maximè esse attentos conuenit, vbi corporis temperiem æstimamus. Quippe si totum corpus æquabiliter concinnum sit, omnémque partium inter se commoderationem, in longitudine, latitudine & altitudine seruet, potest vtique æquabiliter attemperatum esse id corpus: at sicui corpori thorax, collum & humeri maximi sunt, lumbi parui angustíque & crura gracilia atque sicca, quomodo id dixeris omnibus particulis similiter affectum? Quin si crura ei crassa sint & lumbi lati, thorax verò angustus, ne id quidem omnibus partibus æquabiliter est temperatum. Sunt alia corpora quibus maximum est caput, alia quibus paruum, quale passeribus: iam crura aliis blæsa, aliis vara: artuum quoque extrema aliis gracilia sunt, aliis crassa: & thorax aliis (vt dictum est antea) latus, aliis tabulæ ritu angustus, quos σανιδώδεις vocant: vbi verò opertæ scoptulæ illis sine carne nudæque planè sunt, & alarum more pronæ, nominantur à medicis eiusmodi naturæ πτερυγώδεις. Quantopere hæ sint vitiatæ deperdito his paulò minùs omni

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ τοῦ τὴν τοῦ ὅλου σώματος κρᾶσιν διακρίνεσθαι.

A qui scilicet adhuc non videat, sed quòd venari queat, si ad iustum perueniat incrementum, sic nominatur. Ac maximè quidem propriè sola ea potestate esse dicimus, in quibus natura ipsa suopte impetu ad absolutionem venit, vtique si nihil ei extrinsecus impedimento sit: præterea quæcunque eorum quæ fiunt continentes materiæ sunt. Nec refert continentes an conuenientes an proprias dicas, quippe cùm ex his omnibus indicetur quod propinquum est, quódque nec alia intercedente mutatione sic dicitur: verbi gratia, cùm sanguinem potestate carnē appellas, quoniam minimam mutationem ad carnis generationem requirat. B At non qui in ventriculo habetur concoctus cibus, continens carnis materia est: sed priùs fit sanguis oportet. Longiùs etiam absunt maza & panis, quippe quæ vt caro fiant, tres sui mutationes requirãt, cæterùm hæc quoque omnia potestate caro dicũtur: etiam ante hæc ignis, aër, aqua & terra: etiam horũ ipsorum cõmunis materia. Atq; hæc quidē omnia magis minúsve abusiuè loquentibus nobis dicuntur. Primus autē modus eorum quæ potestate esse aliquid dicuntur, maximè est proprius. Proximus huic est eorum quæ sunt propinqua materia, veluti si fumidā exhalationem flammam esse aut halitum C aërem potestate dixeris. Dicitur autem aliquando potestatę esse & quod ei quod ex accidenti dicitur ex aduerso positum, vt si carnosi quis iuuenis in frigida lauationē corpus eius ex accidenti, nõ ex propria potestate, calfacere dicat. Ergo tot modis etiã potestate calida, frigida, humida & sicca dicentur. Dubitabitur quoq; non absurdè, cur castoreũ, vel euphorbium, vel pyrethrum, vel struthion, vel nitrum, vel misy, calida esse dicamus: rursus lactucã, vel cicutã, vel mandragoram, vel salamãdram, vel papauer frigida: vtrúmne sub prædictis iam modis cõprehendãtur, an alia quapiã ratione dicãtur quæ D dicta nondũ sit. Bitumen namq;, resina & seuum, & oleũ & pix calida potestate sunt, quòd vtique energia calida celerrimē fiãt, etenim celerrimè inflammãtur. præterea cùm corporibus nostris admouẽtur, ea manifestissimè calfaciunt. at chalcitis, misy, sinapi, nitrũ, acoron, meon, costus & pyrethrũ, cùm nobis sũt admota, calefacere apta sunt, alia magis, alia minùs: non tamen sunt idonea quæ in flammã vertantur. An igitur seipsos fallunt qui id solum æstimant, an aliqua non facilè in flammã transmutẽtur? quos vtiq; non sic, sed an non vertantur in prunã æstimare oportebat, cùm sit pruna ignis non minùs quàm flamma: hoc tamē discrimine, quòd aëre E vel aëreo quopiam in ignem mutato, flamma: terra vel terrea re aliqua accensa, fit pruna. At hactenus quidem consentire secum sermo omnino videtur: siquidem videntur medicamenta ea quæ vbi ignē attigerint, facilè accendũtur, nos quoque excalfacere, nisi si quod propter crassitiē intra corpus non facile assumitur: (differetur enim de his latiùs in libris de medicamentorũ viribus:) quæcunq; tamen medicamenta nostrũ corpus excalfacere videntur, ea promptè vertuntur in ignē. At quomodo igitur, inquiunt, tangentibus non sentiuntur calida? Hoc haud scio cur dicant: nam si energia ac iam nunc F calidum esse prædictorum quidq; diceremus, profectò mirari liceret quomodo tangentibus nõ appareant calida: nũc quòd possint facilè calida esse, idcirco ea potestate talia vocamus: Itaq; nihil miri si eos qui ea tangũt nondũ calfaciant. Veluti enim nec ignis ipse augetur priùs quàm ab eo ligna sint mutata, quòd aliquo temporis spatio omnino fit,

ita nec animantium calor à medicamentis, nisi illa priùs ab ipso sint mutata. Quippe alio genere calefit is qui ab igne vel Sole intepescit, alio is qui à prædictorum quouis medicamentorum: illa namque actu sunt calida, medicamenta nequaquam: itaque nec calfacere nos valent priùs quàm actu talia fiant: ac quod actu talia sint, id à nobis accipiunt, veluti sicci calami ab igne. Ita verò & ligna ex sua quidem natura frigida vniuersa: sed quæ sicciora sunt & gracilia, ea facilè mutantur in ignem: quæ humidiora sunt & crassa, spatio egent maiore. Nihil igitur miri est si medicamenta quoque primùm quidem in parua & tenuia frangi postulant: secundo loco vt tempore aliquo, tametsi etiam minimo corpori nostro quo calida fiant sint adiuncta. Tu verò, si ea nec comminuta nec priùs calfacta, calida tamen iam fieri censes quid significet quod potestate calidum dicimus, parum mihi meminisse videris: sic enim ea exploras tanquam energia sint calida. Sed nec illud mirum si quò recalfaciant, calefieri ipsa priùs postulent, cum idem fieri cernatur & in lignorum exemplo: quippe hæc vanescentem aliàs morientémque flammam tum seruant, tum verò augent dum ab hac ipsa priùs calefiunt. Non est igitur alienum calorem qui in animantibus habetur, eiusmodi medicamentis quasi alimento quodam vti, quemadmodum ignis vtitur lignis, quippe id ita quoque fieri cernimus. Si verò perfrigerato corpori, eorum quoduis quantumuis diligenter comminutum inspergas, prorsus non calefit. Proinde quæ refrigeratæ partes sunt, eas eiusmodi medicamentis plurimùm perfricamus, vnà calorem perfricando excitantes: vnà rarum quod priùs frigore fuit densum reddentes, quò scilicet tum introrsum pharmacum penetret, tum naturali animantis calori coniunctum mutetur ac calefiat: quippe cuius si particula quæpiam vel minima calorem energia concipiat, hunc deinde in totum per continuitatem porrigat, perinde ac si ex parua scintilla tædam summam accendas, siquidem hanc vniuersam ignis depascitur facilè, nihilo ampliùs scintillam requirens. Quicquid igitur potestate calidum est, huic nondum quidem in natura sua calidum frigido præpollet, sed in propinquo est vt præpolleat, adeò vt breuem opem quò vincat, extrinsecus requirat: hanc illi modò frictio abunde præstare potest, modò vel ignis vel corporis alicuius natura calidi contactus. Non est igitur tam arduum rationem reddere quid causæ sit, cur alia protinus, vt corpus nostrum contigêre, recalfacere id possint, alia post longius id efficere spatium: quippe ex iis quæ igni appropinquant, alia statim accenduntur, veluti ellychnium & tenuis tæda & pix & siccus calamus: alia nisi diutiùs sunt admota non vincuntur, sicut viride lignum. Illud potiùs definiamus cuius vtique demonstratio cùm de naturalibus potentiis agemus, tradetur: ex hypothesi nunc quóque propositorum causa eo vtemur, quatuor nimirum dicentes omnis corporis proprias facultates esse, vnam familiarium tractricem, alteram eorum omnium retentricem, tertiam alteratricem, & quartam post has quæ alieni sit segregatrix: easdémque facultates esse totius in quouis corpore substantiæ, quam etiam constare ex calido, frigido, humido & sicco inter se mixtis dicimus.

A κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς ζώοις θερμασίαν, εἰ μὴ πρότερον ἀπ' αὐτῆς ἐκείνης τὰ φάρμακα μεταβληθῇ. καθ' ἕτερον μὲν γὰρ τρόπον ὁ παρὰ πυρὶ θαλπόμενος, ἢ ἐν ἡλίῳ, θερμαίνεται. καθ' ἕτερον δὲ, ὁ ὑφ' ἑκάστου τῶν εἰρημένων φαρμάκων. ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἐνεργείᾳ θερμά, τῶν φαρμάκων δὲ οὐδέν. οὔκουν οὐδὲ θερμαίνειν ἡμᾶς δύναται, πρὶν ἐνεργείᾳ γενέσθαι τοιαῦτα, τὸ δ' ἐνεργείᾳ, παρ' ἡμῶν αὐτῶν λαμβάνει. καθάπερ γὰρ οἱ ξηροὶ κάλαμοι, παρὰ τοῦ πυρός, οὕτω καὶ ξύλα, ψυχρὰ μὲν ἅπαντα, κατά γε τὴν αὐτῶν φύσιν, ἀλλὰ τὰ μὲν ξηρότερά τε, καὶ σμικρά, ῥα-
B δίως εἰς πῦρ μεταβάλλει. τὰ δ' ὑγρότερά τε, καὶ μεγάλα, χρόνου δεῖται πλείονος. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν, εἰ καὶ τὰ φάρμακα, πρῶτον μὲν εἰς μικρὰ καὶ λεπτὰ καταθραυσθῆναι δεῖται, δεύτερον δὲ χρόνῳ τινί, κἂν ἐλαχίστῳ, τοῖς σώμασιν ἡμῶν ὁμιλῆσαι, πρὸς τὸ γενέσθαι θερμά. σὺ δ' εἰ μήτε καταθραύσας αὐτά, μήτε θερμήνας πρότερον, ἀξιοῖς ἤδη γενέσθαι θερμά, τί ποτε σημαίνει τὸ δυνάμει θερμόν, ἐπιλελῆσθαί μοι δοκεῖς. ὡς οὖν ἐνεργείᾳ θερμὰ βασανίζεις αὐτά; καὶ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο θαυμαστόν, εἰ θερμανθῆναι δεῖται πρότερον, ἵν' ἀντιθερμάνῃ. γίνεται γὰρ δὴ τοῦτο, καὶ κατὰ τὴν τῶν ξύ-
C λων εἰκόνα. τὴν γοῦν ἀποσβεννυμένην φλόγα, διασώζει τε ἅμα, καὶ αὔξει, θερμαινόμενα πρότερον ὑπ' ἐκείνης αὐτῆς. ἔοικεν οὐδὲν ἀπεικός ἐστιν, οὐδὲ τὴν ἐν τοῖς ζώοις θερμασίαν, οἷον τροφῇ τινι χρῆσθαι τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις, ὡς τὸ πῦρ τοῖς ξύλοις. οὕτω γὰρ δὴ καὶ φαίνεται γινόμενον. εἰ δὲ κατεψυγμένῳ σώματι περιπάττοις ὁποιονοῦν αὐτῶν, ἀκριβῶς λεπτὸν ἐργασάμενος, οὐδ' ὅλως θερμαίνεται. καὶ διὰ τοῦτο, τρίβομεν ἐπὶ πλεῖστον τὰ κατεψυγμένα μόρια τοῖς τοιούτοις φαρμάκοις, ἅμα μὲν ἀνάπτοντες τῇ τρίψει θερμασίαν, ἅμα δ' ἀραιὸν ἐργασάμενοι τὸ τέως ὑπὸ τῆς ψύξεως πεπυκνωμένον,
D ἵνα τε εἴσω δύῃ τὸ φάρμακον, καὶ ὁμιλοῦν τῷ συμφύτῳ τοῦ ζώου θερμῷ, μεταβάλληταί τε, καὶ θερμαίνηται. καὶ γὰρ εἰ μόριον αὐτοῦ τι σμικρότατον, ἐνεργείᾳ κτήσαιτο τὴν θερμασίαν, εἰς ἅπαν οὕτω διαδίδωσι, κατὰ τὸ συνεχές, ὡς εἰ καὶ τῆς δᾳδὸς ἅψαις τὸ ἄκρον, ἀπὸ σμικροῦ σπινθῆρος. ἅπασαν γὰρ καὶ ταύτην ἐπινέμεται ῥᾳδίως τὸ πῦρ, οὐδὲν ἔτι τοῦ σπινθῆρος δεόμενον. ἕκαστον μὲν οὖν τῶν δυνάμει θερμῶν, οὔπω μὲν ἐν τῇ φύσει πλεονεκτοῦν ἔχει τὸ θερμὸν τοῦ ψυχροῦ. πλησίον δὲ ἤδη τοῦ πλεονεκτεῖν ἐστιν, ὥστε βραχείας τῆς ἔξωθεν ἐπικουρίας δεῖσθαι πρὸς τὸ κρατῆσαι. καὶ ταύτην αὐτῷ, ποτὲ μὲν ἡ τρί-
E ψις ἱκανὴ παρέχειν ἐστί, ποτὲ δ' ἤτοι τὸ πῦρ, ἤ τι τῶν φύσει θερμῶν σωμάτων ἁπτόμενον. ἔοικεν οὐδὲν θαυμαστὸν εἰπεῖν, διά τι τὰ μέν, εὐθὺς ἅμα τῷ ψαῦσαι τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀντιθερμαίνειν αὐτὸ πέφυκε, τὰ δέ, ἐν πλείονι χρόνῳ δρᾷ τοῦτο. καὶ γὰρ καὶ τῶν πλησιαζόντων τῷ πυρί, τὰ μὲν εὐθὺς ἐξάπτεται, καθάπερ ἡ θρυαλλίς, καὶ ἡ δᾲς ἡ λεπτή, καὶ ἡ πίττα, καὶ ὁ κάλαμος ὁ ξηρός, τὰ δ' εἰ μὴ πολλῷ χρόνῳ πλησιάσειεν, οὐ νικᾶται, καθάπερ τὸ ξύλον τὸ χλωρόν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐκεῖνο διελέσθαι δικαιότερον, οὗ τὴν μὲν ἀπόδειξιν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ἐροῦμεν. ἐξ ὑποθέσεως δ' αὖ, ἕνεκα τῶν
F προκειμένων, καὶ νῦν αὐτῷ χρησόμεθα, τέσσαρας εἰπόντες εἶναι παντὸς σώματος δυνάμεις οἰκείας, ἑλκτικὴν μὲν τῶν οἰκείων μίαν, ἑτέραν δὲ τὴν τῶν αὐτῶν καθεκτικήν, καὶ τρίτην ἀλλοιωτικήν, καὶ τετάρτην ἐπ' αὐταῖς τῶν ἀλλοτρίων ἀποκριτικήν, εἶναί τε τὰς αὐτὰς δυνάμεις ὅλης τῆς οὐσίας ἑκάστου τῶν σωμάτων, ἣν ἐκ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ κεκρᾶσθαι φαμέν.

ἐπειδὰν δὲ κατὰ μίαν ἡντιναοῦν τῶν ἐν αὐτῷ ποιοτήτων, τὸ σῶμα μεταβάλλῃ τὸ πλησιάζον, οὔτε καθ' ὅλην ἐνεργεῖν αὐτὸ τηνικαῦτα τὴν οὐσίαν ὑποληπτέον, οὔτ' ἐξομοιωθῆναι δύναται τὸ μεταβαλλόμενον, ὥστ' οὐδὲ θρέψειεν ἄν ποτε τὸ οὕτω μεταβληθὲν, οὐδὲν τῶν μεταβαλλόντων. εἰ δ' ἐκεῖνο μεταβάλλοι, τουτέστι καθ' ὅλην ἑαυτοῦ τὴν οὐσίαν ἐνεργήσῃ, ἐξομοιώσειεν ἂν οὕτως ἑαυτῷ, καὶ τραφείη πρὸς τοῦ μεταβληθέντος. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι θρέψις ἐστὶ παρὰ τὴν τελείαν ὁμοίωσιν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Διαφορὰ τῶν εἴσω τοῦ σώματος ἡμῶν λαμβανομένων.

Ἐπειδὴ δὲ τοῦτο διώρισται, πάλιν ἐκεῖθεν ἀρκτέον τοῦ λόγου. τῶν ζώων ἕκαστον, οἰκείαις τρέφεται τροφαῖς, οἰκεία δ' ἐστὶν ἑκάστῳ τροφὴ, πᾶν ὅ, τι ἂν ἐξομοιωθῆναι δύναται τῷ τρεφομένῳ σώματι. χρὴ τοίνυν ὅλην τὴν οὐσίαν τοῦ τρέφοντος, ὅλῃ τῇ τοῦ τρεφομένου φύσει, κοινωνίαν τέ τινα καὶ ὁμοιότητα κεκτῆσθαι, πάντως οὐκ ὀλίγης οὐδ' ἐνταῦθα τῆς κατὰ τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον ὑπαρχούσης ἐν αὐτοῖς διαφορᾶς. τὰ μὲν γὰρ μᾶλλον οἰκεῖά τέ ἐστι καὶ ὅμοια, τὰ δ' ἧττον, ὥστε καὶ τῆς κατεργασίας, τὰ μὲν ἰσχυροτέρας τε, καὶ πολυχρονιωτέρας, τὰ δ' ἀσθενεστέρας τε ἅμα, καὶ ὀλιγοχρονιωτέρας προσδεῖται. τὸ μὲν οὖν ὀρνίθων κρέας, ἐλάττονος, τὸ δὲ χοίρων πλείονος, τὸ δὲ βόειον, ἔτι πλείονος. ἐλαχίστης δὲ δεῖται μεταβολῆς εἰς ἐξομοίωσιν οἶνος, ὅθεν καὶ τρέφει, καὶ ῥώννυσι τάχιστα. πάντως μὲν οὖν καὶ τοῦτον ὁμιλῆσαι χρὴ τοῖς πεπτικοῖς ὀργάνοις, γαστρί τε, καὶ ἥπατι καὶ φλεψὶν, ἐν οἷς προκατεργασθεὶς, τρέφειν ἤδη δύναται τὸ σῶμα. πρὶν δὲ τῆς ἐν τούτοις μεταβολῆς ἐπιτυχεῖν, οὐχ οἷόν τ' αὐτὸν τροφὴν ζώου γενέσθαι, κἂν εἰ δι' ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἐπικείμενος ἔξωθεν εἴη τῷ σώματι. πολὺ δέ τι μᾶλλον ἄρτος ἔξωθεν ἐπικείμενος, ἢ τεῦτλον, ἢ μάζα, τρέφειν ἀδύνατον. τὰ μὲν οὖν ὁμοιούμενα πάντα, τροφαί. τὰ δ' ἄλλα σύμπαντα, φάρμακα καλεῖται. διττὴ δὲ καὶ τούτων ἡ φύσις. ἢ γὰρ οἷα προσελήφθη διαμένοντα, νικᾷ καὶ μεταβάλλει τὸ σῶμα, καθ' ὃν τρόπον ἐκεῖνο τὰ σιτία, καὶ ταῦτα πάντως φάρμακα δηλητήριά τε, καὶ φθαρτικὰ τῆς τοῦ ζώου φύσεώς ἐστιν. ἢ μεταβολῆς ἀρχὴν παρὰ τοῦ σώματος λαβόντα, σήπεται τοὐντεῦθεν ἤδη, καὶ διαφθείρεται, κἄπειτα συνδιαφθείρει τε, καὶ σήπει τὸ σῶμα. δηλητήρια δέ ἐστιν ἔτι καὶ ταῦτα. τρίτον δ' ἐστὶν ἐπ' αὐτοῖς εἶδος φαρμάκων, τῶν ἀντιθερμαινόντων μὲν τὸ σῶμα, κακὸν δ' οὐδὲν ἐργαζομένων. καὶ τέταρτον, ὅσα καὶ ποιοῦντά τι, καὶ πάσχοντα, νικᾶται τῷ χρόνῳ, καὶ τελέως ἐξομοιοῦται. συμπέπτωκε δὲ καὶ τούτοις, ἅμα τε φαρμάκοις εἶναι καὶ τροφαῖς. θαυμαστὸν δ' οὐδὲν εἰ βραχείας ἀφορμῆς ἔνια λαβόμενα, μεγίστην ἐκτροπὴν ἴσχει τῆς ἀρχαίας φύσεως· ὁρᾶται γοῦν καὶ τῶν ἔξω πολλὰ τοιαῦτα. κατὰ μὲν γὰρ τὴν ἐπὶ τῆς Ἀσίας Μυσίαν, οἰκία ποτὲ κατεκαύθη τρόπῳ τοιῷδε. κόπρος ἀπέκειτο περιστερῶν, ἤδη σεσηπυῖα, καὶ τεθερμασμένη, καὶ ἀτμὸν ἀναπέμπουσα, καὶ ἁπτομένοις ἱκανῶς θερμή. ταύτης δὲ πλησίον ἦν, ὡς καὶ ψαύειν ἤδη, θυρὶς ἔχουσα ξύλα νεωστὶ καταληλιμμένα ῥητίνῃ πολλῇ. θέρους οὖν μέσου, λάβρος ἥλιος προσβαλὼν, ἐξῆψε τὴν ῥητίνην τε, καὶ τὰ ξύλα. κἀντεῦθεν ἤδη θύραι τινὲς ἕτεραι πλησίον ὑπάρχουσαι, καὶ θυρίδες ἔναγχος ἐξαληλιμμέναι ῥητίνῃ, ῥᾳδίως διεδέξαντο τὸ πῦρ, καὶ μέχρι τῆς ὀροφῆς ἐξέτειναν.

Vbi igitur corpus vna qualibet earum quas in se habet qualitatum, corpus quod sibi admouetur, demutat, nec ipsum hoc tota substantia suâ existimandum est agere: nec quod ab ipso mutatur, posse ei assimilari: quare nec vnquam nutriet quod ita mutatum est, id quod se mutauit: & si illud admodum mutet, id est si tota substantia operetur, vtiq; tum sibi assimilabit id quod mutatur, tum ab eo nutrietur: neque enim aliud nutritio est, quàm assimilatio perfecta.

CAPVT II.

Differentia rerum quæ intra corpus nostrum assumuntur.

Quoniam autem hoc definitum est, deinde rursus incipiendum. Omne animal conueniente sibi nutritur alimento, conueniens autem cuique alimentum est, quicquid assimilari corpori quod nutritur potest. Oportet igitur toti nutrientis substantiæ cum tota nutriti natura communio aliqua similitudóque sit prorsus hic quoque non paruo excessus defectúsque subsistente in ipsis discrimine, cùm alia magis consentiētia similiáque sint, alia minùs. Proinde etiam alia conficiendi opere valentiore ac diuturniore, alia minore ac breuiore egent: auium caro minore, suilla maiore, bubula etiā hac maiore. Vinum verò vt assimiletur mutationem desiderat minimam: quò fit, vt tum nutriat, tum roboret celerrimè: porrò id quoque in concoquendi instrumentis, ventriculo, iecinore & venis, prorsus aliquandiu moram traxerit oportet, in quibus scilicet præparatum nutrire corpus iam queat: ante verò quàm in his sit demutatū, fieri non potest vt animalis corpori sit nutrimentum, etiamsi per totum diem ac noctem extrinsecus super corpus sit impositum. Multóque minùs panis vel beta vel maza foris imposita nutriat. At quæ quidem assimilant, omnia nutrimenta vocantur: reliqua omnia medicamenta. Est porrò & horum natura duplex. Quippe vel cuiusmodi sunt assumpta, eiusmodi etiam permanentia vincūt mutántq; corpus ad eum modum quo id cibos: atq; hæc prorsus tum venenosa, tum naturæ animalis corruptricia pharmaca sunt: Vel mutationis initiū ab animalis corpore consequuta, deinceps iam putrescunt, ac corrumpuntur: deinde corpus quoque vnà corrūpunt, ac putrefaciunt: sunt autem hæc quoq; venenosa. Est his etiā ampliùs tertia medicamentorum species, eorum nimirū quę corpus recalfaciunt quidē, mali tamen nihil afferunt. Est & quarta eorum species quæ & agunt & patiuntur aliquid, sed tandem vincuntur planéq; assimilantur: accidunt porrò his vt tam medicamenta sint, quàm nutrimenta. Nihil autem miri est si exiguum consequuta momentum aliqua maximam à priore natura mutationem habent: cernuntur enim eiusmodi multa in iis quæ extra nos sunt: siquidem in ea Misya, quæ est Asiæ pars, domus hac aliquando ratione conflagrauit. Erat proiectum columbinum stercus, cui iam putri & excalfacto ac vaporem remittenti, & tangentibus admodū calido, in propinquo fenestra fuerat, ita vt iam contingeret eius ligna quæ largè nuper illita resina fuerant. Media igitur æstate cùm Sol plurimis incidisset, accendit tum resinā, tum ligna: hinc autem & fores quædam alię quæ prope fuerūt & fenestræ, nuper etiam resina illitæ facile ignem conceperant, atque ad tectum vsque submiserant:

vbi autem excepta semel à tecto est flamma, celeriter in totam domum est grassata. Hoc (arbitror) modo aiunt & Archimedẽ hostium triremes vrentibus speculis incendisse. Porrò succenditur his promptè lana, stuppa, ellychnium, ferula, quicquid denique similiter his siccum rarúmq; est. Flammã edunt & lapides attriti, atque hoc magis, siquis sulphure illos illeuerit. Eiusmodi erat medicamentũ Medeæ, quippe quod quibus est illitum, omnia vbĩ in id incidit calor, accendit: constat id ex sulphure & humido bitumine. Iam illud ceu rem mirandam quidam ostentauit: extinxit lucernã, ac rursus muro admouens accendit: alter lapidi eam admouit: fuerant autem tum murus, tum lapis sulphure cõtacti: quod vbi deprehensum est, desiit mirum videri, quod ostentabatur. Ergo omnia id genus medicamina perfectè calida adhuc non sunt, aptissima tamen vt calida fiãt, atq; idcirco potestate calida dicuntur. Ac de his quidẽ nulla est dubitatio: sed nec cur vinum potum quidem, valenter corpus calfaciat, cuti autem impositum non calfaciat: monstratum enim superiùs paulò est, id non simpliciter vt calidum medicamẽtum, immo vt conueniens nutrimentum, calfacere animal. Tanquam enim idoneum ignis alimentum, ignẽ ipsum auget, ita quicquid corporum natura calidorum proprium, & naturale est nutrimentũ, id ea semper non solum roborabit, sed etiam insitum eorum calorẽ augebit: atq; id quidem omnis nutrimenti communis effectus est. Vino autem præter cæterea proprium ac suum est mutationis celeritas, ita vtiq;, vt tedæ, ellychnio, stuppæ, pici. Iam verò ab ignis exemplo nõ digressi, admoneamus rursus de lignis humidis quæ ipsa quoq; ignis nutrimentum sunt, cæterum non statim aut cõtinuo, eóque sæpenumero multa igni iniecta non solum flammam quasi sopiunt, sed etiam, si imbecilla est & parua, corrumpendæ quoque eius periculum afferunt. Sic profectò & in animalibus cibi, qui vt prorsus assimilentur & corpus nutriãt, spatio egent, ij frigus vniuersi potiùs, quàm calorem, afferre in pręsenti videntur: cæterùm calfaciunt hi quoque tandem nõ secus, ac reliqui cibi, si semel, vt corpus nutriant, sint consequuti: omne enim nutrimentum, quatenus nutrimẽtum est, animalis calorem auget. At, si deuoretur quidem vt nutrimentum, nec tamen superetur neque assimiletur, id erit quod Hippocrates dixit, nomine quidẽ nutrimentum re autem minime: quippe cum trifariam nutrimentũ dicatur, sicut ipse docuit his verbis. Nutrimẽtum est & quod nutrit: & quod veluti nutrimentum est, & quod futurum nutrimentũ est. Quod vtique iam nutrit, & corpori adiungitur, nec amplius futurum est, id propriè nutrimentum nominatur, idem verò & corpus, quod nutrit, omnino excalfacit: quod reliquorũ neutrum facit, quod scilicet proprie nutrimenta non sint, sed alterũ eorum veluti nutrimentum, alterũ tale futurum. Proinde nec vinum ipsum semper animal calfacit, æquè, vt nec oleum flammã accendit, tametsi aptissimum est ignis nutrimentum: immo, si imbecillæ, & exiguæ flammæ cõfertim multum oleum infundas, suffocabis eam, prorsúsque extingues potius, quàm augebis. Sic igitur & vinum, vbi plus bibitur, quàm vt vinci possit, tantùm abest, vt animal calfaciat, vt etiam frigidiora vitia gignat, quippe apoplexiæ, & paraplexiæ, & quæ caros & comata vocamus, & neruorũ resolutio, & comitiales morbi, & cõuulsiones, & tetani, immodicũ vini potum comitãtur: quorũ vnumquodq; frigidũ est vitium.

ἐπεὶ δ' ἅπαξ ἡ φλὸξ ἐκείνης ἐλάβετο, ταχέως ἐπὶ πᾶσαν ἐνεμήθη τὴν οἰκίαν. οὕτω δή πως, οἶμαι, καὶ τὸν Ἀρχιμήδην, φασὶ διὰ τῶν πυρείων ἐμπρῆσαι τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις. ἀνάπτεται δ' ἑτοίμως ὑπὸ πυρείου, καὶ ἔριον, καὶ στυππεῖον, καὶ θρυαλλὶς, καὶ νάρθηξ, καὶ πᾶν ὅ,τι ἂν ὁμοίως ᾖ ξηρὸν, καὶ χαῦνον. ἐξάπτουσι δὲ φλόγα, καὶ λίθοι παρατριβόμενοι, καὶ μᾶλλον ἂν θείου τις αὐτοῖς ἐπιπάσῃ. καὶ τὸ τῆς Μηδείας δὲ φάρμακον, τοιοῦτον ἦν. πάντα γοῦν ἀνάπτεται προσβαλλούσης θερμασίας οἷς ἂν ἐπαλειφθῇ. σκευάζεται δὲ κἀκεῖνο, διά τε θείου, καὶ τῆς ὑγρᾶς ἀσφάλτου. καὶ μὲν δὴ καὶ ὡς θαυμαστόν τις ἐδείκνυ, ἀποσβεννὺς λύχνον, αὖθις ἧπτε, τοίχῳ προσφέρων. ἕτερος δὲ, λίθῳ προσέφερεν, ἐτεθείωτο δὲ ἄρα καὶ ὁ τοῖχος καὶ ὁ λίθος. καὶ ὡς ἐγνώσθη τοῦτο, θαυμαστὸν οὐκέτ' ἦν τὸ γινόμενον. πάντα οὖν ταῦτα τὰ φάρμακα, θερμὰ μὲν οὔπω τελέως ἐστὶν, ἐπιτηδειότατα μέντοι πρὸς τὸ γενέσθαι θερμά. καὶ διὰ τοῦτο, δυνάμει θερμὰ λέγεται. περὶ μὲν δὴ τούτων, οὐδὲν ἄπορον. ἀλλ' οὐδὲ διὰ τί, πινόμενος μὲν ὁ οἶνος ἰσχυρῶς θερμαίνει τὸ σῶμα, κατὰ δὲ τοῦ δέρματος ἐπιτιθέμενος, οὐ θερμαίνει. δέδεικται γὰρ ὀλίγῳ πρόσθεν, οὐχ ἁπλῶς ὥσπερ θερμὸν φάρμακον, ἀλλ' ὡς οἰκεία τροφὴ, θερμαῖνον τὸ ζῷον. ὡς γὰρ αἱ τοῦ πυρὸς ἐπιτήδειοι τροφαὶ τὸ πῦρ αὔξουσιν, οὕτω καὶ τῶν φύσει θερμῶν σωμάτων, ὅ,τι περ ἂν, οἰκεία τε καὶ σύμφυτος ὑπάρχει τροφὴ, ῥώσει τε διαπαντὸς αὐτὰ, καὶ τὴν ἔμφυτον αὐξήσει θερμασίαν. καὶ τοῦτο μὲν ἁπάσης τροφῆς κοινόν. οἴνῳ δ' ἴδιον ἐξαίρετον ὑπάρχει, τὸ τάχος τῆς μεταβολῆς, ὡς δᾳδὶ, καὶ θρυαλλίδι, καὶ στυππείῳ, καὶ πίττῃ. καὶ δὴ καὶ τῆς εἰκόνος ἐχόμενοι τοῦ πυρὸς, ἀναμνήσομεν αὖθις ξύλων ὑγρῶν, ἃ τροφὴ μὲν ἐστὶ καὶ αὐτὰ τοῦ πυρὸς, ἀλλ' οὐκ εὐθὺς, οὐδ' ἐκ τοῦ παραχρῆμα. καὶ διὰ τοῦτο, ἐπιβληθέντα πολλὰ τῷ πυρὶ, κατακρύπτει τε τὴν φλόγα, καὶ μάλιστ' ἂν ἀσθενὴς ὑπάρχῃ καὶ σμικρὰ, κίνδυνον ἐπάγει φθορᾶς. οὕτως οὖν κἀν τοῖς ζῴοις, ὅσα τῶν ἐδεσμάτων, ἵν' ἐξομοιωθῇ τελέως, καὶ θρέψῃ τὸ σῶμα, χρόνου δεῖται, ψῦχος μᾶλλον ἐπάγειν ἢ θάλπος ἐν τῷ παραχρῆμα φαίνεται. θερμαίνει μὲν ἐν τῷ χρόνῳ καὶ ταῦτα, παραπλησίως τοῖς ἄλλοις ἐδέσμασιν, εἰ μόνον αὐτοῖς προσγένηται τὸ θρέψαι τὸ σῶμα. τροφὴ γὰρ ἅπασα, κατὰ τὸν ἑαυτῆς λόγον, αὔξει τὸ τοῦ ζῴου θερμόν. εἰ δὲ καταποθείη μὲν ὡς τροφὴ, μὴ μέντοι δὲ κρατηθείη, τοῦτ' ἐκεῖνο τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον, εἴη ἂν ὄνομα τροφῆς, ἔργον δ' οὐχί. τριχῶς γὰρ τῆς τροφῆς λεγομένης, ὡς γὰρ αὐτὸς ἐδίδαξε τοῦτ' εἰπών. τροφὴ δὲ τὸ τρέφον, τροφὴ τὸ, οἷον τροφὴ, καὶ τὸ μέλλον. ἡ μὲν ἤδη τρέφουσα, καὶ προστιθεμένη, καὶ μηκέτι μέλλουσα, κυρίως ὀνομάζεται τροφή. καὶ δὴ καὶ θερμαίνει πάντως τὸ τρεφόμενον σῶμα, τῶν δ' ἄλλων οὐδετέρα, διότι μηδὲ τροφαὶ κυρίως εἰσὶν, ἀλλὰ τὸ μὲν οἷον τροφὴ, τὸ δ' ὅτι μέλλει τοιοῦτο γενήσεσθαι. ταῦτ' ἄρα, καὶ αὐτὸς ὁ οἶνος, οὐκ ἀεὶ θερμαίνει τὸ ζῷον, ὥσπερ οὐδὲ τοὔλαιον ἀνάπτει τὴν φλόγα, καίτοι γ' οἰκειοτάτη τροφὴ πυρὸς ὑπάρχον. ἀλλ' ἐὰν ἀσθενεῖ καὶ σμικρᾷ φλογὶ καταχέοις ἔλαιον ἀθρόον, καὶ πολὺ, καταπνίξεις, καὶ τελέως ἀποσβέσεις αὐτὴν, μᾶλλον ἢ αὐξήσεις. οὕτως οὖν καὶ ὁ οἶνος, ἐπειδὰν πολὺς, ὡς μὴ κρατεῖσθαι, πίνηται, τοσοῦτον ἀποδεῖ τοῦ θερμαίνειν τὸ ζῷον, ὥστε καὶ πάθη ψυχρότερα γεννᾷ. ἀποπληξίαι γοῦν, καὶ παραπληξίαι, καὶ κάροι καὶ κώματα καὶ παραλύσεις ἐπιληψίαι τε, καὶ σπασμοὶ καὶ τέτανοι ταῖς ἀμέτροις οἴνου πόσεσιν ἕπονται, ψυχρὰ σύμπαντα πάθη.

καθόλου γὰρ, ὅσα τῶν εἰς τὸ σῶμα λαμβανομένων ὡς τροφὴ θερμαίνει, ταῦθ' εὕροις ἄν ποτε ψύχοντα, καθ' ὅ,τι καὶ τὴν φλόγα πρὸς τῆς αὐτῆς ὕλης οὐκ αὐξανομένην μόνον, ἀλλὰ καὶ σβεννυμένην ἐνίοτε. ταῦτ' οὖν μὲν ἔοικεν ὁμολογεῖν ἅπαντα, τοῖς τε περὶ στοιχείων, καὶ τοῖς περὶ κράσεων λογισμοῖς.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Περὶ τῶν διαφορῶν τῶν φαρμάκων ἐκ ποικίλης τῆς μίξεως, καὶ ποικίλου τοῦ προσφέρειν τρόπου.

Ἐκεῖνο δ' ἂν ἴσως δόξῃ διαφέρεσθαι. τὸ, ἔνια τῶν ἐσθιομένων ἐν τροφῆς χρείᾳ, κατὰ τοῦ δέρματος ἐπιτιθέμενα, διαβιβρώσκειν τε, καὶ ἑλκοῦν αὐτὸ, καθάπερ νᾶπυ καὶ τάρειχος, σκόροδά τε, καὶ κρόμμυα. καίτοι τοῦτο σύμφωνον τοῖς ἐξ ἀρχῆς ὑποκειμένοις. ἅμα μὲν γὰρ, ὅτι μεταβάλλεται, καὶ ἀλλοιοῦται κατά τε τὴν γαστέρα πεπτόμενα, κἂν ταῖς φλεψὶν αἱματούμενα. πρὸς δὲ τούτοις, καὶ διότι μὴ μένει καθ' ἕνα τόπον, ἀλλ' εἰς πολλὰ μερίζεται πάντῃ φερόμενα, καὶ πρὸς τούτοις, διότι μίγνυται καὶ χυμοῖς πολλοῖς, καὶ τοῖς ἅμα αὐτοῖς λαμβανομένοις σιτίοις, ἔτι τε πρὸς τούτοις, ὅτι διὰ ταχέων ἥ τε πέψις αὐτῶν γίνεται, καὶ ἡ διάκρισις. ὡς τὸ μὲν οἰκεῖον ἐξομοιωθῆναι, τὸ δὲ περιττὸν ἐν αὐτοῖς, καὶ δριμὺ, διά γαστρός τε ἅμα, καὶ οὔρων, καὶ ἱδρώτων ἐκκριθῆναι, διὰ ταῦτα πάντα τὸ ἔξωθεν ἑλκοῦν, ἐσθιόμενον οὐχ ἑλκοῖ. καίτοι κἂν τῶν εἰρημένων ἓν ὁτιοῦν ὑπῆρχεν αὐτοῖς, ἱκανὸν ἂν ἦν δήπουθεν ἀβλαβῆ φυλάξαι τὰ ἐντὸς, οἷ' εἰ τύχοι, τὸ μεταβάλλειν πρῶτον. εἰ γὰρ οὐ μένει τὸ νᾶπυ, τοιοῦτο οἷον ἔξωθεν ἐλήφθη, δῆλον ὡς οὐδὲ τὴν δύναμιν αὐτοῦ μένειν ἀξιώσῃς. εἰ δὲ καὶ διακρίνεται, καὶ καθαίρεται, πολὺ δὴ καὶ μᾶλλον. ἤρκει δὲ καὶ τὸ μὴ χρονίζειν ἐν ἑνὶ χωρίῳ. φαίνεται γὰρ οὐδὲ περὶ τὸ δέρμα δρᾶσαί τι δυνάμενον, ἄνευ χρόνου πλείονος. ἀλλὰ καὶ τὸ μίγνυσθαι πολλοῖς ἑτέροις σιτίοις, οὐ σμικρὸν οὐδ' αὐτό. γνοίης δ' ἂν, εἰ μόνον αὐτὸ προσενέγκοις, χωρὶς τῶν ἄλλων σιτίων, ὅσην ἀνίαν τε, καὶ δῆξιν ἐπιφέρει τῇ γαστρί. καὶ μὲν δὴ, κἂν εἰ πολλοῖς γλυκέσι χυμοῖς ἀναμίξας αὐτὸ κατὰ τοῦ δέρματος ἐπιθείης, οὐδὲν ἐργάσεται φαῦλον. ὁπότ' οὖν ἕκαστον τῶν εἰρημένων, ἱκανόν ἐστι καθ' αὑτὸ κωλῦσαι τὸ νᾶπυ, δρᾶσαί τι τοιοῦτο ἐντὸς, οἷον ἐκτὸς ἔδρα περὶ τὸ δέρμα, πολὺ δή που μᾶλλον, οἶμαι, πάντων ἅμα συνελθόντων. καὶ γὰρ ἀλλοιοῦται πεπτόμενον, καὶ διακρίνεται, καὶ καθαίρεται, καὶ πολλοῖς ἑτέροις ἀναμίγνυται, καὶ μερίζεται πολλαχῶς, καὶ πανταχῆ φέρεται, καὶ χρονίζει κατ' οὐδὲν τῶν μορίων. ὅτι δ' εἴπερ ἔμενε δριμὺ, πάντως ἂν ἥλκωσε καὶ τὰ ἐντὸς, ἐκ τῶν αὐτομάτων ἑλκῶν ἐπιγνώσῃ. γίνεται γὰρ πολλοῖς πολλάκις, τοῖς μὲν ἐξ ἐδεσμάτων μοχθηρῶν, τοῖς δ' ἔκ τινος ἐν αὐτῷ τῷ σώματι διαφθορᾶς, καὶ σηπεδόνος, ἡ καλουμένη κακοχυμία. καὶ τούτοις ἐνίοτε μὲν, ἑλκοῦταί τι καὶ τῶν ἐντὸς. ὡς τὰ πολλὰ δὲ, καὶ τῷ, τὴν φύσιν ἀποτρίβεσθαι τὰ κατὰ τὴν ἕξιν περιττώματα, πρὸς τὸ δέρμα, τοῦθ' ἑλκοῦται πολλοῖς καὶ συνεχέσιν ἕλκεσι. καρκῖνός τε γὰρ, καὶ φαγέδαινα, καὶ ἕρπης ὁ ἀναβιβρωσκόμενος, ἄνθρακές τε, καὶ τὰ χειρώνεια, καὶ τηλέφεια καλούμενα, καὶ ἄλλαι μυρίαι γενέσεις ἑλκῶν, ἔκγονοι τῆς τοιαύτης εἰσὶ κακοχυμίας. οὔτ' οὖν τῶν τοιούτων οὐδὲν ἄπορον, οὔτε διά τι τῶν φαρμάκων· ἔνια μὲν ἡμᾶς οὐδὲν ἔξωθεν ἀδικοῦντα, μέγα τι κακὸν ἐργάζεται καταποθέντα·

Generatim enim, quæcunque aſſumpta in corpus, vt nutrimentum, calfaciunt: hæc interim frigefacere deprehendas, æque ſcilicet, vt flammam ab eadem materia non augeri modò, verùm etiam aliquando extingui. Atque hæc quidem omnia tum iis, quæ de elementis: tum iis, quæ de temperamentis ſunt prodita, conſentiunt.

CAPVT III.

De differentiis medicamentorum ex varia permixtione, & vario adhibendi modo.

ILlud fortaſſe diſſonare videbitur, quod ex iis, quæ vt nutrimentum comeduntur, aliqua cuti impoſita hanc erodunt atque exulcerant, ſicuti ſinapi, & alliaque & cæpæ. Verum hoc quoque cum poſitis à principio hypotheſibus concordat: etenim fit propterea, quòd mutantur, alterantúrque dum & in ventre concoquuntur, & in venis in ſanguinem vertuntur: præterea quod vno loco non permanent, ſed in multas partes diuiſa, quoquouersùs feruntur: adde & quòd non ſolum multis ſuccis miſcentur, ſed etiam cibis, cum quibus ſumuntur: ad hæc quòd celeriter eorum, & concoctio, & partium ſeparatio perficitur ita, vt, quod conueniens in eis eſt, aſſimiletur, quod ſuperuacaneum, & acre, per aluum, vrinas & ſudorem excernatur? Propter hæc, inquam, omnia, quod foris impoſitum exulcerat, id comeſtum non exulcerat: &, ſi vel vnum quodlibet prædictorum illis accederet. ſatis eſſe ad ea, quæ foris ſunt, integra ſeruanda, verbi cauſa mutatio ipſa prima. Si namque non maneat ſinapi, quale extrinſecus fuit, cum eſt aſſumptum, manifeſtum eſt nec vim eius manere cenſendum, quòd ſi tum dirimuntur eius partes, tum purgantur, multo vtique magis ſic cenſendum. Iam ſatis erat, quod nec eodem loco maneret, cum nec circa cutem aliquid efficere poſſe videatur, niſi diutius immoretur. Sed nec mixtio ipſa cum multis cibis parum momenti habet: ſi enim id citra alium cibum ſolum aſſumas, facile intelliges, quantum moleſtiæ & mordicationis ventriculo afferat, quinetiam, ſi plurimo dulci ſucco admixtum cuti id imponas, quàm nihil afferat incommodi. Cum igitur prædictorum vnumquodlibet per ſe ſatis prohibere poſſit, quo minus ſinapi, quod foris facit in cute, idem facere intus poſſit, multò (arbitror) magis, vbi omnia ſimul coierint: nam & coquendo alteratur, & dirimitur, & expurgatur, & cum multis aliis miſcetur, & variè diſtribuitur, & in omnem partem fertur, nec in vlla moratur. Quòd autem ſi acrimoniam ſuam ſeruaret, interna quoque omninò exulceraret ex iis quæ ſpontè accidũt vlceribus intelligas. Gignitur enim non rarò aliis ex vitioſo cibo, aliis ex quapiam in ipſo corpore corruptela & putredine vitioſus ſuccus quem cacochymiam vocant. His aliquando interiorum quoque aliquid exulceratur: magna tamen ex parte cutis, quoniam in hanc excrementa quæ in habitum corporis colliguntur, natura expellit, multis & aſſiduis vlceribus afficitur: quippe cancri, phagedænæ, herpetes erodentes, carbunculi, & quæ Charonia & Telephia vocantur, mileque aliæ vlcerum generationes ab eiuſmodi cacohymia naſcuntur. Nec igitur talium quicquam eſt dubitandum: ſed nec cur medicamentorum nonnulla, cum nihil nos extrinſecus offendant, intro aſſumpta magnum afferant malum:

aliqua rursus intrò assumpta nonnunquam lædant, nonnunquam conferant: aliqua non solum intrò assumpta, sed etiam extrinsecus admota offendant: quippe vt semel dicam, nihil foris intúsque parem agendi facultatem habet. Neque enim aut rabidi canis spuma, aut viperæ venenum, aut aspidis virus (quæ tamen, si extrinsecus etiam sine vlcere corpori occurrant, offendere creduntur, parem vim habent vel soli cuti applicata vel intrò assumpta. Sed nec illud est mirandum, si certorum medicamentorum vis ad profundum non peruenit: neque enim necesse est vt omnia parem habeant vim. Quòd si ex iis quæ intrò sumuntur, non pauca certo tempore & certa quantitate & in mixtura cum cæteris accepta conferunt: intempestiuè autem & largiùs nec cum aliis admixta lædunt: ne id quidē dubitationem vllam disputationi pariat, siquidem id tum cibis tum ignitum verò omnibus (vt sic dicam) quæ corpori similiter occurrunt, accidere solet. Nam & mediocri nobis flamma nonnunquam opus est, eáque vsi, plurimùm ex ea iuuamur, cùm tamē immodica flamma nos vrat: ad eundem modum & frigidæ potio quæ mediocris est, confert, quæ immodica est, maximam affert læsionē. Quid igitur miri est esse medicamen aliquod adeo calidum potestate, vt si multum eius sumatur ac in vacuum corpus inferatur, erodat prorsus vratque: sin verò exiguum sit & cum iis quæ vehementiam eius remittant coniunctum, non modo nihil incommodi afferat, verùm etiam calfaciendo iuuet? Lacrymam enim vel Cyrenaicam vel Medicam vel Parthicam, ipsam quidem per se citra incommodum sumere non est: at si omninò exigua vel cum aliis in tēpore congruente sit sumpta, magnoperè conducit. Atque ad hunc quidem modum, quæcunq; corpus excalfaciunt, vbi mutationis principium in ipso, sicut dictum priùs est, accepêre, recalfacere illud sunt apta: quæ verò refrigerant veluti papaueris succus, hæc à nostro corpore ne vel paulùm quidem demutantur, sed ipsum statim vincunt ac mutant etiamsi calfacta priùs dederis, est enim eorum natura frigida quemadmodum aqua. Quare illud rectè Aristoteli sicut alia multa dictum est, calidorum & frigidorum, siccorum & humidorum corporum quædam esse talia per se, quædam ex accidenti: sicut aqua per se quidem frigida est, ex accidenti verò aliquando calida: verùm acquisititius eius calor breui perit, naturalis frigiditas manet. Tanquam igitur calida aqua flammæ iniecta eam extinguit: sic meconium si quantumuis calfactum dederis & calorem animalis perfrigerabis, & necis periculum afferes. Omnia igitur id genus medicamenta si exiguè sint data, & vnà cum iis quæ vehementiam frigoris eorum castigare valeant, nonnūquam vsum aliquem corporibus nostris præstant: quemadmodum in opere de medicamentis dicetur. Siquidem medicamen id quod cantharidas recipit, hydericis prodest, tametsi cantharis ipsa vesicam omninò exulcerat; verùm vbi per ea quæ admiscentur castigata est, ac corpori quod plurimo humore grauatur tum offertur, illum per vrinas expellit. Maximè igitur attendendum in omnibus quæ potestate calida, frigidave dicuntur, sintne ex natura eorum quæ nutrire corpus possunt: an eiusmodi quæ exiguum alterationis momentum nacta, deinde secundum propriam naturam alterata corpus ipsum aliquo modo afficiunt: tertio loco, an nullo pacto ab eo quicquam alterentur. Si namque ex nutrientium sunt genere, siquidem

A τινὰ δὲ πολλάκις ἔβλαψεν ἔσω ληφθέντα. πολλάκις δὲ ὠφέλησεν· ἔνια δὲ, οὐ μόνον ἔσωθεν, ἀλλὰ καὶ ἔξωθεν ἀδικεῖ. συλλήβδην γοῦν εἰπεῖν, οὐδὲν ὁμοίως, ἔσωθέν τε καὶ ἔξωθεν, ἐνεργεῖν πέφυκεν. οὔτε γὰρ ὁ τοῦ λυττῶντος κυνὸς ἀφρὸς, οὔθ᾽ ὁ τῆς ἀσπίδος, οὔθ᾽ ὁ τῆς ἐχίδνης ἰὸς οἳ δὴ καὶ χωρὶς ἕλκους ἔξωθεν προσπεσόντες, ἀδικεῖν πεπίστευνται, τὴν ἴσην ἔχουσι δύναμιν, ἢ τῷ δέρματι μόνῳ προσομιλήσαντες, ἢ εἴσω μεταληφθέντες. οὐ μὴν οὐδ᾽ ἐκεῖνο θαυμάζειν ἄξιον, εἴ τινων φαρμάκων, οὐκ ἐξικνεῖται πρὸς τὸ βάθος ἡ δύναμις. οὐ γὰρ ἀναγκαῖον ἅπαντα τὴν αὐτὴν ἔχειν ἰσχύν. B εἰ δὲ πολλὰ τῶν εἴσω λαμβανομένων, ἐν μὲν τῷδε τῷ καιρῷ, καὶ μετὰ τοσῆσδε ποσότητος, καὶ τῆς πρὸς τάδε μίξεως, ὠφέλησεν. ἀκαίρως δὲ, καὶ πολλὰ, καὶ ἄμικτα ληφθέντα, βλάβην ἤνεγκεν, οὐδὲν ἐντεῦθεν ἀπόρημα τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ καὶ τοῖς σιτίοις ὑπάρχει τοῦτό γε, καὶ τῷ πυρὶ, καὶ πᾶσιν ὡσαύτως φάναι τοῖς προσπίπτουσι τῷ σώματι. συμμέτρου γοῦν φλογὸς, ἔστιν ὅτε δεόμεθα, καὶ χρώμενοι, μεγάλα πρὸς αὐτῆς ὀνινάμεθα, καίτοι τῆς ἀμέτρου καιούσης ἡμᾶς. οὕτω δὲ καὶ ψυχροῦ πόσις, ἡ μὲν σύμμετρος ὀνίνησιν, ἡ δὲ ἄμετρος, ἐσχάτως βλάπτει. τί τοίνυν θαυμαστὸν, εἶναί τι φαρμα- C κον οὕτω δυνάμει θερμὸν, ὡς εἰ μὲν πολύ τε λαμβάνοιτο, καὶ κενῷ τῷ σώματι προσφέροιτο, διαβιβρώσκειν τε καὶ καίειν αὐτὸ παντελῶς. εἰ δ᾽ ὀλίγον εἴη ἢ καὶ σὺν τοῖς κολάζουσιν τὴν ἰσχὺν αὐτοῦ, πρὸς τῷ μὴ βλάπτειν μηδὲν, ἔτι καὶ θερμαῖνον ὠφελεῖν; ὀπὸν γοῦν, ἤτοι τὸν Κυρηναϊκὸν, ἢ τὸν Μηδικὸν, ἢ τὸν Παρθικὸν, αὐτὸν καθ᾽ αὑτὸν, οὐκ ἔστιν ἀλύπως λαβεῖν. ἀλλ᾽ εἰ παντελῶς ὀλίγος, ἢ σὺν ἄλλοις ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ληφθείη, μεγάλως ὠφελεῖ. ταύτῃ μὲν οὖν ὅσα θερμαίνει τὸ σῶμα, μεταβολῆς ἀρχὴν ἐν αὐτῷ λαβόντα, καθ᾽ ὅτι πρόσθεν ἐρρέθη, πάλιν ἀντιθερμαίνειν αὐτὸ πέφυκεν. ὅσα δὲ ψύχει, D καθάπερ ὀπὸς μήκωνος, οὐ μεταβάλλεται πρὸς τοῦ σώματος οὐδ᾽ ἐπ᾽ ὀλίγον, ἀλλ᾽ εὐθὺς αὐτὸ νικᾷ, καὶ μεταβάλλει, κἂν εἰ θερμήνας αὐτὰ δοίης. ἔστι γὰρ ἡ σφῶν αὐτῶν φύσις ψυχρὰ, καθότι καὶ τὸ ὕδωρ. ὀρθῶς οὖν καὶ τοῦτο σὺν πολλοῖς ἄλλοις ὑπὸ Ἀριστοτέλους εἴρηται. τὸ, τῶν θερμῶν καὶ ψυχρῶν, καὶ ξηρῶν καὶ ὑγρῶν σωμάτων, τὰ μὲν εἶναι καθ᾽ αὑτὰ τοιαῦτα, τὰ δὲ κατὰ συμβεβηκός. οἷον καὶ τὸ ὕδωρ, καθ᾽ αὑτὸ μὲν ψυχρὸν, κατὰ συμβεβηκὸς δέ ποτε θερμόν. ἀλλ᾽ ἡ μὲν ἐπίκτητος αὐτοῦ θερμασία, ταχέως ἀπόλλυται, μένει δ᾽ ἡ σύμφυτος ψυχρότης. ὡς οὖν ὕδωρ θερμὸν ἐπιβληθὲν φλογὶ, κατασβέννυσιν αὐτὴν, E οὕτω καὶ τὸ μηκώνειον, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα θερμήνας δοίης. ἀποψύξεις τε τὴν ἐν τοῖς ζώοις θερμασίαν, καὶ κίνδυνον ἐπάξεις θανάτου. πάντα οὖν τὰ τοιαῦτα φάρμακα, βραχέα τε διδόμενα, καὶ σὺν τοῖς κολάζειν αὐτῶν τὸ σφοδρὸν τῆς ψύξεως δυναμένοις, ἔστιν ὅτε χρείαν τινὰ παρέχει τοῖς σώμασιν ἡμῶν, ὡς ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων εἰρήσεται. καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ διὰ τῶν κανθαρίδων φάρμακον, ἱκανῶς ὀνίνησι τοὺς ὑδερικοὺς, καίτοι τοὐπίπαν ἑλκοῖ τὴν κύστιν ἡ κανθαρίς. ἀλλ᾽ ἐπειδὰν ὑπό τε τῶν μιχθέντων αὐτῇ κολασθῇ, καὶ σώματι προσάγηται, παμπόλλην ὑγρότητα περιέχοντι, κενοῖ διὰ τῶν οὔρων αὐτήν. μά- F λιστα οὖν χρὴ προσέχειν τὸν νοῦν ἐν ἅπασι τοῖς δυνάμει θερμοῖς, ἢ ψυχροῖς εἶναι λεγομένοις, εἴτε τῆς φύσεώς ἐστι τῶν τρέφειν δυναμένων, εἴτε μόνην ἀφορμὴν ἀλλοιώσεως λαμβάνοντα, κἄπειτα κατὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἀλλοιούμενα, διατίθησί πως τὸ σῶμα. καὶ τρίτον ἐπὶ τούτοις, εἰ μηδ᾽ ὅλως ἀλλοιοῦται πρὸς αὐτοῦ κατὰ μηδέν. εἰ μὲν γὰρ ἐκ τοῦ γένους εἴη τῶν τρεφόντων, εἰ μὲν

κρατηθεῖεν, θερμαίνει, μὴ κρατηθέντα δὲ, ψύχει. εἰ δὲ τῶν ἐπ' ὀλίγον ποσὸν ἀλλοιουμένων, θερμαίνει πάντως. εἰ δὲ τῶν μηδ' ὅλως, ψύχει μάλιστα.

vincantur, calfaciunt, si non vincantur, refrigerant: sin ex iis sunt quæ exiguum quippiam alterantur, omninò calfaciunt, si verò ex iis quæ omninò non alterantur, maximè refrigerant.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῆς ἐνεργείας τῶν ἐν τῷ σώματι φαρμάκων. καὶ ποσαχῶς ἔνια ὑπ' αὐτοῦ μὴ δύναται, ἔνια δὲ δύναται μεταβάλλεσθαι.

Προσέχειν δὲ, ὡς εἴρηται μάλιστα, καὶ διορίζεσθαι τὰ καθ' ἑαυτὰ, τῶν κατὰ συμβεβηκὸς, οὐκ ἐπὶ θερμῶν καὶ ψυχρῶν μόνον, ἀλλ' οὐδὲν ἧττον αὐτῶν, ἐφ' ὑγρῶν τε καὶ ξηρῶν. ἔνια γὰρ τῶν τοιούτων, ξηρὰ ταῖς οὐσίαις ὑπάρχοντα, πολλῷ θερμῷ τακέντα, φαντασίαν ὑγρότητος ἔλαβεν, ὡς χαλκὸς καὶ σίδηρος. ἢ καθ' ἑαυτὰ μὲν ἐστὶν ὑγρὰ καθάπερ ὁ κρύσταλλος, ἀκράτῳ δὲ ψύξει πλησιάζοντα, ξηρὰ φαίνεται. χρὴ τοίνυν τούτων ἁπάντων τὴν κρίσιν οὐχ ἁπλῶς ποιεῖσθαι, καθότι κἂν τοῖς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ἀλλὰ μετὰ τοῦ συνεπισκέπτεσθαι, πῶς ἔχει θερμότητος ἢ ψυχρότητος. εἰ μὲν γὰρ ὀλίγης μετέχοντα θερμότητος, ὅμως καὶ ὑγρὰ φαίνοιτο, διὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἐστὶ τοιαῦτα, κἂν εἰ μετὰ δαψιλοῦς θερμασίας, ξηρά. τὰ δ' ἤτοι ῥέοντα μετὰ θερμότητος ζεούσης, ἢ πεπηγότα διὰ ψύξιν ἄκρατον, οὐ καθ' ἑαυτὰ νομίζειν εἶναι τὰ μὲν ὑγρὰ, τὰ δὲ ξηρά. ταύτῃ τε οὖν διαιρεῖσθαι τὰ καθ' ἑαυτὰ, τῶν κατὰ συμβεβηκὸς, ἀναφέροντά τε πρὸς αὐτὰ ταῦτα, τὴν κρίσιν οὕτω ποιεῖσθαι, τῶν δυνάμει θερμῶν, ἢ ψυχρῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ὑγρῶν. οὐ γὰρ πρὸς τὸ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ πρὸς τὸ καθ' ἑαυτὸ χρὴ κρίνεσθαι τὸ δυνάμει. κοινὴ δ' ἐπὶ πάντων ἡ κρίσις καὶ μία, τὸ τάχος τῆς ἀλλοιώσεως. ὁμωνύμως δὲ λεγομένου τοῦ θερμοῦ, καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ· τὰ μὲν γὰρ κατ' ἐπικράτησιν οὕτως ὀνομάζεται, τὰ δ' ὡς ἄκραν ἔχοντα ἧς προσονομάζεται ποιότητος, εἰς ὁπότερον αὐτῶν ἑτοίμως μεθίσταται τὸ κρινόμενον, ἔσται δυνάμει τοιοῦτο. ἔλαιον μὲν γάρ ἐστι δυνάμει θερμὸν, ὅτι ῥᾳδίως φλὸξ γίνεται. κατὰ ταῦτα δὲ, καὶ ῥητίνη, καὶ ἄσφαλτος, καὶ πίττα. οἶνος δὲ, διότι ῥᾳδίως αἷμα γίνεται. κατὰ ταῦτα δὲ καὶ μέλι, καὶ κρέας, καὶ γάλα. ταυτὶ μὲν οὖν, ὅλαις ἀλλοιούμενα ταῖς οὐσίαις, τροφαὶ τῶν ἀλλοιούντων εἰσί. τὰ δὲ κατὰ μίαν ἡντιναοῦν ποιότητα, τὴν ἀλλοίωσιν ἴσχοντά τε, καὶ πεπονθότα, φάρμακα μόνον, ὥσπερ γε καὶ ὅσα ταῖς ὅλαις ἑαυτῶν οὐσίαις ἄτρεπτα μένοντα, διατίθησι τὸ σῶμα, φάρμακα μὲν ἐστὶ καὶ ταῦτα. χαλεπὰ δὲ, καὶ φθαρτικὰ τῆς τοῦ ζώου φύσεως, ὅθεν περ, οἶμαι, καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἅπαν ὀνομάζεται δηλητήριον. οὐ γὰρ δὴ διὰ τοῦτό γε, λεκτέον οὐκ εἶναι τῷ γένει δηλητήρια τὰ τοιαῦτα, διότι παντελῶς ἐλάχιστα προσαχθέντα, βλάβην οὐδὲ μίαν αἰσθητὴν ἐπιφέρει. οὕτω γὰρ ἂν οὐδὲ τὸ πῦρ εἴη θερμὸν, οὐδ' ἡ χιὼν ψυχρά. ὡς καὶ τούτων γε παντάπασι τὰ σμικρὰ, σαφὲς οὐδὲν ἀποτελεῖ περὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν πάθος. σπινθῆρος γὰρ ἑνὸς ἑκατοστὸν μέρος, ἔστι μὲν πάντως τῷ γένει πῦρ, ἀλλ' οὐ μόνον οὐκ ἂν ἡμᾶς καύσειεν, ἢ θερμήνειεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν αἴσθησίν τινα παράσχοι προσπεσόν. οὕτω δὲ καὶ τὸ τῆς ψυχρᾶς ῥανίδος ἑκατοστὸν μέρος, οὐ μόνον οὐδὲν ἂν βλάψειεν, ἢ ψύξειεν, ἀλλ' οὐδ' ἂν αἴσθησίν τινα παράσχοι. μὴ τοίνυν οὕτως μηδὲ τὰ δηλητήρια κρίνειν, ἀλλὰ τῇ τῆς ὅλης φύσεως ἐναντιώσει,

CAPVT IV.

De Actione medicamentorum in corpus: & quo pacto nonnulla ab ipso nequeant, nonnulla queant mutari.

Attendere autem (vt dictum est) quàm maximè oportet ac discernere quæ per se sunt ab iis quæ per accidens, non in calidis & frigidis modò, sed nihilo etiam seciùs in siccis & humidis. Quippe aliqua talium cùm siccam substantiam sint sortita, vbi largo calore sunt liquata, humiditatis speciem habent, veluti æs & ferrum: quædam per se humida vbi in sincero frigore sunt morata, apparent sicca sicut glacies. Minimè igitur de his omnibus faciendum absolutè & sine vlla exceptione iudicium est (sicut in superioribus monuimus) sed cum eo, vt, quemadmodum sese in calore frigoréque habeant, considerentur. Siquidem si exiguo prædita calore, nihilominus humida cernuntur, talia esse ex propria natura sunt censenda, tametsi cum copioso calore sint sicca: quæ verò vel sub feruenti calore fluunt, vel sub puro frigore sunt concreta, ne horum quidem altera per se humida, altera per se sicca sunt existimanda. Ergo tum ad hunc modum distinguere conueniet quæ per se sunt, ab iis quæ per accidens: tum ad hæc ipsa spectantibus, eorum quæ potestate calida, frigida, humida siccáve sunt, iudicium faciendum. Non enim ad id quod secundum accidens est respicientibus, sed ad id quod secundum se est, id quod potestate est iudicari debebit. Porrò communis in omnibus vnáque iudicandi ratio est alterationis celeritas. At cùm calidum, frigidum, humidum & siccum dicantur ὁμωνύμως, quod scilicet alia per id quod exuperat, sic nominetur, alia quod eam qualitatem à qua sunt denominata, summam habeant: in vtrumcumque horum promptè id vertitur de quo iudicium agitur, tale potestate fuerit. Oleum namque calidum potestate est, nimirum quod flamma facilè fiat: eodem modo resina, bitumen & pix: vinum autem quòd facile fiat sanguis: pari modo mel & caro & lac: atq; hæc quidem totis ipsorum alteratis substantiis nutrimēta se alterantium sunt. Quæ verò vna qualibet qualitate alterātur ac mutantur, ea medicamenta tantùm sunt: medicamenta itidem sunt, & quæ nulla substantiæ suæ mutata parte, sed tota seruata integra, corpus ipsū afficiunt, cæterùm grauia & naturam animalis corrumpentia: vnde & totum eorum genus deleterion id est pestilens dici reor. Quippe hæc non propterea genere deleteria non esse dicendum est, quod vbi planè minima exhibentur, nullam inferūt sensilem noxam: sic namque neque ignis ipse calidus sit, neque nix frigida, nam horum quoque siquid prorsus exiguum est, nullum euidens in corporibus nostris excitat affectum: quippe centesima vnius scintillæ pars est quidem omnino genere ignis, cæterùm adeo nos non vrat excalfaciatve, vt corpori incidens ne sensum quidem vllum sui excitet: ad eundem modum frigidæ guttæ centesima portio nō modò nihil offendat aut refrigeret, sed nec sensum sui vllū præbeat. Nequaquam igitur sic iudicāda deleteria sunt, immo totius naturæ cōtrarietate.

Porrò iudicabitur contrarietas ex ea quæ media intercedit mutatione. In elementis, verbi gratia, neque aqua mutari poteſt in ignem, neque ignis in aquam, ſed ambo in aërem, is verò in vtraque, at illa in alterutrum nullo modo. Ergo continens & ſine medio eſt aquæ mutatio in aërem, itémque ignis: non continens, ignis & aquæ in alterutrum: hæc igitur inter ſe contraria pugnantiáque ſunt. Non diſſimili ratione papaueris ſuccus hominis corpori prorſus eſt contrarius, vt quod in eum quicquam agere ne vna quidem qualitate poſſit, multò minùs etiam tota ſua ſubſtantia poſſit: atque vnum quidem deleteriorum genus eiuſmodi eſt. Alterum eſt eorum quæ ex noſtro calore momentum aliquod mutationis accipiunt, ac deinde in multiformes alterationes vertuntur, quibus corrumpi naturam noſtram accidit: eiuſmodi enim omnia deleteria genere ſunt, etiamſi propter exiguitatem nonnunquam nihil quod ſentiatur, efficiant. Ac quæ corporis noſtri naturam rodunt, putrefaciunt & liquant, meritò poteſtate calida nominantur: contrà, quæ refrigerant & ſenſum auferunt torporémque notabilem afferunt, frigida. Et priora quidem nihil non rationi conſonum, aut ipſa pati, aut in corporibus noſtris efficere videntur: ſiquidem calido corpori applicata & mutationis momentum aliquod hinc adepta, alia quidem ad ſummam caliditatem, alia verò perueniunt ad putredinem. Iure igitur pro ſuo affectu, etiam corpus animalis afficiunt. At quæ corpus tametſi ipſa calida ſunt applicata, tamen refrigerant, non paruam dubitationem afferunt, vtrius potiùs naturæ ſint. Nam ſi energia ſemel calida ſunt reddita, cur animal non calfaciunt? ſin nondum ſunt calfacta, quomodo apparent calida? Soluetur dubitatio ſi diſtinguatur quod per ſe frigidum eſt, ab eo quod eſt ex accidenti, ita vti Ariſtoteles docuit: perit namque celeriter eorum quæ ex accidenti ſunt calida, acquiſititius affectus, ita vt in priorem naturæ ſuæ ſtatum facile reuertantur. Porrò in applicandis iis nobis, quæ natura quidem ſunt frigida ſed per accidens calida, duo hæc contingere eſt neceſſe, & vt acquiſititius eorum calor pereat: & propria eorum temperies à noſtra nihil immutata, frigida perſtet. Et quid miri ſi papaueris ſuccus, mandragora, vel cicuta, vel ſimilium aliquid, quamuis exhibeantur calfacta, paulò pòſt euadunt frigida, cum idem patiantur ptiſana, & lac & far panis vbi in imbecillum ventrem demiſſa ab eo non ſuperantur? euomuntur enim non raro abundè frigida. Et quod his maius eſt quódque Hippocrates notauit, *pituita ipſa, quamuis iam humor ſit, atque ex cibis in ventre non concoctis frequenter nata, nihilominus frigida tangentibus ſentitur:* neque id modo dum in ventre conſiſtit, ſed etiam poſtquam à venis ipſis purgantis cuiuſpiam medicamenti vi eſt detracta: tametſi enim quàm tenaciſſima natura eſt ac per vim ducitur, attamen ne ipſa quidem tractus violentia calfieri poteſt. Quid igitur miri ſi etiam papaueris ſuccus, quòd naturæ noſtræ tam contrarium medicamentum eſt, quàm celerrimè refrigeretur, etiam ſi calfactus ſit exhibitus, refrigeret autem vnà ſecum & corpus (quippe acquiſititium calorem non ſeruat, propterea quod natura frigidus eſt) at quia eius ſubſtantia à nobis non alteratur, immò potiùs nos alterat & mutat,

A τὴν δ' ἐναντίωσιν, ἐκ τῆς ἐμμέσου κρίνειν μεταβολῆς. οὐ γὰρ εὐθέως ἀπὸ τῶν στοιχείων, οὔθ' ὕδωρ εἰς πῦρ, οὔτε πῦρ εἰς ὕδωρ μεταβάλλειν πέφυκεν, ἀλλ' εἰς ἀέρα μὲν ἄμφω, ἐκεῖνος δ' εἰς ἑκάτερα, εἰς ἄλληλα δὲ ταῦτ' οὐδαμῶς. ἄμεσος μὲν οὖν ἡ εἰς ἀέρα μεταβολὴ τοῦ ὕδατος, ὡσαύτως δὲ καὶ τοῦ πυρός. οὐκ ἄμεσον δέ, ἡ πυρὸς καὶ ὕδατος εἰς ἄλληλα. ταῦτ' οὖν, ἀλλήλοις ἐναντία ἐστὶ καὶ πολέμια. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ὀπὸς μήκωνος, ἀνθρωπείῳ σώματι τελέως ἐστὶν ἐναντίος, οὐδὲν εἰς αὐτὸ, οὔτε κατὰ μίαν ποιότητα δρᾶσαι δυνάμενον, οὔτε πολὺ δὴ μᾶλλον ἔτι καθ' ὅλην τὴν οὐσίαν. B ἓν μὲν δὴ τοῦτο γένος τῶν δηλητηρίων. ἕτερον δέ, τῶν ἀφορμὴν μέν τινα μεταβολῆς λαμβανόντων ἐκ τῆς ἐν ἡμῖν θερμασίας, εἰς πολυειδεῖς δ' ἐντεῦθεν ἐκτρεπομένων ἀλλοιώσεις, ὑφ' ὧν διαφθείρεσθαι τὴν φύσιν ἡμῶν συμβαίνει. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα, τῷ γένει δηλητήρια, κἂν διὰ σμικρότητά ποτε, μηδὲν αἰσθητὸν ἀπεργάζηται. τὰ μὲν δὴ διαβιβρώσκοντα, καὶ σήποντα, καὶ τήκοντα τὴν τοῦ σώματος ἡμῶν φύσιν, εἰκότως ὀνομάζεται δυνάμει θερμά. τὰ δ' αὖ ψύχοντα, καὶ ναρκοῦντα, ψυχρά. τὰ μὲν οὖν πρότερα παράλογον οὐδέν, C οὔτε αὐτὰ πάσχειν, οὔτε τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἐναπεργάζεσθαι δοκεῖ. θερμῷ γὰρ σώματι πλησιάσαντα, καί τινα ῥοπὴν ἀλλοιώσεως ἐντεῦθεν λαβόντα, τὰ μὲν εἰς ἐσχάτην ἀφικνεῖται θερμότητα, τὰ δ' εἰς σηπεδόνα. διατίθησιν οὖν εἰκότως καὶ τὰ τῶν ζώων σώματα, κατὰ τὴν ἑαυτῶν διάθεσιν. ὅσα δὲ ψύχει τὸ σῶμα, κἂν θερμήνας αὐτὰ προσενέγκῃς, ἀπορίαν οὐ σμικρὰν ἐπιφέρει, τίνος ποτὲ φύσεώς ἐστιν· εἰ γὰρ ἅπαξ ἐνεργείᾳ θερμὰ γέγονε, τί οὐ θερμαίνει τὸ ζῶον; ἢ εἰ μήπω τεθέρμανται, πῶς φαίνεται θερμά; λύσις δὲ τῆς ἀπορίας, εἰ διαιρεθείη τὸ καθ' αὑτὸ ψυχρόν, τοῦ κατὰ συμ- D βεβηκός, ὡς Ἀριστοτέλης ἐδίδαξεν. ἀπόλλυται γὰρ ἐν τάχει, τῶν κατὰ συμβεβηκὸς θερμῶν ἡ ἐπίκτητος διάθεσις, ὥστε εἰς τὴν ἀρχαίαν αὐτὰ φύσιν ἐπανέρχεσθαι ῥᾳδίως. ἐν δὲ τῷ πλησιάζειν ἡμῖν τὰ φύσει μὲν ψυχρά, κατὰ συμβεβηκὸς δὲ θερμά, δύο ταῦτ' ἐξ ἀνάγκης γίνεται. τὸ μὲν ἐπίκτητον αὐτῶν ἀπόλλυται θερμόν, ἡ δ' οἰκεία κρᾶσις, οὐδὲν ὑπὸ τῆς ἡμετέρας πάσχουσα, μένει ψυχρά. καὶ τί θαυμαστόν, εἰ μήκωνος ὀπός, ἢ μανδραγόρας, ἢ κώνειον, ἤ τι τῶν τοιούτων, εἰ καὶ θερμανθέντα προσενεχθείης, μικρὸν ὕστερον γίνεται ψυχρά; πτισάνης, καὶ γάλακτος, E καὶ χόνδρου, καὶ ἄρτου, τὸ αὐτὸ τοῦτο πασχόντων, ἐπειδὰν εἰς ἄρρωστον ἐμπεσόντα γαστέρα, μὴ κρατηθῇ πρὸς αὐτῆς. ἐμεῖται γοῦν πολλάκις ἱκανῶς ψυχρά. καὶ τό γε τούτων μεῖζον, ὃ δὴ καὶ Ἱπποκράτης ἐπεσημήνατο· καίτοι χυμὸς ὂν ἤδη τὸ φλέγμα, κἀκ τῶν σιτίων τῶν μὴ πεφθέντων πολλάκις ἐν τῇ γαστρὶ γεννώμενος, ὅμως ψυχρὸν ἁπτομένοις φαίνεται, οὐ μόνον ἐν τῇ γαστρὶ συστάν, ἀλλὰ κἀκ τῶν φλεβῶν αὐτῶν, ὑπό τινος τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ἑλχθέν. καί τοί γε γλισχρότατόν ἐστι σφόδρα, καὶ βιαίως ἄγεται, ἀλλ' ὅμως οὐδ' ἡ βία τῆς ὁλκῆς ἐκ- F θερμαίνειν αὐτὸ δύναται. τί οὖν θαυμαστόν, εἰ καὶ τὸ μηκώνειον, οὕτως ἐναντίον ἡμῶν τῇ φύσει φάρμακον, ἀποψύχεται μὲν αὐτίκα μάλα, κἂν θερμὸν ποθῇ, συγκαταψύχει δ' ἑαυτῷ τὸ σῶμα. τὴν γὰρ ἐπίκτητον οὐ φυλάττει θερμασίαν, ὅτι φύσει ψυχρὸν ἦν. τῷ δὲ μηδ' ἀλλοιοῦσθαι τὴν οὐσίαν αὐτοῦ πρὸς ἡμῶν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀλλοιοῦν τε καὶ μεταβάλλειν ἡμᾶς,

οὔτε θερμαίνεταί τι πρὸς ἡμῶν, αὐτό τε διατίθησιν ἡμᾶς καθ' αὑτό. ψυχρὸν οὖν ὑπάρχον φύσει, ψύχει δήπου καὶ ἡμᾶς. οὐκ οὖν οὐκ ἔτ' ἄπορον οὐδὲν ὑπόλοιπον ἐν τῷ λόγῳ. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὅτι τούτων ἁπάντων, τῶν φύσει ψυχρῶν, ὅτι ἂν ἐπὶ πλέον ἐκθερμήνῃς, ἐξίσταται τῆς ἰδίας φύσεως, πρὸς τῷ μηδὲν ἄπορον ἔχειν, ἔτι καὶ μαρτυρεῖ τοῖς εἰρημένοις. ὡς γὰρ καὶ ἡ σαλαμάνδρα μέχρι μέν τινος ὑπὸ πυρὸς οὐδὲν πάσχει, κατακαίεται δ' εἰ μὲν πλείονι χρόνῳ τῷ πυρὶ πλησιάσειεν, οὕτω καὶ ὁ μανδραγόρας, καὶ κώνειον, καὶ ψύλλιον, ἐπὶ βραχὺ μὲν ὁμιλήσαντα τῷ πυρί, τὴν οἰκείαν ἔτι διαφυλάττει κρᾶσιν. ἐπὶ πλέον δὲ θερμανθέντα, διαφθείρεται παραχρῆμα, καὶ δρᾶν οὐκέτι οὐδὲν ὧν πρότερον ἐπεφύκει, δύναται. τῶν μὲν δὴ τοιούτων ἁπάντων ἡ φύσις, ἐναντιωτάτη τοῖς ἀνθρώποις ἐστί. φύσιν δ' ὅταν εἴπω, τὴν ὅλην οὐσίαν τε, καὶ κρᾶσιν λέγω, τὴν ἐκ τῶν πρώτων στοιχείων, θερμοῦ καὶ ψυχροῦ, καὶ ξηροῦ καὶ ὑγροῦ, τῶν δὲ τάχιστα τρεφόντων, οἰκειοτάτη. τὰ δ' ἄλλα πάντα μεταξὺ τούτων ἐστί. τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δ' ἧττον δρᾶν καὶ πάσχειν ὑπὸ τοῦ σώματος ἡμῶν, δυνάμενα. καστόριον μὲν γὰρ, καὶ πέπερι, δρᾶν μᾶλλον, ἢ πάσχειν ὑπὸ τοῦ σώματος ἡμῶν δυνάμενα. οἶνος δὲ, καὶ μέλι, καὶ πτισάνη, πάσχει μᾶλλον, ἢ δρᾶν. ἅπαντα οὖν ταῦτα, καὶ πάσχει τι καὶ δρᾷ περὶ τὸ σῶμα. καθ' ὅλου γὰρ ἐπειδὰν εἰς ταὐτὸ ἀλλήλοις ἥκοντα δύο σώματα, διαμάχηταί τε, καὶ στασιάζῃ πρὸς ἄλληλα περὶ τῆς ἀλλοιώσεως, ἐν χρόνῳ πλείονι, δρᾶν καὶ πάσχειν ἑκάτερον αὐτῶν ἀναγκαῖόν ἐστιν. ἴσως δὲ κἂν μὴ πολλῷ πάνυ χρόνῳ γίγνηται τοῦτο, δρᾷ μὲν ἔτι καὶ τότε, τὸ νικώμενον εἰς τὸ κρατοῦν, ἀλλ' οὕτω σμικρὸν, ὡς λανθάνειν τὴν αἴσθησιν. οὐδὲ γὰρ ὁ τμητικώτατος σίδηρος, εἰ τὸν μαλακώτατον τέμνει κηρὸν δι' ὅλης ἡμέρας καὶ νυκτὸς, ἀδύνατον αὐτῷ μὴ οὐκ ἀμβλυτέρῳ γενέσθαι σαφῶς. οὕτω δή που κἀκεῖνο καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ,

Πέτρην κοιλαίνει ῥανὶς ὕδατος ἐνδελεχείη.

καὶ γὰρ καὶ φαίνεται γινόμενον οὕτως, ἀλλ' ἐπὶ μὲν μιᾶς, ἢ καὶ δευτέρας προσβολῆς, οὐδὲν οὔπω σαφὲς ἐν τοῖς τοιούτοις ἰδεῖν ἐστιν. ὅθεν, οἶμαι, καὶ τὸ μὴ δ' ὅλως πάσχειν ἔνια πρὸς τῶν πλησιαζόντων, ἐδοξάσθη τισί· καὶ συγχωρητέον γε τοῖς οὕτω λέγουσι. πολλάκις δὲ καὶ αὐτοὺς ἡμᾶς, ὁμοίως ἐκείνοις λεκτέον ἐστὶ τὰ πολλά. πλὴν εἴποτε μέχρι τῆς ἐσχάτης ἀκριβείας ἀνάγοιμεν τὸν λόγον, ὥσπερ ἐν τῷ παρόντι ποιοῦμεν. οὕτως οὖν καὶ τὸ τῆς ἀπαθείας δόγμα, τῷ λόγῳ μὲν αὐτῷ μόνῳ σκοποῦσιν, ἰσχυρὰν ἔχει τὴν ἀπόδειξιν. οὐ μὴν χρεία γέ τις ἐστιν αὐτοῦ, πρὸς τὰς κατὰ μέρος πράξεις. αἱ γὰρ οὕτω μικρά τινα περὶ ἡμᾶς ἡ πάθη διὰ παντὸς, ὡς μηδεμίαν αἰσθητὴν καὶ σαφῆ βλάβην ἐνεργείας ἐργάζεσθαι μηδεμιᾶς, καταφρόνητα δήπουθεν ἐστί, καὶ τῷ μηδὲν εἶναι φάσκοντι τὰ τοιαῦτα, συγχωρητέον. οὕτως οὖν ἔχει κἀπὶ τῶν τρεφόντων, ὀλίγου δεῖν, ἁπάντων. ἐργάζεται μὲν γάρ τι καὶ ταῦτα περὶ τὸ σῶμα τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' οὐκ αἰσθητὸν, οὐδὲ σαφές τι καθάπαξ. ἡ μέντοι πολυχρόνιος αὐτῶν προσφορὰ, μεγάλως ἀλλοιοῖ, καὶ μεταβάλλει σαφῶς ἤδη τὰ σώματα. ἔνια μέν γε καὶ κατὰ τὴν πρώτην χρῆσιν εὐθὺς, ἐναργῶς ἐνδείκνυται τὴν ἀλλοίωσιν, οἷα καὶ ἡ θριδακίνη. τοὺς μὲν ἐγκαιομένους τὴν γαστέρα, σαφῶς ἐμψύχουσά τε, καὶ ἀδίψους ἐργαζομένη, τοὺς δὲ κατεψυγμένους, ἐναργῶς βλάπτουσα. συντελεῖ δ' οὐ σμικρὰ καὶ τοῖς ὕπνοις, οὐ κατ' ἄλλον τινὰ λόγον, ἀλλ' ὅτι ψυχρά τέ ἐστι, καὶ ὑγρὰ τὴν κρᾶσιν. ἀλλ' οὕτως ὑγρὰ καὶ ψυχρὰ πρὸς ἄνθρωπόν τε, καὶ τἆλλ' ὅσα τρέφειν πέφυκεν,

A idcirco nec à nobis quicquam recipit caloris, & pro sua natura nos afficit: itaque cùm frigidus natura sit, & nos vtique refrigerat. Nihil igitur in dictione nostra est dubitationis reliquum. Enimuerò quàm horum omnium quæ frigida per naturam sunt quicquid plùs iusto calfeceris, ex propria id natura recedat, præterquàm quod nullam dubitationem habet, etiam prædictis à nobis affert testimonium. Sicut enim salamandra ad certum vsque terminum ab igne nihil patitur, vritur autem si longiore spatio igni sit admota: sic & mandragora & cicuta & psyllium breui spatio igni admota, proprium adhuc temperamentum seruant, largiùs autem excalfacta, illico corrumpuntur nec quicquam B eorum ampliùs efficere quæ priùs poterant valent. Ac talium quidem omnium natura hominibus maximè est contraria (sanè naturam cum dico vniuersam substantiam ac temperiem quæ ex primis elementis conflatur significo, calido, frigido, humido, sicco:) eorum verò quæ celerrimè nutriunt, conuenientissima: reliqua omnia media inter hæc sunt, quorum alia magis, alia minùs agere ac pati à corpore nostro possunt. Siquidem castoreum & piper agere magis in corpus nostrum quàm pati ab eo valent: vinum & mel & ptissana, pati magis C quàm agere. Ergo hæc omnia tum agunt circa corpus aliquid, tum verò patiuntur. Omnino enim vbi duo aliqua corpora inter se commissa multo tempore pugnant certántque inuicem de alterando, vtrumque eorum tum agere, tum pati est necesse. Fortasse autem & si non multo tempore id fiat, attamen agit etiam id quod vincitur in id quod vincit, verùm ita exiguum, vt sensum effugiat: neque enim si acutissimo ferro mollissimam ceram toto die ac nocte incidas, fieri potest vt non fiat manifestò obtusius. Ita nimirum illud commodè dici videtur,

D *Assiduo illisu durum cauat vndula saxum:*

quippe ita quoque fieri cernitur: cæterùm ex vno aut altero ictu nihil adhuc euidens videre in talibus licet: ex quo factum arbitror vt nonnulli quædam ab admotis sibi nihil prorsus pati opinati sint. Et cedendum quidem est ita loquentibus: sæpe verò nobis quoque ipsis eodem pacto plerumque loquendum est, nisi sicubi ad vltimum examen disputationem perducimus, quemadmodum in præsentia facimus. Sic igitur ἀειπαθείας, id est nunquam deficientis affectionis dogma, iis vtique qui solum id ratione ipsa æstimant, valente demon-E stratione non caret: non est tamen eius ad priuatas singulatim obeundas actiones vllus vsus. Si namque adeò exigui affectus sint quibus assiduè afficimur, vt nulli actioni sensile & manifestum incommodum afferant, facile profectò contemnendi sunt: atque ei qui affectus id genus nullos esse dicit, non repugnandum. Perinde igitur habet & in iis quæ nutriunt propè dixerim omnibus: quippe quæ ipsa quoq; in corpore hominis aliquid faciũt, sed nec sensibile aliquid prorsus, nec euidens: diuturna tamen eorum exhibitio magnoperè alterat mutátq; manifestè iam corpora. Sunt enim & quæ primo statim vsu manifestam alterationem suam F indicent, veluti lactuca: quæ eos quibus vẽter quidem æstuat, manifestè refrigerat atque à siti vindicat: quibus autem refrigeratus est, manifestè lædit: Conducit verò & ad somnum non parum, neq; id alia ratione vlla, quàm quod frigido temperamento & humido est: verùm sic est humida & frigida ad hominem & alia quæ ab ipsa nutriri sunt apta, sicut

ſicut viridia ligna ad ignem. Quare rationabiliter cibi id genus vtrúmque præſtant & quòd veluti medicamenta corpus noſtrum afficiunt, & quòd nutriunt : toto quidem concoquendi ſui tempore, vt medicamenta : vbi verò iam nutriunt ac prorſus ſunt aſſimilata, tum vt quæ non ampliùs quicquam in nos agant, naturalem calorem augent, ceu priùs eſt dictum : quippe id omnium quæ nutriunt commune eſt. Nec eſt quòd miremur (ſi modo exempli viridium lignorum non ſumus immemores) eſſe aliqua quæ priùs quàm aſſimilentur & nutriant, dum adhuc concoquuntur refrigerent : cùm aſſimilata ſunt ac iam nutriunt, calfaciant. Itaque vſus quoque talium omnium duplex medicis ſuppetit, tum vt ciborum tum vt medicamentorum. Fac namque mutata ſit alicui optima ventriculi temperies ad calidiorem, is profectò, quandiu lactucam concoquit, refrigerabitur & mediocritatem temperamenti aſſequetur : vbi verò ex ea iam nutritus eſt, inſiti caloris ſubſtantiam augebit. In eo igitur vel maximè ſeſe fallere videtur iuniorum medicorum vulgus, quod ignorat in nobis aliquando qualitatem caloris intendi, aliquando ſubſtantiam eius augeri : & vtroque genere veteres calidius factum animal dicere : fit enim calidius ſiue calorem eius intendas, ſiue ſubſtantiam in qua prima conſiſtit, inaugeas. Finge namque ex iis quæ in animalis corpore continentur ſanguinem per ſe calidum, aut ſi magis placet flauam bilem : reliqua omnia ex accidenti eſſe calida, vtique quòd horum aliquam habeant partem : nunquid non neceſſe erit animal bifariam calidius eſſe, vel quòd plùs calidorum ſuccorum ſit ſortitum : vel quòd calidiores eos habeat quàm ante? mihi planè ita videtur. Ad eundem modum arbitror, & frigidius erit bifariàm, vel quòd plures illi ſuccreuerint frigidi ſucci, ceu pituita & nigra bilis : vel quod eorum omnium mediocritate non mutata, ſola qualitas ſit intenſa. An igitur miri quicquam eſt ſi corpus quoad concoquitur, qui frigidus natura cibus eſt ſicut portulaca & lactuca, frigidæ qualitatis non parum percipiat; percocto autem ac iam in bonum ſanguinem verſo, calidi ſucci acceſſione calidius quàm priùs euadat? Atqui ſi nihil horum aut eiuſmodi eſt quod fieri nequeat, aut etiam adhuc mirum, deſinant iam obſtrepere, qui vnum eundémque cibum tum nutrimenti, tum medicamenti vſum corpori præſtare negant : tanquam enim ſi omninò non percoqueretur, perpetuò maneret medicamentum : ſic cùm iam eſt percoctum, ambo efficitur. Pone enim prorſus non concoquatur lactuca, vel ſi mauis, ſuccus ipſius : quando is ſi liberaliùs ſumatur ſimilem in homine cum papaueris ſucco effectum habet : nonne hoc caſu medicamentum tantùm erit, nec aliud quicquam? nemo (arbitror) de ea re dubitet. Ergo habet omninò lactuca & medicamenti facultatem : at verò habebat & nutrimenti, quippe quæ perſæpe nutriit : ambas igitur facultates ſimul in ſe continet. non tamen ſimiliter ambas oſtendit : verùm vbi plùs egit in homine quàm ſit paſſa, medicamenti potiùs indicat facultatem, vbi paſſa plus eſt quàm egit, nutrimenti. Nec mirum illud eſt, ſi lactucæ tum agere tum pati contingit, quando gladio quoque (ceu paulo ante diximus) non ſolùm in ceram agere,

ὡς καὶ τὰ ξύλα τὰ χλωρὰ πρὸς τὸ πῦρ. ὥστ' εὐλόγως ἄμφω τοῖς τοιούτοις ἐδέσμασιν ὑπάρχει, τό θ' ὡς φαρμάκοις διατιθέναι τὰ σώματα ἡμῶν, καὶ τὸ τρέφειν, παρ' ὅλον μὲν τὸν χρόνον τῆς πέψεως, ὡς φαρμάκοις. ἡνίκα δ' ἤδη τρέφει τε, καὶ τελέως ὁμοιοῦται, τότ' οὐκέτ' οὐδὲν ἡμᾶς ἀντιδρῶντα, τὴν ἔμφυτον αὔξει θερμασίαν, ὡς καὶ πρόσθεν εἴρηται. κοινὸν γὰρ ἤδη τῶν τρεφόντων ἁπάντων ἐστί, καὶ οὐ χρὴ θαυμάζειν, εἴ τι, πρὶν μὲν ἐξομοιοῦσθαι, καὶ τρέφειν, ἔτι πεττόμενον ἔψυχεν. ἐξομοιωθὲν δέ, καὶ τρέφον, ἐθέρμηνε, μεμνημένους ἀεὶ τοῦ τῶν χλωρῶν ξύλων παραδείγματος, ὥστε καὶ ἡ χρεία τῶν τοιούτων ἁπάντων διττὴ τοῖς ἰατροῖς ἐστί, καὶ ὡς σιτίων, καὶ ὡς φαρμάκων. φέρε γὰρ ὑπηλλάχθαι τινὶ τὴν ἀρίστην ἐν τῇ γαστρὶ κρᾶσιν, ἐπὶ τὸ θερμότερον. οὗτος ἄχρι μὲν οὗ πέττει τὴν θριδακίνην, ἐμψυχθήσεται, καὶ συμμετρίαν κτήσεται κράσεως. ἐπειδὰν δ' ἐξ αὐτῆς ἤδη τρέφηται, τὴν οὐσίαν αὐξήσει τῆς ἐμφύτου θερμασίας. ἐν τούτῳ δὴ καὶ μάλιστα δοκοῦσί μοι παραλογίζεσθαι σφᾶς αὐτοὺς οἱ πολλοὶ τῶν νεωτέρων ἰατρῶν, ἀγνοοῦντες, ὡς ἐνίοτε μὲν ἡ ποιότης ἐπιτείνεται τῆς ἐν ἡμῖν θερμασίας, ἐνίοτε δ' ἡ οὐσία παραύξεται, καὶ ὡς ἑκατέρως, οἱ παλαιοὶ θερμότερον γεγονέναι τὸ ζῷόν φασι. καὶ γὰρ καὶ γίνεται θερμότερον, ἄν τ' ἐπιτείνῃς αὐτοῦ τὴν θερμασίαν, ἄν τ' αὐξήσῃς τὴν οὐσίαν ἐν ᾗ πρώτῃ περιέχεται. φέρε γὰρ εἶναι τὸ αἷμα τὸ ἐν τῷ σώματι τοῦ ζῴου καθ' αὑτὸ θερμόν, ἢ, νὴ Δία, εἰ βούλει τὴν ξανθὴν χολήν. ἅπαντα δὲ τἆλλα κατὰ συμβεβηκὸς ὑπάρχειν θερμὰ τῷ τούτων μετέχειν. ἆρ' οὐκ ἀναγκαῖον ἔσται, διττῶς γίνεσθαι θερμότερον τὸ ζῷον, ἤτοι τῷ πλείονας ἐπικτήσασθαι χυμοὺς θερμούς, ἢ τῷ θερμοτέρους ἔχειν, ἢ πρότερον; ἐμοὶ μὲν καὶ πάνυ φαίνεται. κατὰ δὲ τὸν αὐτόν, οἶμαι, τρόπον, καὶ ψυχρότερον ἔσται διττῶς, ἢ τῷ πλείους ὑποτραφῆναι τοὺς ψυχροὺς χυμούς, οἷον τὸ φλέγμα, καὶ τὴν μέλαιναν χολήν, ἢ τῷ τῆς αὐτῶν ἁπάντων μενούσης συμμετρίας, ὑπαλλαχθῆναι μόνην τὴν ποιότητα. τί δὴ οὖν θαυμαστόν, ἄχρι μὲν ἂν πέττηται τὸ ψυχρὸν τῇ φύσει σιτίον· οἷον ἀνδράχνη τε, καὶ θριδακίνη, ψυχρᾶς ποιότητος ἀναπίμπλασθαι τὸ σῶμα, πεφθέντων δ' ἀκριβῶς, καὶ γενομένων αἷμα χρηστόν, θερμότερον αὖθις ἑαυτοῦ γίνεσθαι τὸ σῶμα, τῇ τοῦ θερμοῦ χυμοῦ γενέσει. καὶ μὴν εἰ μηδὲν τούτων, μήτ' ἀδύνατόν ἐστι, μήτε θαυμαστὸν ἔτι, παυσάσθωσαν οἱ μὴ συγχωροῦντες ἓν καὶ ταὐτὸ ἔδεσμα, καὶ τὴν, ὡς τροφῆς, καὶ τὴν, ὡς φαρμάκου χρείαν τῷ ζῴῳ παρέχειν. ὡς γὰρ εἰ καὶ μηδ' ὅλως ἐπέφθη, διὰ παντὸς ἂν ἐφυλάχθη φάρμακον, οὕτω πεφθέν, ἄμφω γίνεται. φέρε γάρ, μηδ' ὅλως πεφθῆναι τὴν θριδακίνην, ἤ, νὴ Δία, τὸν χυλὸν αὐτῆς, ἐπειδὴ καὶ παραπλήσια τῷ τοῦ μήκωνος ὀπῷ, δρᾷ εἰς τὸν ἄνθρωπον εἰ πάμπολυς ληφθείη. ἆρ' οὖν φάρμακον ἔσται τηνικαῦτα μόνον, ἄλλο δ' οὐδέν; οὐκ οἶμαί τινα περί γε τούτου ἀμφισβητήσειν, ὥστ' ἔχει πάντως καὶ τὴν τοῦ φαρμάκου δύναμιν ἡ θριδακίνη, ἀλλὰ μὴν ἔχει καὶ τὴν τῆς τροφῆς. ἔθρεψε γὰρ πολλάκις. ὥστ' ἀμφοτέρας μὲν ἅμα τὰς δυνάμεις ἐν ἑαυτῇ περιέχει. δείκνυσι δ' οὐχ ὁμοίως ἀμφοτέρας, ἀλλ' ἐπειδὰν μὲν αὐτὴ πλέον ἐνεργῇ περὶ τὸν ἄνθρωπον ἢ πάσχῃ, τὴν ὡς φαρμάκου μᾶλλον ἐπιδείκνυται δύναμιν. ἐπειδὰν δὲ πάσχῃ πλέον, ἢ ποιῇ, τὴν ὡς σιτίου· καὶ θαυμαστὸν οὐδέν, εἰ τῇ θριδακίνῃ καὶ δρᾶν καὶ πάσχειν συμβέβηκεν, ὅπου γε καὶ τῷ ξίφει, καθότι καὶ μικρὸν ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, μὴ μόνον δρᾶν εἰς τὸν κηρόν,

ἀλλὰ καὶ πάσχειν ὑπάρχει. τῷ δ' εἶναι πολὺ πλέον ὃ πέφυκε δρᾶν, ἢ πάσχειν, λανθάνει θάτερον. ἀλλ' εἰ σκληρότατον αὐτῷ παραβάλλοις σίδηρον, ἔμπαλίν σοι φανεῖται πάσχειν μᾶλλον, ἢ δρᾶν, καίτοι δρᾷ μέν τι καὶ τότε, παρορᾶται δ' ἡ δύναμις αὐτοῦ διὰ σμικρότητα. θαῤῥοῦντες οὖν ἐπὶ πάντων μὲν ἁπλῶς ἀποφαινόμεθα τῶν σιτίων, ὡς οὐ μόνον πάσχειν ὑπὸ τοῦ σώματος ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ δρᾶν εἰς αὐτὸ πέφυκεν. ἤδη δὲ καὶ περί τινων, οἷς ἐναργῶς καὶ σαφῶς ὑπάρχει τὸ δρᾶν, ὡς οὐ σιτία μόνον ἐστὶν, ἀλλὰ καὶ φάρμακα. θριδακίνη μὲν οὖν, καὶ τροφὴ, καὶ φάρμακον ψυχρόν. εὔζωμον δὲ, καὶ τροφὴ καὶ φάρμακον θερμόν. εἰ δὲ καὶ καστόριον ἐν τῷ χρόνῳ πέττεται, εἴη ἂν καὶ τοῦτο, τροφή τε ἅμα καὶ φάρμακον θερμόν. οὕτω δὲ καὶ νάπυ, καὶ πέπερι, καὶ τῶν βοτανῶν ἄνηθόν τε, καὶ πήγανον, ὀρίγανόν τε, καὶ γλήχων, καὶ καλαμίνθη, καὶ θύμβρα, καὶ θύμος. πάντα γὰρ ταῦτα, καὶ τροφαὶ καὶ φάρμακα θερμά. πρὶν γὰρ εἰς αἷμα μεταβαλεῖν ἔτι γε πεττόμενα, φάρμακα. μεταβληθέντα δὲ, οὐκ ἔτι μὲν φάρμακα, τροφαὶ δ' ἤδη, κατὰ τὸ δεύτερον δηλονότι τῆς τροφῆς σημαινόμενον, ὃ οὔπω μέν ἐστι τροφὴ, οἷον δὲ τροφή. ὡς οὖν ἔμπροσθεν ἐπὶ θριδακίνης ἐλέγομεν, μίαν μὲν κοιλίαν ψυχροτέραν τοῦ δέοντος, ἑτέραν δὲ θερμοτέραν, οὕτω καὶ νῦν ἐπὶ πάντων τῶν δυνάμει θερμῶν, ὑποκείσθωσαν αἱ δύο κοιλίαι. τὴν μὲν δὴ ψυχροτέραν τοῦ δέοντος, ἄχρι περ ἂν ᾖ ἐν αὐτῇ περιεχόμενα καὶ πεττόμενα τὰ τοιαῦτα σύμπαντα, θερμαίνει τε, καὶ εἰς ἰσότητα κράσεως ἐπανάξει, καὶ ὠφελήσει λόγῳ φαρμάκων. τὴν δ' ἑτέραν τὴν θερμὴν, ἐκπυρώσει τε, καὶ μεγάλως βλάψει. καὶ ταύτας μὲν τὰς ἀλλοιώσεις ἐργάσεται κατὰ ποιότητα. πεφθέντα δ' ἀκριβῶς, καὶ μεταβληθέντα, καὶ χρηστὸν αἷμα γενόμενα, κατ' οὐσίαν αὐξήσει τὸ ἔμφυτον τῷ ζώῳ θερμὸν, οὐ κατὰ ποιότητα. καθόλου γὰρ, ἄν τε ψυχρὸν, ἄν τε θερμὸν ᾖ τῇ δυνάμει τὸ σιτίον, ἐπειδὰν αἱματωθῇ, τὴν ἔμφυτον ὡσαύτως αὐξήσει θερμασίαν. ἄχρι δ' ἂν ἄγηται μὲν εἰς αἵματος ἰδέαν, οὔπω δὲ τελέως αἱματωθῇ, ψύχει καὶ θερμαίνει τὸ σῶμα δίκην φαρμάκου. ἅπας δ' οὗτος ὁ λόγος, ἐκ μιᾶς ἀρχῆς ἤρτηται, διὸ καὶ φυλάττειν αὐτὴν ἀεὶ χρὴ, καὶ μεμνῆσθαι διὰ παντὸς, ὡς ἕκαστον τῶν σωμάτων, ἰδιότητά τινα κέκτηται κράσεως, οἰκείαν μὲν τῇδέ τινι τῇ φύσει, διαφερομένην δὲ τῇδέ τινι· καὶ ὡς εἰ μὲν ἀλλοιώσειε τὸ οἰκεῖον εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, αὐξήσει τὴν οὐσίαν οὕτω τῆς ἐν αὐτῷ θερμασίας. εἰ δ' ἀλλοιωθείη, δυοῖν θάτερον αὐτῷ συμβήσεται, θερμαίνοντος μὲν τοῦ μεταβάλλοντος, ἐπικτήσασθαί τινα θερμασίαν, μὴ θερμαίνοντος δὲ, τὴν οἰκείαν ἀπολέσαι. δῆλον οὖν ἐκ τούτων, ὡς ἐν τῷ πρός τι, σύμπαντά ἐστι τὰ τοιαῦτα. πρὸς γὰρ τὴν ἰδιότητα τῆς ἀλλοιούσης φύσεως, ἕκαστον τῶν προσφερομένων, ἢ τροφῆς, ἢ φαρμάκου, ἢ ἀμφοτέρων λόγον ὑφέξει. οἷον τὸ κώνειον, τῷ ψαρὶ μὲν τροφὴ, φάρμακον δ' ἀνθρώπῳ. καὶ τοῖς μὲν ὄρτυξιν, ἐλλέβορος τροφὴ, τοῖς δ' ἀνθρώποις, φάρμακον. ἡ μὲν γὰρ τῶν ὀρτύγων κρᾶσις, ἐξομοιοῦν ἑαυτῇ δύναται τὸν ἐλλέβορον, ἡ δὲ τῶν ἀνθρώπων, οὐ δύναται.

ſed etiam ab ea pati accidit, cæterùm quia multò amplius eſt quod ille agit quàm quod patitur, alterum latet: at ſi duriſſimum illi ferrum admoueas, contrà magis pati quàm agere tibi videbitur, tametſi agit aliquid tum quoque, ſed vis eius negligitur præ exiguitate. Itaque de omnibus prorſus cibis illud pronunciare non dubitemus, quòd non ſolùm à noſtris corporibus pati, ſed etiam agere aliquid in ea poſſunt: iam verò & de quibuſdam (quæ planè ſcilicet & luculenter videmus agere) quòd non tantum cibi ſint, ſed etiam medicamenta. Et lactuca quidem tam cibus quàm medicamentum frigidum eſt: eruca tam cibus quàm medicamentum calidum. Quòd ſi caſtoreum quoque ſpatio concoquitur, erit id quoque ſimul nutrimentum, ſimul medicamentum calidum: ad eundem modum ſinapi & piper: ex herbis quoque anethum & ruta & origanum; pulegium & calamīthe & thymbra & thymus: quippe hæc omnia tum cibi, tum medicamenta calida ſunt: priùs enim quàm in ſanguinem ſunt mutata, dum ſcilicet adhuc concoquuntur, medicamenta: mutata verò in ſanguinem non vtique iam medicamenta, ſed nutrimenta ſecunda nimirum nutrimenti ſignificatione qua id ſignificatur quod nondum eſt alimentum, ſed veluti alimentum. Ergo ſicut de lactuca paulò ſupra fecimus, cùm duos ventres, alterum iuſto frigidiorem, alterum iuſto calidiorem finximus: ita quoque in omnibus iis quæ poteſtate calida ſunt, proponamus eoſdem ventres. Ergo eum qui frigidior iuſto eſt, quoad in eo continentur ac concoquuntur huiuſcemodi omnia, calfaciunt atque temperamenti æqualitatem reuocabunt proderúntque vt medicamenta: alterum verò qui calidus eſt, inflammabunt ac magnopere lædent; atque has quidem alterationes qualitate ſua inducent nam omnino percocta & mutata ac in ſanguinem bonum iam verſa, naturalis in animali caloris ſubſtantiam augebunt, non qualitatem intendent. In totum enim ſiue frigidus ſiue calidus poteſtate cibus ſit poſteaquam in ſanguinem conuerſus eſt, naturalem calorem ſimiliter augebit: quoad autem ad ſanguinis formam tendit necdum planè ſanguis eſt redditus, refrigerat excalfacítve animal medicamenti ritu. Sanè omnis hæc diſceptatio ab vno, vt videtur, principio pendet: quò magis ſeruandum ſemper id memoriáque tenendum perpetuò eſt cuiuſlibet corporis proprietatem quandam temperamenti eſſe quæ huic quidem naturæ ſit conſentiens, ab hac verò ſit diſſentiens. Tum ſi quòd conueniens ſibi eſt, in ſuam naturam tranſmutet, eo pacto caloris ſui ſubſtantiam augere: ſin ipſum ſit mutatum, duorum alterum illi contingere, vel vt calorem quendam conquirat, vtique ſi id à quo mutatur calfacit: vel proprium calorem amittat, ſi id non calfacit. Liquet igitur ex his quod huiuſmodi omnia ex eorum ſunt numero quæ relata ad aliquid dicantur, cùm ad proprietatem mutantis naturæ quicquid aſſumitur vel nutrimenti, vel medicamenti, vel vtriuſque rationem ſortiatur: verbi gratia, cicuta ſturno nutrimentum eſt, homini medicamentum: rurſus coturnici veratrum nutrimentum eſt, hominibus medicamentum: ſiquidem coturnicum temperies aſſimilare ſibi veratrum poteſt, quod hominum temperies non poteſt.

CAPVT V.

De Medicamentis experimento dignoscendis.

ERgo manifestum iam arbitror factum quod iudicium eius quod respectu nostri calidum, frigidum, humidum & siccum dicitur, non ex iis quæ extrinsecus sunt posita, sed ex iis quibus ipsi afficimur, certum exactúmque fieri possit: atque id tanquam primùm ac maximè sit spectandum: deinde si res exigit etiam quod ab externis petitur. Nam si euidens ad sentiendum & clarus sit adhibiti medicamenti effectus, huic reliquis notis omnibus posthabitis credendum: sin debilis & obscurus aut etiam mixtus aut vllam omnino dubitationem habeat, tum vtique ad externa omnia conferendo, de eo iudicandum, ac neque horum quidem ad ea quæ longiùs absunt, sed ab ipsa quæsitæ rei substantia desumpta. Verbi gratia, si oleum calidum est, non id inde spectabitur quòd glutinosum aut pallidum aut leue est: sed quòd facilè inflammatur: id namque erat illi calidum potestate esse quod celeriter in actu calidum mutatur. Ad eundem modum & in corporibus nostris non vtique id expendendum, an crassarum partium aut tenuium aut humidum aut leue aut glutinosum aut pallidum, sed an calfaciat admotum: æquè verò nec an dulce sit, an aluum deiiciat, an, si sanguis superinstilletur, reddatur in venæ sectione fluxile: quippe hæc quoque superuacua sunt cùm æstimare liceat an calfaciat cùm admoueatur. Ergo si notabiliter id valentérque faceret, quemadmodum piper, vtique clarum id procul dubio esset: nunc cùm minimè valenter id præstet, meritò in quæstionem venit. Multò verò magis de rosaceo & aceto dubitatur à medicis, atque ambigitur, calida ne hæc an frigida potestate sint. Agendum igitur id est, vt in omnibus quæ potestate calida, frigida, humida siccave dicuntur, exactas aliquas claràsque distinctiones inueniamus, sicut ante de energia sic dictis fecimus. Porrò incipiendum arbitror ab iis quæ euidentissima sunt, quando in his exercitatus facilè consequetur ea quæ minùs sunt euidentia. Ergo statim vt corpori hoc vel illud medicamentum cibusve admouetur, expers esto omnis acquisititij caloris vehementis & frigoris: quam enim in superioribus distinctionem iniuimus quum sicca & humida corpora dignoscenda proposuimus, eadem nobis nunc quoque in iis quæ potestate calida frigidáque sunt, non minùs erit vtilis: nam si potestate frigidum, cùm id applicas, vehementer calfacias: siue calidum, refrigeres, corpus primo occursu qualitatis acquisitæ, non eius quæ propria est rei admotæ sensu afficitur. Vt ergo admotæ rei vera sinceráque natura exploretur, tepidum, quoad fieri maximè potest, esto: nec vllam extrinsecus notabilem alterationem valentis caloris frigorisve ceperit. Ac prima quidem admoti medicamenti præparatio talis esto. Applicetur autem: cùm eius vim exploras, non cuilibet corporis affectui, sed simplicissimo, quoad fieri maximè potest, & summo. Si igitur summi quidem caloris affectioni admotum, frigoris sensum excitet, erit profectò sic frigidum: pari modo si frigido affectui applicatum, calidum statim appareat, id quoque erit calidum: sin vel calidæ affectioni calidum,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Περὶ τοῦ τὰ φάρμακα τῇ ἐμπειρίᾳ διαγινώσκειν.

ΦΑνερὸν οὖν ἤδη γέγονεν, ὡς ἡ κρίσις τῶν πρὸς ἡμᾶς ὑγρῶν, ἢ ξηρῶν, ἢ ψυχρῶν, ἢ θερμῶν, οὐκ ἔξωθέν ποθεν, ἀλλ᾽ ἐξ ὧν ἡμεῖς αὐτοὶ πάσχομεν, ἀκριβὴς ἂν γένοιτο, καὶ ὡς πρώτην μὲν καὶ μάλιστα ταύτην, εἴη σκεπτέον, ἐφεξῆς δ᾽ εἴ τι δέοιτο, καὶ τὴν ἔξωθεν. εἰ μὲν γὰρ ἐναργὴς εἴη, καὶ σαφὴς αἰσθήσει τοῦ προσαχθέντος ἡ ἐνέργεια φαρμάκου, ταύτῃ πιστευτέον, ἀμελοῦντες τῶν ἄλλων ἁπάντων γνωρισμάτων. εἰ δ᾽ ἀμυδρὰ, καὶ ἀσαφὴς, ἢ ἐπίμικτος, ἢ τινὰ ὅλως ἀμφισβήτησιν ἔχουσα, τηνικαῦτα, καὶ πρὸς τὰ ἐκτὸς ἅπαντα κριτέον αὐτήν. οὐκ οὖν οὐδὲ πρὸς ταῦτα πόρρωθεν, ἀλλ᾽ ἀπ᾽ αὐτῆς τῆς οὐσίας τοῦ ζητουμένου, οἷον εἰ τὸ ἔλαιον θερμὸν, οὐχ ὅτι γλίσχρον, ἢ ὠχρὸν, ἢ κοῦφον, ἀλλ᾽ εἰ ῥᾳδίως ἐκφλογοῦται. τοῦτο γὰρ ἦν αὐτῷ τῇ δυνάμει θερμὸν εἶναι, τὸ ταχέως μεταβάλλειν εἰς τὸ ἐνεργείᾳ θερμόν. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον κἀπὶ τῶν ἡμετέρων σωμάτων, οὐκ εἰ παχυμερὲς, ἢ λεπτομερὲς, ἢ ὑγρὸν, ἢ κοῦφον, ἢ γλίσχρον, ἢ ὠχρὸν, ἀλλ᾽ εἰ θερμαίνει προσαγόμενον. οὕτω δ᾽ οὐδ᾽ εἰ γλυκὺ, καὶ κοιλίαν ὑπάγον, ἢ ῥύσιν ἐργαζόμενον ἐν ταῖς φλεβοτομίαις, εἰ ἐπισταχθείη τὸ αἷμα. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα περιττὰ, παρόν γε σκοπεῖν εἰ θερμαίνει προσαγόμενον. εἰ μὲν οὖν ἐπισήμως τε, καὶ ἰσχυρῶς ἐποίει τοῦτο, καθάπερ τὸ πέπερι, πρόδηλον ἂν ἦν πᾶσι καὶ ἀναμφισβήτητον. ἐπεὶ δ᾽ οὐκ ἰσχυρῶς, εὐλόγως εἰς ζήτησιν ἀφικνεῖται. πολὺ δὲ μᾶλλον ἐπὶ ῥοδίνου τε, καὶ ὄξους ἠπόρηται, καὶ ἠμφισβήτηται τοῖς ἰατροῖς, εἴ τε δυνάμει θερμὰ πέφυκεν, εἴ τε ψυχρά. χρὴ τοίνυν ἐξευρεῖν τινας ἐφ᾽ ἅπασι τοῖς δυνάμει λεγομένοις ὑπάρχειν, ἢ θερμοῖς, ἢ ψυχροῖς, ἢ ξηροῖς, ἢ ὑγροῖς, ἀκριβεῖς καὶ σαφεῖς διορισμοὺς, ὡς ἔμπροσθεν ἐπὶ τῶν ἐνεργείᾳ λεγομένων ἐποιησάμεθα. προσήκει δ᾽, οἶμαι, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῶν ἐναργεστάτων ποιήσασθαι. γυμνασάμενος γάρ τις ἐν τούτοις, ῥᾷον ἀκολουθήσει τοῖς ἀσαφεστέροις. εὐθὺς οὖν ἐν τῷ προσφέρειν τῷ σώματι τόδε τι τὸ φάρμακον, ἢ σιτίον, ἀπηλλάχθω τὸ προσαγόμενον, ἁπάσης σφοδρᾶς ἐπικτήτου θερμότητός τε, καὶ ψύξεως. ὃν μὲν γὰρ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ἐποιησάμεθα διορισμὸν, ἡνίκα τά θ᾽ ὑγρὰ καὶ τὰ ξηρὰ σώματα διαγινώσκειν ἐπεχειροῦμεν, τοῦτον οὐδὲν ἂν ἧττον εἴη καὶ νῦν χρήσιμος, ἐπὶ τῶν δυνάμει θερμῶν καὶ ψυχρῶν. εἴτε γὰρ δυνάμει ψυχρὸν ὂν τὸ προσφερόμενον ἐκθερμήναις σφοδρῶς, εἴτε θερμὸν καταψύξαις, ἡ πρώτη τοῦ σώματος προσβολὴ τὴν αἴσθησιν ἀπὸ τῆς ἐπικτήτου διαθέσεως, οὐκ ἀπὸ τῆς οἰκείας τοῦ προσαχθέντος ἐργάσεται κράσεως. ἵν᾽ οὖν ἀκριβής τε, καὶ εἰλικρινὴς ἡ φύσις ἐξετάζηται τοῦ προσαγομένου, χλιαρὸν ὡς οἷόν τε μάλιστα ὑπαρχέτω. μηδεμίαν ἐπίσημον ἔξωθεν ἀλλοίωσιν εἰληφὸς, ἤτοι θερμότητος, ἢ ψύξεως σφοδρᾶς. ἡ μὲν δὴ πρώτη παρασκευὴ τοῦ προσαγομένου φαρμάκου, τοιαύτη γινέσθω. προσφερέσθω δὲ μὴ πάσῃ διαθέσει σώματος, ὅταν ἐξετάζῃς αὐτοῦ τὴν δύναμιν, ἀλλ᾽ ἁπλουστάταις ὡς ἔνι μάλιστα, καὶ ἄκραις. εἰ μὲν οὖν ἐσχάτως θερμῇ διαθέσει προσαχθὲν, αἴσθησιν ἐργάζοιτο ψύξεως, εἴη ἂν οὕτως γε ψυχρόν. ὡσαύτως δὲ, καὶ εἰ τῇ ψυχρᾷ, θερμὸν ἐν τῷ παραυτίκα φαίνοιτο, καὶ τοῦτ᾽ ἂν εἴη θερμόν. εἰ δ᾽ ἤτοι τῇ θερμῇ θερμὸν,

ἢ τῇ ψυχρᾷ ψυχρὸν φαίνοιτο, μὴ πάντως ἀποφαίνεσθαι, τὸ μὲν θερμὸν, τὸ δὲ ψυχρόν. ἐνίοτε γὰρ, ἄκρως μέν ἐστιν ἡ διάθεσις θερμὴ, μετρίως δὲ ψυχρὸν ὑπάρχει τὸ φάρμακον, οὔτ᾽ ἠλλοίωσεν αὐτὴν, ἔτι τε πρὸς τούτῳ, ψύξαν καὶ πυκνῶσαν ἅπασαν τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν, ἀπέκλεισεν εἴσω, καὶ διαπνεῖσθαι τὸ θερμὸν ἐκώλυσε, κἀκ τούτου μειζόνως ἐξεπύρωσε τὴν διάθεσιν. οὕτω δὲ, κἂν εἰ τῇ ψυχρᾷ διαθέσει, τὸ προσφερόμενον μηδεμίαν ἐπιφέροι θερμότητα, σκέπτεσθαι, μή τι μετρίως ὑπάρχον θερμὸν, οὐδὲν ἔδρασεν εἰς τὴν ἄκρου θερμοῦ δεομένην διάθεσιν. οὐκοῦν οὔθ᾽ οὕτω χρὴ βασανίζεσθαι τῶν προσφερομένων φαρμάκων τὰς δυνάμεις, οὔτ᾽ εἰ κατὰ συμβεβηκὸς ἐργάζοιτό τι, καὶ μὴ καθ᾽ αὑτό. κρίσις δὲ τοῦ κατὰ συμβεβηκὸς, ἥτε διάθεσις, καὶ ὁ χρόνος. ἡ μὲν διάθεσις, εἰ ἁπλῆ καὶ μία. τῷ χρόνῳ δ᾽ ἡ κρίσις διορίζεται κατὰ τάδε. τὸ μὲν, ἅμα τῷ προσενεχθῆναι, ψύχον, ἢ θερμαῖνον ἐναργῶς φαινόμενον, εἴη ἂν δήπου, καὶ καθ᾽ ἑαυτό γε καὶ δι᾽ ἑαυτὸ τοιοῦτο. τὸ δ᾽ ἐν τῷ χρόνῳ, τάχ᾽ ἂν ἔκ τινος συμβεβηκότος εἰς τοῦτ᾽ ἄγοιτο, καθάπερ ἐπὶ τετραγώνου, θέρεος μέσου, νέῳ εὐσάρκῳ, ὕδατος ψυχροῦ πολλοῦ κατάχυσις, θέρμης ἐπανάκλησιν ποιεῖται. ἀλλ᾽ ὅτι γε μὴ καθ᾽ ἑαυτὸ θερμαίνει τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, δῆλον ἐκ τῆς πρώτης προσβολῆς. αἴσθησιν γὰρ ἐργάζεται ψύξεως, καὶ μὲν δὴ καὶ ψύχει τὸ δέρμα, μέχρις ἂν ἐπιχέηται τούτῳ. καὶ τὴν θερμασίαν, οὔτ᾽ ἐπὶ πάντων σωμάτων, οὔτ᾽ ἐν τῷ καταχεῖσθαι, παρέχεται, ἀλλ᾽ ἐπὶ μόνων εὐσάρκων νέων, ἐν θέρει μέσῳ, μετὰ τὸ παύσασθαι καταχέοντας. ὥσπερ οὖν οἷς προσπίπτει τὸ ψυχρὸν ὕδωρ ἐκ τοῦ παραχρῆμα ψύχει ταῦτα, κἂν ἔμψυχα, κἂν ἄψυχα σώματα ὑπάρχῃ, κἂν θερμὰ, κἂν ψυχρά. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, εἴ τις ἦν χρόνος. ἢ φύσις σώματος, ἢ διάθεσις ἐφ᾽ ἧς αἴσθησιν ἔφερε τὸ ψυχρὸν ὕδωρ, εὐθὺς ἅμα τῷ προσπίπτειν θερμότητος, εὐλόγως ἂν ἐζητεῖτο πότερον θερμαίνειν, ἢ ψύχειν πέφυκε καθ᾽ ἑαυτό. νυνὶ δ᾽ ἐπειδὴ τὰ μὲν ἔμψυχά τε καὶ ἄψυχα πάντα, παραχρῆμα καὶ διαπαντὸς ὁρᾶται ψυχόμενα, οἷς δ᾽ ἐστὶν ἔμφυτος θερμασία, καὶ οἷον πηγή τις ἐν τοῖς σπλάγχνοις πυρὸς, εἰ τούτοις προσενεχθὲν ἐπανάκλησίν τινά ποτε ποιεῖται θερμότητος. εὔλογον οἶμαι κατά τι συμβεβηκὸς, οὐ καθ᾽ ἑαυτὸ θερμαίνειν αὐτὸ τὰ τοιαῦτα. καὶ δὴ καὶ φαίνεται κατά τι. πυκνώσει γὰρ τῆς ἐκτὸς ἐπιφανείας, καὶ κατακλείσει τοῦ θερμοῦ, τὴν ἐπάνοδον ποιεῖται τῆς ἐκ τοῦ βάθους θερμασίας, ἅμα μὲν ἀθροισθείσης, τῷ μὴ διαπνεῖσθαι. ἅμα δ᾽ εἰς τὸ βάθος ἀποχωρούσης διὰ τὴν τοῦ περιέχοντος βίαν ψυχροῦ, ἅμα δὲ καὶ τρεφομένης ὑπὸ τῶν ἐνταῦθα χυμῶν. ὅταν γὰρ ἀθροισθεῖσά τε καὶ τραφεῖσα πρὸς τὴν ἐπιφάνειαν ὁρμήσῃ σφοδρότερον, ἐπανάκλησις μὲν γίνεται τῆς θέρμης, ἔνδειξις δὲ τοῦ μὴ καθ᾽ ἑαυτὸ τὴν θερμασίαν αὐξῆσαι τὸ ψυχρὸν ὕδωρ. καθ᾽ ἑαυτὸ μὲν γὰρ ἔψυξε τὸ δέρμα. τῇ ψύξει δ᾽ αὐτοῦ, πύκνωσίς τε ἅμα καὶ εἰς τὸ βάθος ὑπονόστησις ἠκολούθησε τοῦ θερμοῦ. τούτων δ᾽ αὐτῶν τῇ μὲν πυκνώσει κώλυσις τῆς διαπνοῆς. τῇ δ᾽ εἰς τὸ βάθος ὑποχωρήσει, κατεργασία τῶν ταύτῃ χυμῶν. ὧν, ἡ μὲν κώλυσις τῆς διαπνοῆς, τὴν ἄθροισιν τῆς θερμασίας, ἡ δὲ τῶν χυμῶν κατεργασία, τὴν γένεσιν αὐτῆς ἐποιήσατο· τούτων δ᾽ ἑκατέρῳ πάλιν, ἡ αὔξησις ἕπεται τῆς ἐμφύτου θερμασίας. διὰ μέσων οὖν ἑκατέρων, τὸ μὲν ψυχρὸν, ἂν αὔξησίν ποτε τῆς ἐν τῷ ζώῳ θερμασίας ἐργάζεται, καθ᾽ ἑαυτὸ δ᾽ οὐδέποτε. καὶ μὴν καὶ τὸ θερμόν ἐστιν ὅτε κατὰ συμβεβηκὸς ψύχει.

vel frigidæ frigidum ſentiatur, non eſt quòd hoc calidum, illud frigidum omnino pronuncies. Eſt enim aliquando ſummi caloris affectus, quem mediocriter frigidum medicamen adeo non alterat vt refrigerando denſandóque ſummum extrinſecus corpus, calorem intrò concludat ac difflari vetet, indéque affectum magis accendat. Ita verò & ſi quòd frigido affectui admouetur, nullum afferat calorem, videndum eſt num id cùm ſit aliquid mediocriter calidum, nihil egerit in affectum qui ſummi indiguit caloris. Ergo nec ſi admoti medicaminis exploranda vis eſt: nec ſi ex accidenti aliquid efficiat, non per ſe. Iudicabis autem quòd ex accidenti aliquid facit, tum ex affectu ipſo, tum tempore: ex affectu, ſi is ſimplex eſt & vnus: at à tempore determinabitur iudicium ad hunc modum. Quod protinus, vt admotum eſt, calfacere vel refrigerare manifeſtè cernitur, id vtique & ex ſe, & per ſe tale fuerit: quòd tempore id facit, fortaſſe ex aliquo accidenti in id eſt actum. Veluti iuueni quadrati corporis tetano æſtate media laboranti, frigida liberaliter affuſa caloris repercuſſum facit: cæterùm quòd aqua frigida per ſe non calfaciat, ex primo eius occurſu patet, ſenſum namque inuehit frigoris: præterea cutim, quoad ei affunditur, frigefacit: tum calorem nec in omni corpore nec dum affunditur, inuehit: imò tantùm in iuuene quadrati corporis & æſtate media & poſtquàm à perfundendo eſt ceſſatum. Sicut igitur frigida, quibus incidit, hæc illico perfrigerat, ſiue animata corpora ſunt ſiue non animata, ſiue calida, ſiue frigida: ita, ſiquod eſſet tempus vel corporis natura, vel affectus vllus in quo frigida primo ſtatim occurſu caloris ſenſum inueheret, iure quæri poſſet calfacere ne an frigefacere per ſe nata eſſet: nunc autem, cùm omnia tum animata tum inanimata, protinus & perpetuò frigifieri ab ea cernamus: quibus autem inſitus calor, veluti fons quidam ignis in viſceribus eſt, iis adhibita repercuſſum aliquando caloris faciat, rationabile arbitror ex aliquo accidenti non per ſe talia calfacere. Sed nec latet qua ratione illud accidat: ſiquidem ſtipata clauſáque corporis ſumma facie, repercuſſus refractúſque fit caloris eius qui à profundo aſcendit: qui quidem ſimul propter diſſlatus inopiam eſt aceruatus, ſimul propter frigidi circunſtantis violentiam in altum recedit, ſimul ex ſuccis illic habitis nutritur. Quippe vbi collectus nutritúſque calor ad ſumma corporis violentiùs ruit, fit quidem caloris repercuſſus, indicium verò ac documentum quòd frigida haudquaquam per ſe calorem auxit: nam per ſe quidem cutim perfrigerauit, eius verò perfrigerationem denſitas & reditus caloris ad profundum ſunt conſequuti: Rurſus horum denſitatem quidem difflatus prohibitio: reditum verò ad interiora, concoctio confectióque, qui iſtic ſunt ſuccorum, eſt conſequuta: Horum verò difflatus prohibitio, caloris colligendi: ſuccorum concoctio, eiuſdem generandi fuit cauſa: porrò horum vtrumque natiui caloris ſequitur auctio. Ergo intercedentibus mediis vtriſque frigida in animalis corpore caloris aliquando excitat incrementum, per ſe nunquam. Sed non minùs calor eſt quando ex accidenti perfrigerat,

vtique intercedente vacuatione, sicut perfusio phlegmonem. Cùm enim ex calida fluxione phlegmone consistat, propria quidem eius curatio vacuatio superuacui est: vacuationi autem particulæ quæ per phlegmonem excalfacta est, omninò succedit refrigeratio. Ergo cum duplex in iis quæ phlegmone laborant particulis affectus sit, vnus quidem in quantitate, ex superuacui naturæ modum exeuntis abundantia: alter in qualitate qui ex caloris spectatur ratione, sequitur prioris eorum curationem etiam posterioris curatio: fiúntque ex accidenti ea medicamenta quæ calentem materiam vacuant inflammationis particularum refrigeratoria. Ergo tum hæc discernere oportet, tum id agere vt pro modo simplicis affectus etiam virium medicamenti inueniatur modus: Verbi gratia, si calidus in summo affectus sit, frigidum quoque in summo medicamentum paretur: si affectus à summo paulum recedat, medicamentum quoque à summo paulum declinet: si plus à summo calore absit affectus, ad portionem absit à summo frigore medicamen: quippe si auspicatus à tali coniectura examen eorum sis, faciliùs propriam cuiusque inuenias vim. Ad summam enim in omni simplici affectu calido, quodcunque adhibitum medicamen primo statim occursu frigoris sensum intulit, id frigidum potestate est: ac multò profectò magis, si post primam exhibitionem tale perpetuò manet: quòd si calidum affectum prorsus sanet, frigidum id ex necessitate fuerit. Adhibendum verò est, cùm exploratur, omninò tepidum vt prius testati sumus. Vbi iam cognitum est tale esse, deinde curationis causa assumitur, rectiùs frigidum adhibetur: nisi si medicamen summi sit frigoris, morbus in summo caloris non sit. Atque hæc quidem diffusiùs tum in opere de medicamentis, tum curandi methodo tradentur. Ad præsens illud saltem nouisse oportet, quod si calido & simplici affectui aliquod adhibitum medicamentum, tum protinus tum toto deinceps tempore frigoris sensum ac facilioris tolerantiæ iuuamentique laboranti affert, id frigidum necessariò est tametsi in aliis nonnunquam videatur calidum: deprehendetur enim in illis, si diligenter exploretur, non vtique per se sed ex accidenti aliquo excalfacere. Cùm autem per se dicimus, vel primum vel nullo intercedente medio, omnibus huiusmodi verbis idem potestate significatur. Et horum simul omnium exercitationem in opere de medicamentis propriis exemplis instituemus.

CAPVT VI.

Epilogus operis vniuersi.

NVnc recensitis iis quæ ante iam dixi, proposito libro commodum imponere finem tentabo. Cùm namque calidum corpus multifariam dicatur, nam & quod summam eiusmodi habet in se qualitatem, ipsum scilicet elementum: & quod propter eiusmodi qualitatem pollentem nomen est sortitum: ad hæc, quod collatum ad aliud dicitur, vel ad id quod mediocre, eiusdem sit generis, vel quicquid fors tulerit: sic & quod potestate calidum est, actu verò nondum dici potest, intelligi probaríque multis modis oportet.

διὰ μέσου τοῦ κενοῦ, ὡς τὸ κατάντλημα τὴν φλεγμονήν. ἐπεὶ γὰρ ὑπὸ θερμοῦ ῥεύματος γίνεται φλεγμονή, τὸ μὲν ἴδιον αὐτῆς ἴαμα, κένωσίς ἐστι τοῦ περιττοῦ. τὸ δὲ τῇ κενώσει πάντως ἑπόμενον, ἡ ψύξις τοῦ διὰ τὴν φλεγμονὴν τεθερμασμένου μορίου. διττῆς μὲν οὔσης ἐν τοῖς φλεγμαίνουσι σώμασι διαθέσεως, ὅσον μὲν ἐπὶ τῇ πλεονεξίᾳ τοῦ περιττοῦ, κατὰ τὸ ποσὸν ἐξισταμένοις τοῦ κατὰ φύσιν, ὅσον δὲ ἐπὶ τῇ θερμασίᾳ, κατὰ τὸ ποιόν, ἡ τῆς ἑτέρας τῶν διαθέσεων ἴασις, ἑπομένην ἔχει καὶ τὴν ἑτέραν· καὶ γίνεται κατὰ συμβεβηκός, τὰ κενωτικὰ τῆς θερμῆς ὕλης φάρμακα, καὶ τῆς φλογώσεως τῶν μορίων ἐμψυκτικά. ταῦτά γε οὖν διορίζεσθαι, καὶ πειρᾶσθαι, κατὰ τὸ ποσὸν τῆς ἁπλῆς διαθέσεως, ἐξευρίσκειν τὸ ποσὸν τῆς τοῦ φαρμάκου δυνάμεως. οἷον εἰ ἄκρως ἡ διάθεσις θερμή, καὶ τὸ φάρμακον ἄκρως εἶναι ψυχρόν. εἰ δὲ ὀλίγον ἀπολείποιτο τῆς ἀκρότητος ἡ διάθεσις, ὀλίγον χρῆναι καὶ τὸ φάρμακον ἀπολείπεσθαι, κἂν εἰ πλέον ἀπέχοιτο τῆς ἄκρας θερμασίας ἡ διάθεσις, ἀνάλογον ἀπέχειν τῆς ἄκρας ψυχρότητος τὸ φάρμακον. εἰ γὰρ ἀπὸ τοῦ τοιούτου στοχασμοῦ, τὴν ἀρχὴν τῆς ἐξετάσεως αὐτῶν ποιοῖο, θᾶττον ἂν ἐξευρίσκοις τὴν οἰκείαν ἑκάστου δύναμιν. ὅλως γάρ, εἰ καθ᾽ ἓν ὁποιονοῦν πάθος ἁπλοῦν θερμόν, ὁτιδήποτε τῶν φαρμάκων προσαχθέν, εὐθὺς ἅμα τῇ πρώτῃ προσφορᾷ ψύξεως αἴσθησιν ἤνεγκε, ψυχρόν ἐστιν ἐκεῖνο τῇ δυνάμει, καὶ πολὺ μᾶλλον, εἰ καὶ μετὰ τὴν πρώτην προσφοράν, ἕως παντὸς μένει τοιοῦτο. εἰ δὲ καὶ παντελῶς ἰῷτο τὴν θερμὴν διάθεσιν, ἐξ ἀνάγκης ψυχρόν ἐστι. προσφέρεσθαι δὲ χρὴ πάντως αὐτὸ χλιαρόν, ἐπειδὰν δοκιμάζηται, καθότι καὶ πρόσθεν εἴρηται. γνωσθὲν δὲ ὅτι τοιοῦτό ἐστιν, εἶτα θεραπείας ἕνεκα παραλαμβανόμενον, ἄμεινον ψυχρὸν λαμβάνειν, πλὴν εἰ τὸ μὲν φάρμακον ἄκρως εἴη ψυχρόν, οὐκ ἄκρως δὲ θερμὸν εἴη τὸ νόσημα. ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ πλέον, ἔν τε τοῖς περὶ φαρμάκων εἰρήσεται, κἂν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς μεθόδου γράμμασιν. ἐν δὲ τῷ παρόντι, τόγε τοσοῦτον χρὴ γινώσκειν, ὡς εἴ τι, τῇ θερμῇ καὶ ἁπλῇ διαθέσει προσαχθὲν φάρμακον, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, κἂν τῷ μετὰ ταῦτα χρόνῳ παντί, τήν τε τῆς ψύξεως αἴσθησιν ἤνεγκε τῷ κάμνοντι, καὶ τὴν τῆς εὐφορίας τε, καὶ ὠφελείας, ἐξ ἀνάγκης τοῦτο ψυχρόν ἐστι, κἂν ἐπ᾽ ἄλλων ποτὲ φαίνηται θερμόν. εὑρεθήσεται γὰρ ἐπ᾽ ἐκείνων ἐξεταζόμενον ἀκριβῶς, οὐ καθ᾽ ἑαυτὸ θερμαῖνον, ἀλλὰ κατά τι συμβεβηκός. ὅταν δὲ καθ᾽ ἑαυτὸ λέγωμεν, ἢ πρώτως, ἢ διὰ μηδενὸς τῶν ἐν μέσῳ, ταὐτὸν ἐξ ἁπάντων δηλοῦται δυνάμει τῶν ῥημάτων. καὶ τὴν γυμνασίαν ἁπάντων ἅμα τούτων τοῖς οἰκείοις παραδείγμασιν, ἐν τοῖς περὶ φαρμάκων ὑπομνήμασι ποιησόμεθα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Ἐπίλογος τοῦ σύμπαντος ἔργου.

ΝΥνὶ δὲ πάλιν ἀναμνήσας, ὧν ἤδη καὶ πρόσθεν εἶπον, ἐπιθεῖναι πειράσομαι τῷ παρόντι λόγῳ τὴν προσήκουσαν τελευτήν. ἐπεὶ γὰρ τὸ θερμὸν σῶμα πολλαχῶς ἐλέγετο, καὶ γὰρ καὶ τὸ τὴν ἄκραν ἔχον ποιότητα τὸ στοιχεῖον αὐτό, καὶ τὸ κατ᾽ ἐπικράτησιν αὐτῆς ὀνομαζόμενον, ἔτι τε τὸ πρὸς ἕτερον λεγόμενον, ἤτοι πρὸς τὸ σύμμετρον ὁμογενές, ἢ πρὸς ὁποιονοῦν τὸ τυχόν, οὕτω χρὴ καὶ τὸ δυνάμει μὲν θερμόν, ἐνεργείᾳ δὲ οὐδέπω, καὶ νοεῖσθαι, καὶ δοκιμάζεσθαι πολλαχῶς.

ὅθεν οὐκ ὀρθῶς εἴ τι μὴ ταχέως ἐκπυροῦται, τοῦτ᾽ ἔνιοι νομίζουσιν, οὐδὲ πρὸς ἡμᾶς εἶναι δυνάμει θερμόν. εἴ τε γὰρ εὔπεπτόν ἐστι, καὶ τρέφει ταχέως, εἴη ἂν ὡς πρὸς ἡμᾶς θερμόν, εἴ τε θερμαίνει προσφερόμενον ὡς φάρμακον, εἴη ἂν καὶ τοῦτο δυνάμει θερμόν, ὡς πρὸς ἄνθρωπον. οὕτω δὲ καὶ καθ᾽ ἕκαστον εἶδος ζώου, τὸ δυνάμει θερμόν, εἴθ᾽ ὡς φάρμακον, εἴθ᾽ ὡς τροφὴ πρὸς ἐκεῖνο λέγεται μόνον τὸ ζῶον. ἐν γὰρ τῷ πρός τι, τὸ δυνάμει πᾶν, ὥστε καὶ ἡ βάσανος ἡ οἰκεία, βελτίων τῆς ἔξωθεν. οἰκεία δὲ μία καθ᾽ ἕκαστον, εἰ φαίνοιτο ταχέως γινόμενον τοιοῦτο, ὁποῖον ἔφαμεν ὑπάρχειν αὐτὸ δυνάμει. πῦρ μὲν γάρ ἐστι δυνάμει πᾶν ὅ,τι ἂν ταχέως ἐκπυροῦται. δυνάμει δὲ, ὡς πρὸς ἄνθρωπον θερμόν, ὅπερ ἦν ἓν εἶδος τῶν κατ᾽ ἐπικράτησιν θερμῶν, ὅταν ἀνθρώπῳ προσφερόμενον, ἢ τὴν ποιότητα τῆς ἐμφύτου θερμασίας, ἢ τὴν οὐσίαν αὐξάνῃ. τὰ δ᾽ αὐτὰ κἀπὶ τῶν ἄλλων εἰρῆσθαι χρὴ νομίζειν, ὅσα δυνάμει λέγεται ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, καὶ ὑγρὰ καὶ θερμά. καὶ γὰρ καὶ ταῦτα, τὰ μὲν, ὡς πρὸς αὐτὰ τὰ στοιχεῖα, τὰ δὲ, ὡς κατ᾽ ἐπικράτησιν ὠνομασμένα, καὶ νοεῖσθαι χρὴ, καὶ δοκιμάζεσθαι, καὶ διδάσκεσθαι. δῆλον δ᾽ ὡς καὶ τὴν κρίνουσαν ἁφὴν, ἁπάσης ἐπικτήτου θερμασίας τε, καὶ ψύξεως ἀπηλλάχθαι χρὴ, καθότι κἀπὶ τῶν φαρμάκων αὐτῶν εἴρηται πρόσθεν.

Quo vtique minùs rectè siquid non statim inflammatur, id aliqui ne vt ad nos quidem esse calidum potestate putant: nam siue facilè concoquitur & citò nutrit, erit ad nos calidum: siue admotum, veluti medicamentum, calfacit: erit id quoque vt ad hominem potestate calidum. Sic nimirum & per singulas animalis species ipsum potestate calidum, siue est vt medicamentum siue vt nutrimentum, ad illud tantùm animal collatum dicitur: est enim ex iis quæ ad aliquid referuntur quicquid potestate dicitur: quare & probatio quæ propria est, melior vtique est quàm quæ ab externo petitur: propria verò est vna in singulis, vtique si celeriter tale fieri appareat quale id esse potestate diximus. Est enim potestate ignis quicquid celeriter in ignem vertitur: potestate verò calidum est, vt ad hominem (quæ est vna ex speciebus eorum quæ ex eo quod in ipsis præpollet calida dicuntur,) quicquid homini applicatum, naturalis eius caloris vel qualitatem auget vel substantiam. Eadem mihi & de aliis censeri dicta velim, quæcunque scilicet potestate frigida vel sicca vel humida vel calida dicuntur: cùm hæc quoque partim veluti ad ipsa elementa: partim veluti ad ea quæ ex præpollente sunt nominata, tum intelligi, tum explorari, tum doceri conueniat. Patet verò eum quoque tactum qui iudicat omnis acquisititij caloris & frigoris expertem esse debere, sicuti de medicamentis ipsis priùs est dictum.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΦΥΣΙΟΣ ΑΝΘΡΩΠΟΥ ΤΟ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ, ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΟΥ ΕΙΣ ΑΥΤΟ ΥΠΟΜΝΗΜΑ.

HIPPOCRATIS DE NATVRA HOMINIS LIBER PRIMVS ET GALENI IN EVM COMMENTARIVS.

Τὰ σημαινόμενα τοῦ τῆς φύσεως ὀνόματος τοῖς ἰατροῖς μᾶλλον εἰθισμένα· τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν οὐ μὴν ἐξ ἑνός, ἀλλ' ἐκ τεσσάρων τῶν τε στοιχείων, καὶ χυμῶν συγκεῖσθαι· τί καὶ ποσαπλάσιον ἢ τὸ σῶμα, καὶ ὁμοιομερὲς καὶ ὀργανικόν· καὶ ἡ τούτου τοῦ γνησίου Ἱπποκράτους βιβλίου ὑπόθεσις.

Vsitatiora Medicis vocabuli naturæ significata; Naturam hominis non ex vno, sed ex quatuor tum elementis, tum humoribus constitui; Quid & quotuplex pars similaris, & organica; & libri huius germani Hippocratis propositum.

PROOEMIVM GALENI.

A

QVEM olim de elementis ex Hippocratis *sententia* commentarium conscripsi, amicorum cuidam peregrinationem suscipienti pro ingenij illius coniectura tradidi. Quæ igitur ipsum accuratè scire noueram, ea neque operis initio demonstraui, neque commemoraui; etsi ita facere consueueram, quum sermo omnibus ipsum lecturis est communis futurus. Quum autem ad multos liber (Haud noui qua ratione) elabi præcepisset, nondum alterum post ipsum construere mihi visum est, explicationem etiam libri de natura hominis ea de re distuli, quòd quæ *ibi* continentur omnia, in commentario priùs edito (quod de elementis ex Hippocratis sententia inscriptum est) manifestè sint prodita. Nunc itaque (quandoquidem familiares mei huius etiam Hippocratici operis, non modò necessariarum ad dogma sententiarum, vt in illo priùs attigi, sed deinceps omnium explicationem à me accipere rogarunt) exordium ducens explicationis, illa priùs docebo quæ in operis de elementis ex Hippocratis sententia principio dicere omiseram,

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΕΡΙ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων, πάλαι ποθ' ὑπόμνημα τῶν ἑταίρων τινὶ πρὸς ἀποδημίαν στελλομένῳ, γράψας ἐπιδέδωκα, τῆς ἐκείνου στοχαζόμενος ἕξεως· ἅπερ οὖν ᾔδειν αὐτὸν ἀκριβῶς ἐπιστάμενος, οὔτ' ἀπ' ἀπέδειξα κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ συγγράμματος, οὔτ' ἀνέμνησα, καί περ εἰωθὼς οὕτω πράττειν, ὅταν κοινὸς ὁ λόγος ἅπασι τοῖς ἀναγνωσομένοις αὐτὸν, ἔσεσθαι μέλλοι. φθάσαντος δέ, οὐκ οἶδ' ὅπως, εἰς πολλοὺς ἐκπεσεῖν τοῦ συγγράμματος, οὐκέθ' ἕτερον ἐπ' αὐτῷ ποιεῖν ἔδοξέ μοι, καὶ τὴν ἐξήγησιν τοῦ

B

περὶ φύσιος ἀνθρώπου βιβλίου, διὰ τοῦτ' ἀνεβαλλόμην, ὅτι τὰ συνέχοντα πάντα, διὰ τοῦ προεκδοθέντος ὑπομνήματος, ὃ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων ἐπιγέγραπται, σαφῶς ἐδέδεικτο. νῦν οὖν, ἐπειδὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ Ἱπποκρατείου συγγράμματος ἐξήγησιν, οὐ μόνον τῶν ἀναγκαίων εἰς τὸ δόγμα λέξεων, ὡς ἐν ἐκείνῳ πρότερον ἐπεποιήμην, ἀλλ' ἁπασῶν ἐφεξῆς, ἐδεήθησαν οἱ ἑταῖροι παρ' ἐμοῦ λαβεῖν, ἀρξάμενος τῆς ἐξηγήσεως, ἐκεῖνα λέξω πρότερον, ὅσα παρέλιπον εἰπεῖν ἐν ἀρχῇ τοῦ περὶ τῶν καθ' Ἱπποκράτην στοιχείων,

ἐπεὶ γινώσκειν αὐτὰ τὸν ἑταῖρον ἐπιστάμην. ἓν μὲν δὴ καὶ πρόδ- A
τόν ἐστιν εἰπεῖν, ὅ,τι ποτὲ σημαίνεται πρὸς τοῦ τῆς φύσεως ὀνό-
ματος, ἀφ' οὗ καὶ τῶν παλαιῶν φιλοσόφων ἔνιοι προνομασθέν-
τες, ἐκλήθησαν φυσικοί. γενήσεται δ' ἡμῖν, ὧν ἕνεκεν λέγω τοῦτο,
δῆλον, ἀναγνοῦσι τὰ περὶ φύσεως αὐτοῖς γεγραμμένα βιβλία.
φαίνεται γὰρ ἐξηγούμενα τὴν πρώτην οὐσίαν ὁποία τίς ἐστιν, ἣν
ἀγέννητόν τε καὶ ἀΐδιον εἶναί φασιν, ὑποβεβλημένην ἅπασιν
τοῖς γεννητοῖς καὶ φθαρτοῖς σώμασι, τά θ' ὑπάρχοντα κατὰ τὸν ἴδιον
λόγον, ἑκάστῳ τῶν γεννωμένων τε καὶ φθειρομένων, οἷς γνωσθεῖ-
σιν, ἕπεται καὶ ἡ τῶν ἄλλων γνῶσις, ὅσα μὴ κατὰ τὸν ἴδιον λόγον
ἑκάστῃ τῶν κατὰ μέρος οὐσιῶν συμβαίνει. τελεία μὲν οὖν διδα- B
σκαλία τῆς ἑκάστου τῶν ὄντων φύσεως οὕτω γίγνεται. κἂν ἓν
δή τις, ἢ δύο τῶν ὑπαρχόντων τινὶ διέρχηται, καὶ οὕτως εἰθισμένοι
λέγειν εἰσὶν οἱ ἄνθρωποι, ἐν ᾧ περὶ τῆς τοῦ πράγματος φύ-
σεως ἀποφαίνεσθαί τι, καθάπερ καὶ ὁ ποιητής. προειπὼν γάρ,

Odyss. x. Ὡς ἄρα φωνήσας, πόρε φάρμακον Ἀργειφόντης,
Ἐκ γαίης ἀνελών, καί μοι φύσιν αὐτοῦ ἔδειξεν.

ἐφεξῆς φησιν,

Ῥίζῃ μὲν μέλαν ἔσκε, γάλακτι δὲ ἴκελον ἄνθος.

Οὕτω δὲ καὶ οἱ περὶ τῶν βοτανῶν γράψαντες, ἢ ὅλως περὶ
φυτῶν, ἐκδιδάσκουσι τὴν αἰσθητὴν αὐτῶν φύσιν, ὁποῖόν ἐστιν C
ἕκαστον ἁπτομένῳ καὶ γευομένῳ, καὶ ὀσμωμένῳ, καὶ βλέ-
ποντι, διηγούμενοι, τίνα τ' ἔχει δύναμιν, ἢ εἴσω τοῦ σώμα-
τος λαμβανόμενον, ἢ ἔξωθεν ἐπιτιθέμενον. ἐν τούτοις γὰρ ἡ
αἰσθητὴ φύσις ἑκάστου τῶν ὄντων ἐστίν. ἡ δὲ τούτων ἀνωτέρω
καὶ πρώτη, περὶ ἧς ἐγώ τε προείρηκα, καὶ Πλάτων ἐπί-
στασθαι συμβουλεύει τὸν βουλόμενον ὁτιοῦν πρᾶγμα με-
θόδῳ μεταχειρίζεσθαι. παραγράψω δέ σοι καὶ τὴν ῥῆσιν
αὐτοῦ. ΣΩ. ψυχῆς οὖν φύσιν, ἀξίως λόγου κατανοῆσαι
οἴει δυνατὸν εἶναι, ἄνευ τῆς τοῦ ὅλου φύσεως. ΦΑΙ. εἰ μὲν
οὖν Ἱπποκράτει τῷ τῶν Ἀσκληπιαδῶν δεῖ τι πείθεσθαι, οὐδὲ D
περὶ σώματος ἄνευ τῆς μεθόδου ταύτης. ΣΩ. καλῶς γάρ,
ὦ ἑταῖρε, λέγει. χρὴ μέντοι πρὸς τῷ Ἱπποκράτει τὸν λό-
γον ἐξετάζοντας σκοπεῖν εἰ συμφωνεῖ; ΦΑΙ. φημί.
ΣΩ. τὸ τοίνυν περὶ φύσεως σκόπει τί ποτε λέγει Ἱππο-
κράτης τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος, ἆρ' οὐχ ὧδε; δεῖ διανο-
εῖσθαι περὶ ὁτουοῦν φύσεως. πρῶτον μὲν εἰ ἁπλοῦν, ἢ
πολυειδές ἐστιν, οὗ πέρι βουλησόμεθα εἶναι αὐτοὶ τεχνικοί, καὶ
ἄλλους δυνατοὶ ποιεῖν. ἔπειτα δὲ ἂν μὲν ἁπλοῦν ᾖ, σκο-
πεῖν τὴν δύναμιν αὐτοῦ, τίνα πρός τι πέφυκεν εἰς τὸ δρᾶν
ἔχον, ἢ τίνα εἰς τὸ παθεῖν ὑπὸ τοῦ. ἐὰν δὲ πλείω εἴδη ἔχῃ, E
ταῦτ' ἀριθμησάμενον, ὅπερ ἐφ' ἑνός, τοῦτ' ἰδεῖν ἐφ' ἑκάστου,
τό, τι ποιεῖν αὐτὸ πέφυκεν, ἢ τό, τι παθεῖν ὑπὸ τοῦ. αὕτη σοι
καὶ ἡ τοῦ Πλάτωνος ῥῆσις ἐκ τοῦ Φαίδρου, διδάσκουσα τοῦ
τε τῆς φύσεως ὀνόματος τὸ σημαινόμενον, ὅπως τε χρὴ με-
θόδῳ τὴν οὐσίαν αὐτῆς ἐπισκοπεῖσθαι. τοιαῦτα δ' εὕροις ἂν
ἅπαντα, τὰ περὶ φύσεως ἐπιγεγραμμένα βιβλία τῶν πα-
λαιῶν φιλοσόφων, Ἐμπεδοκλέους, Παρμενίδου, Μελίσσου,
Ἀλκμαίωνος, Ἡρακλείτου. τινὲς δ' οὐχ ἕν, ἀλλὰ πλείονα
βιβλία τῆς θεωρίας ἐποιήσαντο ταύτης. ἔνιοι δὲ καὶ πάνυ
πολλά, καθάπερ Ἐπίκουρος. ἄρχεται γὰρ καὶ αὐτός, ὥσπερ F
οὖν καὶ οἱ ἄλλοι πάντες, ἀπὸ τοῦ ζητῆσαι, πότερον ἕν τι καὶ
ἁπλοῦν ἐστιν οὗ τὴν φύσιν εὑρεῖν ἐπιχειροῦμεν, ἢ σύνθε-
τον ἐκ τινων ἑαυτοῦ προτέρων ἁπλῶν, ἅπερ οἱ μετ' αὐτοὺς τοὺς
παλαιοὺς εἰθίσθησαν ὀνομάζειν στοιχεῖα. καθάπερ ἐπὶ τῆς φω-
νῆς, οἱ γραμματικοὶ τέτταρα καὶ εἴκοσί φασιν εἶναι στοιχεῖα,

A quum ea familiarem nostrum scirem agnoscere. Fiet autem nobis perspicuum id cuius gratia hoc dico, si libros de natura ab ipsis conscriptos perlegamus. Ij namque videntur primam substantiam qualisnam sit explicare, quam & increatam ac perpetuam esse tradunt omn bus corporibus ortui & interitui obnoxiis subiectam; ac præterea quæ peculiari ratione insunt singulis quæ generantur & intereunt; quibus cognitis sequitur & aliorum cognitio, quæ non propria ratione cuique particulari substantiæ accidunt. Perfecta igitur naturæ cuiusque rei B existentia doctrina hunc in modum efficitur, etsi vnum aliquis, aut duo eorum quæ rei cuipiam insunt recenseat. Atque sunt homines qui ita loqui consueuerunt vbi nonnihil de rei natura pronunciant, quemadmodum & Poëta; nam quum prædixisset,

Sic iam præfatus medicamen porrigit Hermes
mox concinit
E terra euulsum, naturamque edocet eius,
Nigra ipsi radix, sed lacti concolor est flos.

Sic etiam qui de herbis, aut in vniuersum de plantis scripserunt, sensilem ipsarum naturam C edocent, qualis quæque sit tangenti & gustanti & odoranti & conspicienti; quamque habeat facultatem declarant, quum vel intra corpus assumuntur, vel foris admouentur. In his enim sensilis cuiusque natura existit. At hæc superior ac prima est *naturæ exceptio*, de qua tum ego prius loquutus sum, tum quam Plato cum scire consulit qui quamcumque rem methodo tractare desiderat. Ascribam autem tibi & ipsius verba. *SOCRATES, naturámne animæ absque vniuersi natura, prout rationi consentaneum est, intelligere posse arbitraris? PHAEDRVS, si sane Hippocrati & Asclepiadi fides quæ*D *dam adhibenda sit, neque etiam corporis naturam citra hanc methodum poteris. SOCRATES. Recte quidem ille (ô amice) edocet. Attamen qui supra Hippocratem rationem perpendunt; ipsis an consentanea sit, speculandum est. PHAEDRVS, Assentior. SOCRATES. De natura igitur quidnam & Hippocrates, & vera ratio dicat, velim animaduertas. Nam sic de cuiusque rei natura statuendum est. Primum quidem vtrum illud simplex sit an multiplex, cuius artis periti ipsi esse voluerimus, & alios efficere voluerimus? postea verò si simplex fuerit exploranda est ipsius facultas, quam certam ad quid agendum, aut* E *ab aliis patiendum à natura sortiatur. At si plures species habeat, his dinumeratis, quæ in vno, ea in singulis aliquid agendi, aut ab alio aliquid patiendi natura facultas inspicienda est.* Hæc tibi & Platonis verba sunt ex Phædro, quæ tum quod naturæ nomen significet; tum quomodo ipsius substantiam inspicere oporteat, edocent. Tales verò omnes verbum Philosophorum libros de natura conscriptos comperias, Empedoclis, Parmenidis, Melissi, Alcmeonis, & Heracliti. Quidam autem *ex his* non vnum, sed plures huius speculationis libros composuerunt; nonnulli verò etiam permultos, quemadmodum Epicurus. Is etenim F exorditur quemadmodum & alij omnes à quæstione, vtrùm vnum sit ac simplex cuius naturam inuenire conemur, an compositum ex simplicibus quibusdam se prioribus, quæ veterum ipsorum successores elementa nominare consueuerunt; quemadmodum Grammatici in voce quatuor & viginti esse elementa pronunciant;

hoc eſt, ſimplices primáſque particulas, quæ non ampliùs in alias diuidi poſſunt, ſicuti ſyllabæ: Nam ſi de hac ſyllaba, *ſtra* primum adimas elementum, *ſ*, licet reliquam adhuc integram habere ſyllabam, *tra*. Ita ſi rurſus ab ipſa, *tra*, primam demas litteram, *t*, id quod ex hac reliquum eſt habebis, *ra*, quod diuidi poteſt; non tamen, *a*, adhuc diuidere licet, neque illam ex duobus tribúſve ſonis, ſicut alias multas conſtare oſtendes, verùm indiuiduus vnus ipſius ſonus eſt, non ſecundum quantitatem ſimpliciter (vt alibi & nos, & alij plerique Philoſophi oſtendimus) verùm ſecundum ſolam ſpeciem. Eodem quoque modo qui corporum generationi & corruptioni obnoxiorum elementa quatuor eſſe aſſerunt, aërem, ignem, terram & aquam; quòd ampliùs ſingula ipſa in plures ſpecies ſecari nequeant, eò phyſiologiæ principia ipſa ſtatuunt. Prima ſiquidem minimorum corporum notio eſt penes quantitatem; altera verò quæ ſequitur, penes qualitatem, vt in vocis elementis monſtratum eſt. Atque hinc Phyſici philoſophi inter ſe diſcrepatunt. Quidam enim corporum quæ generantur ac intereunt minimas quantitate particulas elementa ſuppoſuerunt; quidam verò qualitate. Verùm de ſignificatione vocis elementi primo libro de Medicis vocabulis, vt & de naturæ *vocabuli ſignificatione*, quinto à me ampliſſimè concertatum eſt. Iam verò non de appellationibus, aut ſignificationibus, ſed de rebus ipſis ſermo eſt inſtituendus, ex quibus minimis ſiue ſecundum magnitudinem, ſiue ſecundum ſpeciem prima compoſitio fit generalium corporum, quæ Ariſtoteles & nos ſimilaria appellamus. Secunda namque ex his alia compoſitio fit corporum, quæ organica vocamus, manus, pedis; oculi etiam; & pulmonis, & cordis; hepatis, & lienis, & renum, & ventriculi, & vteri & id genus aliorum. Horum enim organorum natura ex primis illis ſimilaribus, quæ vtique Plato primigenia vocare conſueuit. De horum verò differentia dictum iam eſt vno quodam volumine; nunc autem & per capita, clarioris doctrinæ gratia, dicetur. Similare quidem eſt os, cartilago, & ligamentum; ſimilare quoque membrana, adeps, & caro ſiue quæ muſculorum fibris quæ ipſæ etiam ſunt ſimilares obducitur, ſiue quæ in viſceribus habetur, quam Eraſiſtratus etiam parenchyma vocitare ſolitus eſt. Proditum eſt ſtatim ab initio operis (quo medendi methodum, qualiſnam ea ſit demonſtrauimus fieri non poſſe, vt quis per indicationes ſimilaribus corporibus medeatur, niſi prius agnoſcat, vtrum eorum quodque ſimplex ſit, an ex pluribus compoſitum; & vtrum illa per tota temperata ſint, an ſolùm *ſe mutuò* tangant. Præterea demonſtratum eſt, nonnullos Medicos, ex quibus eſt Eraſiſtratus, ex dimidia parte dogmaticos eſſe, qui partium organicarum morbos ratione curauit, ſimilarium autem aut nequaquam, aut Empirico more. Imò eorum plurimi quomodo organicarum partium morbi ab iis differant qui ſimilaribus oboriuntur, minimè norunt; quemadmodum neque vtrorumque ipſorum numerum. Sed vos, ô amici, etiam de morborum differentiis vnum è noſtris commentariis aliquem habetis, & remediorum non exiguum opus quod inſcripſi methodum medendi. Verùm tum hæc, tum alia de natura corporis noſtri orationem expoſtulant, quæ propoſito hoc in volumine docetur.

Omnium & medicorum & philosophorum, qui absoluti dogmatici sunt, consensu elementorum commoderatio sanitatem efficit. Quũ autem rationalis sectæ prima elementorum institutio duplex genere sit; altera, appositione & complexu primorum corporum, generationes compositorum fieri profitetur: altera temperamento. Prior itaque symmetriam in meatuum structura, poropœia ponit; secunda ex proba elementorum temperie sanitatem constare affirmat; cuius nimirum opinionis Hippocrates princeps existit. Rursus quum duplex sit symmetria seu commoderatio, hæc in facultate eorum quæ contemperantur; illa in substantiæ quantitate, vtriusque meminit Hippocrates, inquiens, *facultate & copia*. Quod ad sententiæ finem dictum est [*& præsertim si commixta sint*] accuratam per tota ipsa contemperationẽ innuit. Nam in dispositione corporis maximè inculpata, non solùm quatuor elementorum commoderatio, sed etiam per tota temperies mixtióque accuratè absoluitur. In deterioribus autẽ corporis temperamentis fieri aliquando potest, in vna aliqua parte humores non æqualiter, neq; similiter neq; per tota inuicem esse temperatos; verùm quũ nondum functio manifestè læditur, culpata quidẽ est sanitas, nec dum tamen morbus est.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Κατὰ πάντας ἰατρούς τε καὶ φιλοσόφους τοὺς τελείους δογματικούς, ἡ συμμετρία τῶν στοιχείων ὑγίειαν ἐργάζεται. C διττῆς δ᾽ οὔσης τῆς πρώτης τῆς ἐν ταῖς λογικαῖς αἱρέσεσι στοιχειώσεως, ἡ μὲν ἑτέρα κατὰ παράθεσίν τε καὶ περιπλοκὴν τῶν πρώτων σωμάτων, τὰς γενέσεις τῶν συνθέτων γίνεσθαι φησίν. ἡ δὲ ἑτέρα, κατὰ κρᾶσιν. ἡ μὲν οὖν προτέρα τὴν συμμετρίαν, ἐν τῇ πορροποιΐᾳ τίθεται. ἡ δὲ ἑτέρα, κατὰ τὴν εὐκρασίαν τῶν στοιχείων, ἡμᾶς φησιν, ἧς δηλονότι δόξης, ὁ Ἱπποκράτης ἐστὶν ἡγεμών. οὔσης δὲ διττῆς συμμετρίας, τῆς μὲν ἐν τῇ δυνάμει τῶν κεραννυμένων, τῆς δὲ ἐν τῷ ποσῷ τῆς οὐσίας, ἑκατέρας ἐμνημόνευσεν Ἱπποκράτης εἰπών, τῆς τε δυνάμεως καὶ τοῦ πλήθεος. τὸ δ᾽ ἐπὶ τέλει τῆς ῥήσεως εἰρημένον, τὸ, καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ, τὴν ἀκρίβειαν τῆς δι᾽ ὅλων αὐτῶν κράσεως ἐνδείκνυται. D κατὰ γὰρ τὴν τελείως ἀμεμπτοτάτην τοῦ σώματος διάθεσιν, οὐ μόνον ἡ συμμετρία τῶν τεσσάρων στοιχείων, ἀλλὰ καὶ ἡ δι᾽ ὅλων κρᾶσις ἀκριβοῦται. κατὰ δὲ τὰς φαυλοτέρας κράσεις τοῦ σώματος, ἐνδέχεταί ποτε καθ᾽ ἕν τι μόριον οὐκ ἴσως, οὐδ᾽ ὁμοίως, οὐδὲ δι᾽ ὅλων, ἀλλήλοις κεκρᾶσθαι τοὺς χυμούς, ἀλλ᾽ ὅταν γε μηδέπω σαφῶς ἐνέργεια βλάπτεται, μεμπτὴ μὲν ἐστὶν ἡ ὑγίεια, νόσος δὲ οὐδέπω.

Vnde doleat homo.

E Ὅθεν ἀλγέει ὁ ἄνθρωπος.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XX.

Dolet autem, vbi horũ quicquã vel parcius, vel copiosius fuerit, aut in corpore separatum, nec reliquis omnibus contemperatum.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κ'.

Ἀλγέει δὲ, ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον ἢ πλεῖον εἴη, ἢ χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι, καὶ μὴ κεκρημένον ᾖ τοῖς ξύμπασι.

COMMENTARIVS GALENI.

Qvemadmodum in sanitate exquisitam commoderationem in quantitate, & facultate, & temperamento per tota statuit, eodẽ modò in morbo horum contraria ponit: minus quidẽ, aut maius, ad substantiæ quantitatem, & facultatem reducẽs; non autem contemperatum esse omnibus, ad intemperiem aut inæqualitatem temperaturæ, aut quomodocumque aliquis nominare velit.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὥσπερ ἐπὶ τῆς ὑγιείας, τὴν ἀκριβῆ συμμετρίαν ἐν ποσότητι, καὶ δυνάμει, καὶ τῇ δι᾽ ὅλων ἔθετο κράσει, F κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῆς νόσου, τὰ τούτων ἐναντία τίθεται, τὸ μὲν ἔλασσον, ἢ πλέον, εἴς τε τὸ ποσὸν τῆς οὐσίας, καὶ τὴν δύναμιν ἀναγαγών, τὸ δὲ μὴ κεκρᾶσθαι τοῖς πᾶσιν, εἰς δυσκρασίαν ἢ ἀνωμαλίαν κράσεως, ἢ ὅπως ἄν τις ὀνομάζειν ἐθέλοι.

Οδύνην ἀπὸ τῆς τῶν χυμῶν ἐπιρρύσεώς τε καὶ μεταστάσεως, καὶ κατασκήψεως, καὶ τῆς δυσκρασίας γίνεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κα'.

ΑΝάγκη γὰρ ὁκόταν τι τουτέων χωρισθῇ, καὶ ἐφ' ἑωυτοῦ στῇ, ἔνθεν τε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον ἐπίνοσον γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα στῇ καὶ ἐπιχυθῇ, ὑπερεκπιμπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤαν τῶν τεσσάρων τις χυμῶν αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν ἵστηταί που κατά τι μόριον, ἀποχωρισθεὶς τῶν ἄλλων, καὶ μὴ κεκραμένος ᾖ ὅλος δι' ὅλων αὐτοῖς, ὀδυνᾶται τὸ ζῶον ἐν δυσκρασίᾳ γινομένων ἀμφοτέρων τῶν μορίων, ἔνθεν τε ἐξέστη, καὶ εἰς ὃ μετέστη. καὶ μάλιστα τοῦτο γίνεται κατὰ τοὺς ἰσχυρὰς ἔχοντας τὰς δυνάμεις χυμούς. ὅτι γὰρ, οὐ μόνον τῷ ποσῷ βαρύνοντες τὸ μόριον, εἰς ὃ κατέσκηψαν, ἀλλὰ καὶ τῷ ποιῷ, τὴν ὀδύνην ἐργάζονται, θερμαίνοντες ἢ ψύχοντες σφοδρῶς.

Dolorem ab affluxu, translatione, & decubitu humorum & in tempore fieri.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXI.

NEcesse namque est quum quid horum secretum fuerit, & per se constiterit, non solùm eum vnde secessit locum morbo affici, sed & eum vbi constiterit, & in quem ob exuperantiam diffusum fuerit, dolore ac labore vexari.

COMMENTARIVS GALENI.

QVum quatuor humorum aliquis per se in aliqua parte constiterit ab aliis separatus, & non sit totus per tota ipsis contemperatus, animal dolet, dum vtraque pars intemperiem experiatur, tum vnde discessit; tum in quam transiit; potissimúmque hoc accidit in humoribus, qui validas facultates obtinent. Hi enim non solùm quantitate partem in quam decubuerunt, aggrauantes, sed etiam qualitate dolorem excitant, dum vehementer calefaciunt aut refrigerant.

Οδύνην ἀπὸ τῆς ἀμέτρου κενώσεως γίνεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κβ'.

ΚΑΙ γὰρ ὁκόταν τι τουτέων ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΑΝτὶ τοῦ πλεονάζοντος, ἀκουστέον εἰρῆσθαι νῦν τὸ ἐπιπολάζοντος, ἢ εἴπερ μὴ τοῦτό τις ἀκούειν ἐθέλοι, τὸ μὴ κεκραμένον ἅπασι τοῖς ἄλλοις, ἐπιπολάζον οἰητέον εἰρῆσθαι. πιθανὸν γὰρ ἑκάτερον αὐτῶν.

Dolorem fieri ab immoderata vacuatione.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXII.

ETenim quàm quid horum plusquàm redundet, extra corpus effluat, euacuatio ipsa dolorem concitat.

COMMENTARIVS GALENI.

Ἐπιπολάζοντος: id est, *innatante*, dictum nunc esse, loco πλεονάζοντος, id est, *abundante*, intelligendum: aut si non hoc quis velit intelligere, pro, non temperatum omnibus aliis per summa innatans, positum esse putabimus. Vtrumque enim est probabile.

Εν τῇ εἴσω τῶν χυμῶν ποιουμένῃ ἐπιρρύσει, ἔνθεν τε καὶ ἔνθα φέρεται τὸ μέρος ἀλγέειν.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κγ'.

ΗΝ δ' αὖθις εἴσω ποιήσηται τὴν κένωσιν, καὶ τὴν μετάστασιν, καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν ἄλλων, πολλὴ αὐτέῳ ἀνάγκη, διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθεν τε ἐξέστη καὶ ἔνθα ὑπερέβαλεν. Εἶπον δὴ ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφαίνειν ἀεὶ ταῦτα ἐόντα καὶ κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤΙ προείρηται τοῦτο, καὶ αὐτὸς ἐδήλωσεν εἰπὼν, κατὰ τὰ εἰρημένα. τῇ λέξει γὰρ, οὐ τῇ δυνάμει τῆς νῦν εἰρημένης ῥήσεως διήνεγκεν ἡ μικρὸν ἔμπροσθεν ὑπ' αὐτοῦ γεγραμμένη, καθ' ἣν οὕτως εἶπεν. ἀνάγκη γὰρ ὅταν τι τουτέων χωρισθῇ, καὶ ὑφ' ἑωυτοῦ στῇ, ἔνθεν τε ἐξέστηκεν, οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον νοσερὸν γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα ἂν στῇ, καὶ ἐπιχυθῇ, ὑπερεμπιπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχειν. εἰπὼν δὲ, ἃ ἂν φήσω τὸν ἄνθρωπον εἶναι, ἀποφαίνειν ἀεὶ ταῦτα ἐόντα κατὰ νόμον καὶ κατὰ φύσιν. κατὰ νόμον μὲν εἶπε, δηλῶσαι βουλόμενος τὸ τῷ

In eo qui intrò fit humorum defluxu, vnde & quò fertur, partem dolere.

TEXTVS HIPPOCR. XXIII.

AT si contra intrò vacuationem, & translationem, ac ab aliis secretionem fecerit, duplicem sanè dolorem (vt ex dictis patet) concitare necesse est, & vnde secessit, & vbi exuperat. Dixi sanè quæcunque hominem esse affirmauero, ea me demonstraturum eadem semper esse & lege & natura.

COMMENTARIVS GALENI.

HOc superiùs esse comprehensum etiam ipse innuit, quum dicit, vt ex dictis patet, nam dictione, non potestate à nunc dicta oratione differt, quàm paulò antè adduxit, vbi in hunc modum inquit. *Necesse enim est quum aliquod horum secesserit, & per se constiterit, non solùm locum ex quo secessit, morbo affici, sed eum etiam, vbi constiterit & in quem ob exuperantiam diffusum fuerit, dolore laboréque vexari.* Quum autẽ ait. *Quæ verò hominẽ esse dixero, ea semper secundum legem & secundum naturã inesse monstrabo.* Secundũ legem quidẽ dixit, volens innuere

hominum opinionem, quam de ipsis habent, secundùm naturam verò, ipsarum rerum veritatem. Attendamus igitur iam verbis ipsius subsequentibus, vt cognoscamus, an quod initio operis pollicitus est, nunc præstet.

A ἀνθρώπων δόξαν, ἣν ἔχουσι περὶ αὐτῶν. κατὰ φύσιν δὲ, τὴν τῶν αὐτῶν πραγμάτων ἀλήθειαν. προσέχωμεν οὖν ἤδη ταῖς ἑξῆς ῥήσεσιν, ἵνα γνῶμεν εἰ ὅπερ ὑπέσχετο κατὰ τὰς ἀρχὰς τοῦ συγγράμματος, νῦν ἀποδίδωσι.

Humores quatuor ab inuicem differre, nomine, specie, qualitate, colore, & consistentia.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXIV.

Dico etiamnum sanguinẽ esse, & pituitã, & bilẽ tum flauam, tum nigram. Atque horũ quidẽ nomina ex lege distincta esse assero, nulliq; ipsorum idem esse nomen inditũ. Deinde species natura distinctas esse, nullámq; pituitam similem esse sanguini, neque bili sanguinẽ, neque bilẽ pituitæ. Quo nanque modo hæc inter se similia fuerint, quorũ neque colores cõspicientibus similes apparẽt, neque qualitates manui tãgenti similes esse videtur? Neque enim calida consimiliter sunt, neq; frigida, neque sicca, neque humida.

Τοὺς τέσσαρας χυμοὺς διαφέρειν ἀλλήλων ὀνόματι, καὶ εἴδει, καὶ ποιότητι, καὶ χροιᾷ, καὶ συστάσει.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΡΗΣΙΣ κδʹ.

B Φημὶ δὴ εἶναι αἷμα, καὶ φλέγμα, καὶ χολὴν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν· καὶ τουτέων μὲν πρῶτον κατὰ νόμον τὰ ὀνόματα διωρίσθαι φημὶ, καὶ οὐδενὶ αὐτέων τὸ ωὐτὸ ὄνομα εἶναι. ἔπειτα κατὰ φύσιν τὰς ἰδέας κεχωρίσθαι, καὶ οὔτε τὸ φλέγμα οὐδὲν ἐοικέναι τῷ αἵματι, οὔτε τὸ αἷμα τῇ χολῇ, οὔτε τὴν χολὴν τῷ φλέγματι. πῶς γὰρ ἂν ἐοικότα εἴη ταῦτα ἀλλήλοισιν, ὧν οὔτε τὰ χρώματα ὅμοια φαίνεται προσορώμενα, οὔτε τῇ χειρὶ ψαύοντι ὅμοια δοκέει εἶναι; οὔτε γὰρ θερμὰ ὁμοίως ἐστὶν, οὔτε ψυχρὰ, οὔτε ξηρὰ, οὔτε ὑγρά.

C

COMMENTARIVS GALENI.

Tota ipsius oratio manifesta est, & quod instituerat, demonstrat. Nam proposita hac serie, quatuor esse humores in corpore inuicem differentes, docuit. In subsequenti verò, quòd etiam secundùm naturam hi omnes existant, non vnicus ex ipsis, sed in hac præsenti oratione humores ait & colore, & consistentia, & calore, & frigore inuicem differre, id quod etiam manifestò apparet. Perturbat autem fortasse quosdam, quòd humor ab humore siccitate discrepet, quum omnes humores sint liquidi & humidi. Negent igitur hi quòd neque humiditate ipsi differant, siquidem alterum altero humidiorem esse concedunt, quod in omnibus pariter humoribus apparet. Etenim flaua bilis, vehementer humescit sæpe, quum color ipsius non flauus, sed pallidus efficitur. Sæpe verò vitelli modo crassescit, eóque à nonnullis nominatur vitellina; atra bilis perpetuò crassior est pallidâ & flauâ, non parua minoris maiorísque ratione, quemadmodum & sanguis. Nam hic interdum humidus adeò vt fluat, interdum crassus admodùm apparet; pituitam autem commemoratis humoribus proportione respondere videas. Variat enim crassitie & tenuitate, dum nunc est aquea, nunc crassa, vt pus repræsentet. Accidit hoc humoribus qui non verè sunt elementa, quemadmodum aqua, terra, aër, & ignis sunt. Singuli enim ex quatuor his generati sunt, ita vt in alio aliud ipsorum præpolleat, quemadmodum subinde didicistis.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Καὶ σαφὴς ὁ λόγος αὐτοῦ πᾶς ἐστι, καὶ ἀποδείκνυσιν ὃ προὔθετο. κατὰ μὲν γὰρ τὴν προκειμένην ταύτην ῥῆσιν, ἔδειξε τέτταρας εἶναι χυμοὺς ἐν τῷ σώματι διαφέροντας ἀλλήλων. ἐν δὲ ταῖς ἐφεξῆς, ὅτι καὶ κατὰ φύσιν εἰσὶν οὗτοι πάντες, οὐχ εἷς ἐξ αὐτῶν. ἀλλ' ἔν γε τῇ προκειμένῃ ταύτῃ ῥήσει, καὶ χροιᾷ, καὶ συστάσει, καὶ θερμότητι, καὶ ψυχρότητι διαφέρειν ἀλλήλων φησὶ τοὺς χυμοὺς, καὶ γὰρ καὶ φαίνεται σαφῶς ταῦτα. προσκρούεται δὲ ἴσως τισὶ, τὸ καὶ ξηρότητι χυμὸν χυμοῦ διαφέρειν, D ἁπάντων τῶν χυμῶν ὑγρῶν ὄντων. ἀναιρείτωσαν οὖν οὗτοι τὸ μηδ' ὑγρότητι διαφέρειν αὐτούς. εἴπερ γ' ὑγρότερον ἕτερον ἑτέρου συγχωροῦσιν εἶναι· καὶ μέντοι καὶ φαίνεται σαφῶς τοῦτο κατὰ πάντας τοὺς χυμούς. ἥτε γὰρ ξανθὴ χολὴ, πολλάκις μὲν ἐξυγραίνεται σφοδρῶς, ἡνίκα μηδὲ ξανθὸν, ἀλλ' ὠχρὸν αὐτῆς γίνεται τὸ χρῶμα. πολλάκις δ', ὥσπερ λέκιθος γίνεται παχεῖα, διότι καὶ λεκιθώδης ὀνομάζεται πρός τινων. ἥτ' αὖ μέλαινα, διὰ παντός ἐστι παχυτέρα τῆς ὠχρᾶς τε καὶ ξανθῆς. οὐκ ὀλίγον δὲ οὐδὲ κατ' αὐτήν ἐστι τὸ μᾶλλόν τε καὶ ἧττον, ὥσπερ γε καὶ τὸ αἷμα. φαίνεται γὰρ τοῦτο, ποτὲ μὲν οὕτως ὑγρὸν ὡς ῥεῖν, E ποτὲ δ' ἱκανῶς παχύ. τὸ φλέγμα δὲ ἔχον τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν ἰδεῖν ἐστι, τῇ κατὰ τοὺς εἰρημένους χυμούς. ὑπαλλάττεται γὰρ ἐν πάχει καὶ λεπτότητι, ποτὲ μὲν ὑδατῶδες ὂν, ἔστι δ' ὅτε παχυνόμενον, ὡς ἐοικέναι πύῳ. συμβαίνει δὲ τοῦτο τοῖς χυμοῖς, ὡς ἂν οὐκ οὖσιν ὄντως στοιχείοις, ὥσπερ ὕδωρ καὶ γῆ, καὶ ἀὴρ, καὶ πῦρ ἐστιν. ἕκαστος γὰρ αὐτῶν ἐκ τῶν τεττάρων τούτων γέγονεν, ἐπικρατοῦντος ἄλλου κατ' ἄλλο αὐτῶν, ὡς δὴ πολλάκις ἐμάθετε.

Humores specie & facultate discrepantes non vnum esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXV.

Qvum itaque tantopere inter se tum idea, tum facultate differant, ea non vnum esse necesse est nisi ignis & aqua vnum & idem sint.

F

Τοὺς χυμοὺς ἰδέᾳ τε καὶ δυνάμει διαφέροντας οὐχ ἓν εἶναι.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΡΗΣΙΣ κεʹ.

Ἀνάγκη τοίνυν, ὅτε τοσοῦτον διήλλακται [ἀλλήλων] τήν ἰδέην τε καὶ τὴν δύναμιν ἀλλήλων, μὴ ἓν αὐτὰ εἶναι, εἴπερ μὴ πῦρ τε, καὶ ὕδωρ ἕν, καὶ ταυτόν ἐστιν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἀλλόκοτος μὲν ἡ δόξα τῶν ἡγουμένων ἓν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅμως ὁ Ἱπποκράτης ἀντιλέγων αὐτῇ φαίνεται διὰ σπουδῆς, ἴσως τινῶν κατ᾽ αὐτὸν ὄντων ἐπιφανῶν ἀνδρῶν, οἳ ταύτην ἐπρέσβευον τὴν δόξαν. ὅπου γὰρ καὶ συγγράμματα πλεῖστα παλαιῶν ἀνδρῶν οὐκέτι σώζεται, πολὺ δὴ μᾶλλον, οὐδὲ τὰς ἀγράφους δόξας εἰκός ἐστιν αὐτῶν διασώζεσθαι, καὶ μάλιστα ὅτι μηδ᾽ ἔγραψαν ἔνιοι σύγγραμμα μηδὲν, ὥσπερ Σωκράτης, καὶ ὁ Πυθαγόρας, καὶ τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ἐνδόξων ἰατρῶν Κόϊντος. ἔτι δὲ μᾶλλόν ἐστι πιστεῦσαι πολλοὺς ἄνδρας, ἐπιφανεῖς γεγονέναι ζῶντας, ἀποθανόντων δ᾽ αὐτῶν, ἀπολωλέναι τὰς περὶ τῶν δογμάτων ὑπολήψεις. ὁπότε καὶ Πλάτωνος τοσαῦτα συγγράμματα γράψαντος, ὅμως οἱ μαθηταὶ λέγουσιν εἶναί τινα παρὰ τὰ γεγραμμένα, τῶν ἀγράφων δογμάτων αὐτοῦ. ὥσπερ δὲ τοῖς μαθηταῖς ἄγραφα δόγματα λέγουσιν εἶναι πιστεύομεν, οὕτω καὶ τῷ Ἱπποκράτει πιστεύομεν, εἶναί τινας οἳ γῆν μόνην ἔλεγον εἶναι κοινὸν ἁπάντων στοιχεῖον. ἐν ἀνθρώπῳ δὲ χολὴν, ἢ φλέγμα. καὶ γὰρ καὶ νῦν, οἶδά τινας ἄλλα γράφοντας, ὧν τὰ συγγράμματα, τοῖς μὲν δὴ συναπέθανον, τοῖς δὲ συντεθνήξεται, καθάπερ καὶ τοῦ λέγοντος ἁπάντων εἶναι μητέρα, καὶ τιθήνην, καὶ ἀρχὴν, καὶ στοιχεῖον τὴν γῆν. αὐτὴν γὰρ καὶ τὸν οὐρανὸν γεννῆσαι, καθάπερ Ἡσίοδός φησι, καὶ τὰ ζῶα τὰ κατ᾽ αὐτήν. καὶ τῶν Ἀρχιγενείων δέ τις, ἀνὴρ οὐ φαυλότατος, ἐπέπειστο, μήτ᾽ ἐν ταῖς εἰσπνοαῖς εἴσω τοῦ σώματος ἰέναι τὸν ἀέρα, μήτ᾽ ἐν ταῖς ἐκπνοαῖς ἔξω. καὶ ἄλλος τις, ἐβούλετο τὸν πρῶτον καὶ στοιχειώδη χυμὸν εἶναι φλέγμα. μὴ τοίνυν ζητήσωμεν ὀνόματα τῶν τὰς ἀλλοκότους δόξας ταύτας πρῶτον ἀποφηναμένων. εἰ γὰρ ὅτι Θαλῆς ἀπεφήνατο στοιχεῖον μόνον εἶναι τὸ ὕδωρ, ἐκ συγγράμματος αὐτοῦ δεικνύναι οὐκ ἔχομεν, ἀλλ᾽ ὅμως ἅπασι καὶ τοῦτο πεπίστευται.

COMMENTARIVS GALENI.

Qvanuis absurda eorum sit opinio, qui hominem vnum esse arbitrantur, Hippocrates tamen studiosè ei contradicere videtur; fortè quòd aliqui illius tempore fuerint insignes viri, qui hanc opinionem celebrarent. Quum enim plurima veterum virorum opera non ampliùs supersint, multò verisimilius est, opiniones ipsorum nullis mandatas literis intercidisse, pręsertim quoniam nonnulli ne vllum quidem opus conscripserunt, quemadmodum Socrates, Pythagoras, & ex claris nostra tempestate medicis, Quintus. Praeterea magis licet credere multos viros illustres dum viuerent extitisse: ipsis autem fato defunctis, de dogmatibus opiniones interiisse, quum & Plato tot conscripsit opera: discipuli tamen quædam ipsius placita non memoriæ prodita esse dicant, præter ea quæ scripta videmus. Quemadmodum verò discipulis, dogmata non prodita esse dicentibus, fidem accommodamus; ita etiam Hippocrati extitisse nonnullos credimùs, qui terram solam commune omnium elementum esse dicerent; in homine autem bilem, aut pituitam. Etenim nunc etiam quosdam noui, qui alia scripserunt, quorum opera partim cum ipsis perierunt, partim peribunt; sicut eius qui terram omnium esse matrem, nutricem, principium & elementum affirmat. Ipsam nanque etiam cælum generasse, & animantia quæ in ea habentur, vti Hesiodus tuetur. Iam verò ex Archigenis sectatoribus aliquis vir non omninò pessimus, crediderat, neque inspiratione aërem in corpus ingredi, neque in expiratione foràs egredi. Item alius quidam primum & elementarem humorem pituitam esse volebat. Ne igitur inquiramus nomina illorum, qui absurdas has opiniones primùm ediderint. Etsi enim quòd Thales aquam solam esse elementum pronunciauit, ex ipsius libris ostendere nequeamus, attamen hoc quoque omnibus persuasum est.

Τὰ καθαρτικὰ, καὶ αἱ τῆς γενέσεως ἀρχαὶ, καὶ τὸ αἷμα ἐκχυθὲν, καὶ τροφαὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκ τεσσάρων χυμῶν συνίστασθαι δοκιμάζουσιν.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΡΗΣΙΣ κϛʹ.

Γνοίης δ᾽ ἂν τοῖσδε, ὅτι οὐχ ἓν ταῦτα πάντα ἐστὶν, ἀλλ᾽ ἕκαστον αὐτέων ἔχει δύναμίν τε καὶ φύσιν τὴν ἑωϋτέου. ἢν γάρ τινι διδῷς ἀνθρώπῳ φάρμακον ὃ, τι φλέγμα ἄγει, ἀπεμέεταί σοι φλέγμα· καὶ ἢν διδῷς φάρμακον ὃ, τι χολὴν ἄγει, ἐμέεταί σοι χολή. κατὰ ταὐτὰ δὲ καὶ χολὴν μέλαιναν καθαίρει, ἢν διδῷς φάρμακον ὃ, τι χολὴν μέλαιναν ἄγει. καὶ ἢν τρώσῃς αὐτέου τοῦ σώματος μέρος τι, ὥστε τραῦμα γενέσθαι, ῥυήσεται αὐτέῳ αἷμα. καὶ ταῦτα ποιήσει πάντα σοι πᾶσαν ἡμέρην τε καὶ νύκτα, καὶ χειμῶνός τε καὶ θέρεος, μέχρις ἂν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα ἕλκειν ἐς ἑωϋτὸν, καὶ πάλιν μεθιέναι, δυνατὸς δὲ ἔσται. ἔστ᾽ ἄν τινος τουτέων στερηθῇ τῶν ξυγγεγονότων· ξυγγέγονε δὲ ταῦτα τὰ εἰρημένα. πῶς γὰρ οὐ ξυγγέγονε; πρῶτον μὲν γὰρ φανερῶς ἐστιν ὁ ἄνθρωπος ἔχων ἐν ἑωϋτῷ ταῦτα πάντα αἰεὶ, ἕως ἂν ζῇ. ἔπειτα δὲ, γέγονεν ἐξ ἀνθρώπου, ταῦτα πάντα ἔχοντος, ἔπειτα τέθραπται ἐν ἀνθρώπῳ ταῦτα πάντα ἔχοντι, ὁκόσα ἐγώ γε νῦν φημί τε καὶ ἀποδείκνυμι.

Medicamenta purgantia, generationis principia, sanguis effusus, & alimenta hominem ex quatuor humoribus constare probant.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXVI.

At verò ex his noueris quòd non vnum hæc omnia sint, sed suam quodque ipsorum & facultatem & naturã obtineat. Si enim cuidam homini medicamentũ dederis quod pituitam educat, pituitam tibi euomet; Si medicamentũ quoq; dederis quod bilẽ ducat, tibi bilis euometur; Eadẽ quoque ratione atram bilẽ purgat medicamentũ quod dederis atrã bilẽ ducens. Quod si ipsi aliquã corporis partẽ sauciaris ita vt vulnus fiat, effluet ipsi sanguis, Atque hęc tibi totam diem, noctẽmq; tum hyeme tũ æstate obseruabũtur, quãdiu spiritũ homo ad se trahere, vicissimq; reddere valebit. Valebit autẽ quoad aliquo corũ quę cognata sunt priuatus fuerit. Cognata verò sunt ea prædicta. Quomodo enim non essent cognata? Primũ quidẽ hæc omnia homo, quoad vita fruitur, semper in se manifestè cõtinet; deinde ex homine natus est hæc omnia habẽte postremò in homine nutritus est hęc cõtinẽte omnia, quæ nũc ego asseuero ac demõstro.

COMMENTARIVS GALENI.

SVperiore oratione ipse demonstrauit manifestè simul & verè hominē omnia in se habere, bilem vtramque, pituitam & sanguinem. In præsenti verò non hoc solùm ostendit, sed etiam quòd secundùm naturam sint: non (vt quidam aiunt) vnum ex ipsis. Aliæ igitur opiniones eorum, qui vnicum humorem in corpore secundùm naturam esse referunt, facilè possunt conuinci. At illorum qui sanguinem affirmant, non contemnenda est, sed magnum aliquod certamen, quo subuertatur, requirit. Hoc autem aggredi iam tempus est, exordio ab eo, quod priùs vir dixit, desumpto. Dicit autem hunc in modum. *Ego verò censeo, qui hominem sanguinem duntaxat, & nihil aliud esse asserit, vt is nec ideam ipsum transmutare, nec vniuersæ mutationi fieri demonstret obnoxium, aut saltem tempestatem anni aliquam, aut vllam hominis ætatem ostendat, qua sanguis vnum existens elementum, solus inesse homini appareat. Verisimile nanq; est tēpestatem vnam quandam esse, qua is vnum per se existens appareat.* Si igitur huic sermoni adieceris id, quod in sententia modò nobis proposita demonstratur, integrum Hippocratis dogma efficies. Nam ostenditur inibi, neque anni tempestatem aliquam huiusmodi esse, neque ętatem, in qua hominem commonstret aliquis aliorum humorum non esse participem: imò etiam per purgationes *liquet*. Si nanque dederis alicui medicamentum vel bilem ducens, vel pituitam, id vacuari videbis, quod ab eo trahi natum est, vt quum omni tempore omnes in corpore contineantur humores. Huic autem rationi quidam renituntur, qui non concedunt purgans medicamentum familiarem ex corpore humorem attrahere, sed in formam in quam natum est, transmutare. Verùm quòd falsa sit ipsorum sententia, commentario vno de facultatibus medicamentorum purgantium inscripto à nobis demonstratum est. Dicetur autem etiam nunc vnum quippiam eorum quæ illic enarrata sunt, causa exempli. Vidistis enim in ipsis artis operibus non rarò conuinci eos, qui id quod euacuatur, à medicamentis purgantibus trahi non admittunt: vtpote hydero ascite dicto laborantes medicamento aquam ducente sumpto, non exiguam aquosi humoris copiam euacuant, tumorémque ventris demittunt. Quòd si flauæ bilis, aut nigræ eliciens medicamentum ipsis aliquis propinet, paucissimum euacuabit humorem, & tumor ventris non modò nihilo minor, sed etiam maior euadet. Contrarium accidere ictero ex iecoris obstructione laborantibus conspexistis; nam deobstructo priùs ipsis viscere medicamentis id efficiendi facultate donatis quum bilem ducens exhibitum fuerit, & copiosa redundantis humoris vacuatio fit, & affectus statim cessat. His simile nouistis etiam in his fieri, qui pituita aut atra bile infestantur. Etenim multus qui vexat humor euacuatur, & ægroti magnopere iuuantur. Si igitur hisce purgantibus talia trahuntur, & medicamenta omni ætate, & anni tempore purgant, perpetuò quatuor in corpore humano existunt. Oportebat enim, sicut priùs dictum est, saltem vnum aliquod anni tempus, aut hominis ætatem, quæ solum sanguinem haberet, apparere, si opinio eorum, qui solum sanguinem naturam hominis esse prodiderunt, vera statuatur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

A ΕΝ μὲν τῇ προτέρᾳ ῥήσει δέδεικται πρὸς αὐτοῦ σαφῶς τε ἅμα καὶ ἀληθῶς, ὡς ἔχει ἄνθρωπος ἐν ἑαυτῷ πάντα, χολάς, καὶ φλέγμα, καὶ αἷμα. κατὰ δὲ τὴν προκειμένην, οὐ τοῦτο μόνον ἐπιδείκνυσι, ἀλλ' ὅτι καὶ κατὰ φύσιν ἐστὶν, οὐ καθάπερ ἔνιοί φασιν ἓν ἐξ αὐτῶν. Αἱ μὲν οὖν ἄλλαι δόξαι τῶν ἕνα λεγόντων εἶναι κατὰ φύσιν ἐν τῷ σώματι χυμὸν, εὐέλεγκτοι. ἡ δὲ τῶν τὸ αἷμα φασκόντων, οὐκ εὐκαταφρόνητος, ἀλλὰ μεγάλου τινὸς ἀγῶνος δεῖται πρὸς τὸ καταβάλλειν B αὐτήν. ἐνστήσασθαι δὲ καιρὸς ἤδη, τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τοῦ πρόσθεν εἰρημένου τῷ ἀνδρὶ ποιησαμένους. λέγει δὲ ὧδέ πως. Ἀξιῶ δ' ἔγωγε τὸν λέγοντα αἷμα μοῦνον εἶναι τὸν ἄνθρωπον, καὶ ἄλλο μηδὲν, δεικνύναι αὐτὸν μὴ μεταλλάσσοντα τὴν ἰδέην, μήδε γίγνεσθαι παντοῖον, ἀλλ' ἢ ὥρην τινὰ τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου, ἐν ᾗ αἷμα ἓν ἐὸν φαίνεται μοῦνον ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. Εἰκὸς γάρ ἐστιν εἶναι μίαν γέ τινα ὥρην ἐν ᾗ φαίνεται αὐτὸ ἐφ' ἑωυτῷ ἓν ἐόν. Ἐὰν οὖν τούτῳ τῷ λόγῳ προσθήσῃς τὸ κατὰ τὴν νῦν ἡμῖν προκειμένην ῥῆσιν ἀποδεικνύμενον, ὁλόκληρον ἐργάσῃ τὸ δόγμα τοῦ C Ἱπποκράτους· ἀποδείκνυται γὰρ ἐνταῦθα, μήτε ὥραν μίαν ἐνὸν εἶναι τινὰ τοιαύτην, μήθ' ἡλικίαν, ἐν ᾗ τὸν ἄνθρωπον ἐπιδείξει τις οὐ μετέχοντα τῶν ἄλλων χυμῶν. ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν καθάρσεων. καὶ γὰρ ἂν δῷς τινι φάρμακον, ἤτοι χολὴν ἄγον, ἢ φλέγμα, κενούμενον ὄψει τὸ πρὸς αὐτοῦ πεφυκὸς ἕλκεσθαι, ὡς ἐν παντὶ καιρῷ, πάντων περιεχομένων ἐν τῷ σώματι. τούτῳ δὲ ἐνίστανται τῷ λόγῳ τινὲς, οὐ συγχωροῦντες ἕλκειν τὸ καθαρτικὸν ἐκ τοῦ σώματος τὸν οἰκεῖον χυμὸν, ἀλλὰ μεταβάλλειν εἰς ἣν αὐτὸ πέφυκεν, ἰδέαν. ἀλλ' ὅτι γε ψευδὴς ὁ λόγος αὐτῶν, ἐπιδέδεικται μὲν ἡμῖν καθ' ἓν ὑπόμνημα D περὶ τῆς τῶν καθαιρόντων φαρμάκων δυνάμεως ἐπιγεγραμμένον, εἰρήσθω δὲ καὶ νῦν ἕν τι τῶν ἐν ἐκείνῳ λελεγμένων, ἕνεκα παραδείγματος. ἐθεάσασθε γὰρ ἐπ' αὐτῶν τῶν ἔργων τῆς τέχνης, οὐκ ὀλιγάκις ἐλεγχομένους τοὺς μὴ συγχωροῦντας ἕλκεσθαι τὸ κενούμενον ὑπὸ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων, εἴ γε οἱ ὑδεριῶντες τῷ ἀσκίτῃ καλουμένῳ, λαβόντες μὲν ὑδραγωγὸν φάρμακον, ἐκκενοῦνται πλῆθος οὐκ ὀλίγον ὑδατώδους ὑγρότητος, καὶ προστέλλονται τὸν ὄγκον τῆς γαστρός. εἰ δὲ χολῆς ξανθῆς, ἢ μελαίνης ἀγωγὸν αὐτοῖς τις δοίη φάρμακον, ὀλιγοστόν τ' ἐκκενοῖ τὸν χυμὸν, ὅ, τ' ὄγκος αὐτοῖς τῆς γα- E στρὸς οὐ μόνον οὐδὲν ἐλάττων, ἀλλὰ καὶ μείζων γίνεται. τοὐναντίον δὲ συμβαῖνον, ἐπὶ τῶν δι' ἔμφραξιν ἥπατος ἰκτεριώντων ἐθεάσασθε. προεκφραχθέντος γὰρ αὐτοῖς τοῦ σπλάγχνου, διὰ τῶν τοῦτο δρᾷν δυναμένων φαρμάκων, ὅταν ἐπιδοθῇ τὸ χολαγωγὸν, ἥ τε κένωσις παμπόλλη γίνεται τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ, παύεταί τε παραχρῆμα τὸ πάθημα. τὸ δὲ τούτοις ἀνάλογον ἴστε, κἀπὶ τῶν ἐπὶ φλέγματος, ἢ χολῆς μελαίνης ἐνοχλουμένων, γινόμενον. καὶ γὰρ κενοῦται πάμπολυς ὁ λυπῶν χυμὸς, οἵ τε κάμνοντες ὀνίνανται μεγάλως. Εἰ τοίνυν ἕλκονται μὲν ἐκ τῶν καθαρτικῶν τοιαῦτα, τά τε φάρ- F μακα κατὰ πᾶσαν ἡλικίαν τε καὶ ὥραν καθαίρει, διὰ παντός εἰσιν οἱ τέτταρες χυμοὶ κατὰ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου. ἐχρῆν γὰρ καθάπερ ἔμπροσθεν ἐλέχθη, κἂν μίαν γοῦν τινα ὥραν τοῦ ἐνιαυτοῦ, ἢ τῆς ἡλικίης τοῦ ἀνθρώπου φαίνεσθαι μόνον ἔχουσαν τὸ αἷμα. τῆς δόξης ἀληθοῦς ὑποτεθείσης εἶναι τῶν ἀποφηναμένων αἷμα μόνον εἶναι τὴν τοῦ ἀνθρώπου φύσιν,

ὅπερ ἐστὶ ταὐτὸν τῷ ἐξ αἵματος μόνου διαπεπλάσθαι πάντ' αὐτοῦ τὰ μόρια, τρέφεσθαί τε διὰ παντὸς αἵματι μόνῳ. διττῶς δὲ τοῦ αἵματος λεγομένου, τοῦ μὲν, ὅπερ ἐν ταῖς φλεβοτομίαις καὶ τοῖς τραύμασι κενούμενον φαίνεται, μετέχοντος, ὡς ἐδείκνυμεν, ἀμφοτέρων τε τῆς χολῆς, καὶ τοῦ φλέγματος, ἑτέρου δὲ τοῦ καθαροῦ τε καὶ εἰλικρινοῦς, ἀμίκτου τε τῶν ἄλλων χυμῶν. ἐκ μὲν τοῦ κατὰ τὸ πρότερον σημαινόμενον αἵματος, ἀληθὲς ἴσως ἐστὶ διαπλάττεσθαι τὸ κυούμενον. ἐκ δὲ τοῦ κατὰ τὸ δεύτερον, οὐκ ἀληθές· οὐδέποτε γὰρ ἐν ταῖς κυούσαις μόνον γίγνεται τοῦτο. διὰ τί δὲ προσέθηκα τῷ λόγῳ τὸ ἴσως, οἶμαι γινώσκειν ὑμᾶς. ἐν γὰρ τοῖς περὶ σπέρματος ὑπομνήμασιν ἐδείχθη τὰ πλεῖστα μόρια τοῦ σώματος ἐκ τοῦ σπέρματος γιγνόμενα, μόνων τῶν σαρκωδῶν ἐξ αἵματος διαπλασσομένων. ἀλλ' ἐπεὶ μὲν τοῦ σπέρματος ὀλίγος ἐστὶν ὁ καταβαλλόμενος εἰς τὰς μήτρας ὄγκος. ἡ τροφὴ δὲ αὐτῷ, καὶ ἡ αὔξησις, ἐκ τοῦ αἵματος γίγνεται. διὰ τοῦτ' ἄν τις ὀλίγου δεῖν ἐξ αἵματος φαίη διαπλάττεσθαι τὰ μόρια. καθόσον δὲ τὸ σπέρμα τὴν γένεσιν ἐξ αἵματος ἔχει, κατὰ τοῦτο ἄν τις ἐξ αἵματος εἶναι λέγων τὴν γένεσιν τοῦ κυουμένου, δόξειεν ἀληθεύειν, ἀλλ' οὐκ ἐξ εἰλικρινοῦς αἵματος ἀμίκτου τῶν ἄλλων χυμῶν. ἀλλ' ἐκ τοῦ κατ' ἐπικράτειαν ὀνομαζομένου. τοιαύτη μὲν τίς ἐστιν ἡ ὅλη διάνοια τῆς προκειμένης ῥήσεως. τῶν δὲ κατὰ μέρος ἐν αὐτῇ, πρῶτον μὲν ἐπισημήνασθαι προσήκει, τὸ κοινὸν, οὐ μόνον ἰατρῶν ἔθος, ἀλλὰ καὶ πάντων Ἑλλήνων ὀνομαζόντων χολὴν ἄνευ προσθήκης, ὅταν τὴν ὠχρὰν, ἢ τὴν ξανθὴν δηλῶσαι βουληθῶσιν. ὅτι δὲ ταῦτα ἄμφω ὀνόματα καθ' ἓν εἶδος χυμοῦ λέγεται, διαφέροντος ὑγρότητι καὶ ξηρότητι, μικρὸν ἔμπροσθεν εἴρηταί μοι. τὰς δὲ ἄλλας ἁπάσας χολὰς, μετὰ προσθήκης ὀνομάζουσιν ἰώδη καλοῦντες, ἢ μέλαιναν, ἢ ἐρυθρὰν, ἢ πρασοειδῆ. δεύτερον δ' ἐπὶ τῷδε κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἐπισημήνασθαι προσήκει. ἔνθα φησί, μέχρις ἂν ἕλκειν δυνατὸς ᾖ τὸ πνεῦμα εἰς ἑωυτὸν, καὶ πάλιν μεθιέναι. δῆλον γάρ ἐστι τὴν μὲν εἰσπνοὴν, ἑλκόντων τῶν ἀναπνευστικῶν ὀργάνων τὸν ἔξωθεν ἀέρα, βούλεσθαι γιγνομένην, τὴν δ' ἐκπνοὴν, μεθιόντων. εἶτα τρίτον ἔνθα φησίν. ἐς ἄν τινος στερηθῇ τῶν ξυγγενόντων. βούλεται γὰρ οὐ μόνον ὅταν αἵματος στερηθῇ τὸ ζῶον ἀποθνήσκειν, ἀλλὰ καὶ φλέγματος, ἢ ξανθῆς, ἢ μελαίνης χολῆς.

quod idem est, ac si omnes ipsius partes ex solo sanguine conformentur, nutriantúrque semper solo sanguine. Porrò quum bifariam sanguis dicatur; alter qui in venæ sectionibus & vulneribus vacuari cernitur, vtriusq, bilis & pituitæ, vt ostendi, particeps: alter autem purus, syncerus, neque cum aliis humoribus mixtus, ex eo sanguine secundùm prius significatum, cōceptum efformari, verum fortassis est; ex eo autem qui secundo, falsum. Nunquam enim solus hic in iis quæ vterum gerunt, gignitur. Cur autem adiecerim sermoni, fortassis, vos non latere arbitror. Nam in cōmentariis de semine plurimas corporis partes ex semine generari docuimus; solas autem carnosas ex sanguine conformari. Sed quia exigua seminis moles est quæ in vteros coniicitur, nutrimentum verò ipsi & incrementum ex sanguine obuenit; ideo quis partes propemodùm vniuersas ex sanguine conformari dixerit? Quatenus autem semen generationem ex sanguine obtinet, eatenus concepti generationem ex sanguine esse si quis dicat, vera fateri videbitur; sed non ex syncero sanguine aliis humoribus non commixto, sed ex eo qui per excellentiam nominatus est. Huiusmodi sanè totus præpositæ orationis sensus est. Particularium verò in ea hic erit, primùm significare conuenit communem non solùm medicorum consuetudinem, sed omnium quoque Græcorum, qui bilem sine adiectione nominant, quum pallidam, aut flauam indicare voluerint. Cæterùm quòd hæc vtraque nomina de vna humoris specie dicũtur differentiis humiditate & siccitate, paulò antè à me expositum est. Reliquas omnes biles cum appendice nominant, æruginosam dicentes aut nigram, aut rubram, aut porraceam. Secundum ad hoc in serie proposita indicare oportet, vbi inquit, *Quousque spiritum in se possit attrahere, & rursus emittere.* Constat enim inspirationem velle ipsum fieri instrumentis respiratoriis externum aërem attrahentibus, expirationem verò emittentibus. Deinde tertium, vbi ait, *Quod aliquo cognatorum priuatus fuerit.* Vult enim non solùm quum sanguine animal priuatum fuerit, interire; sed etiam quum aut pituita, aut flaua, aut nigra bile.

Ἐκ τῶν ἀποθνησκόντων ἐν ταῖς ὑπερκαθάρσεσι, καὶ τῶν ἀποσφαζομένων τὸν ἄνθρωπον τὸ αἷμα, ἢ χυμόν τινα εἶναι φέρουσί τε, καὶ ἀπόφησι.

Ex mortuis in superpurgationibus, & iugulatis hominem sanguinem aut humorem aliquem esse ferunt, negántque.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ κζ'.

Οἱ δὲ λέγοντες ὡς ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, δοκέουσί μοι ταύτῃ τῇ γνώμῃ κεχρῆσθαι, ὁρέοντες τοὺς πίνοντας τὰ φάρμακα, καὶ ἀπολλυμένους ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσι, τοὺς μὲν χολὴν ἐμέοντας, τοὺς δέ τινας φλέγμα, τοῦτο ἕκαστον αὐτέων ἐνόμισαν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, ὅ, τι καθαιρόμενον αὐτὸν, εἶδον ἀποθανόντα. καὶ οἱ τὸ αἷμα φάντες εἶναι τὸν ἄνθρωπον, τῇ αὐτέῃ γνώμῃ χρέονται, ὁρέοντες ἀποσφαζομένους τοὺς ἀνθρώπους, καὶ τὸ αἷμα ῥέον ἐκ τοῦ σώματος, τοῦτο νομίζουσιν εἶναι τὴν ψυχὴν ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. καὶ μαρτυρίοισι τουτέοισι πάντες χρέονται ἐν τοῖσι λόγοισιν.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXVII.

Qui verò vnum, esse hominẽ asserunt, hanc mihi sententiam tulisse videntur, quòd quum intuerentur eos epotis medicamentis in superpurgationibus interiisse, alios quidem bilem, nonnullos verò pituitã euomentes, horum vnumquodque hominẽ esse existimarunt, quo purgante ipsum intereuntem viderunt. Et qui sanguinem esse hominem asserunt, eadem vtuntur ratione. Quum enim homines iugulari & è corpore sanguinem fluere conspiciunt, eum in homine animam esse existimant, hísque argumentis omnes inter disserendum vtuntur.

COMMENTARIVS GALENI.

QVi dicunt, inquit, hominem vnum esse, tanquam multi sint id dicentes, non vnus. Ex quibus igitur persuasionem hanc sibi induerunt, qui ex quatuor humoribus vnum aliquem homini generando sufficere arbitrantur, Hippocrates ipse indicauit: quæ nobis quidem absurda, vt dixi, illis autem probabilia nimirum apparent. nam in purgationibus immoderatis quum viderent alius alium, ab alio atque alio humore extremè euacuato interire, illum solum humorem hominis naturam esse censuerunt.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΥΠΟΜΝΗΜΑ.

ΟΙ δὲ λέγοντες, φησιν, ὡς ἕν ἐστιν ὁ ἄνθρωπος, ὡς πολλῶν ὄντων τῶν λεγόντων, οὐχ ἑνός. ἐξ ὧν δ' οὖν ἑαυτοὺς ἐπεπείκεισαν οἱ τῶν τεττάρων χυμῶν ἕνα τινὰ νομίσαντες ἱκανὸν εἶναι γεννῆσαι τὸν ἄνθρωπον, αὐτὸς ὁ Ἱπποκράτης ἐδήλωσεν. ἀπίθανα μὲν ἡμῖν, ὡς ἔφην, ἐκείνοις δὲ δηλονότι πιθανὰ φαινόμενα. ἐν γὰρ ταῖς ὑπερκαθάρσεσιν, ἄλλος ἄλλον, ὑπ' ἄλλου καὶ ἄλλου χυμοῦ τελέως ἐκκενωθέντος ὁρῶντες ἀπολλύμενον, ἐκεῖνον μόνον ἐνόμισαν εἶναι τὸν χυμὸν, τὴν φύσιν ἀνθρώπου.

In superpurgationibus non vnius humoris, sed omnium fieri vacuationem mortis causam.

Ἐν ταῖς ὑπερκαθάρσεσιν οὐχ ἑνὸς τοῦ χυμοῦ, ἀλλὰ πάντων τὴν κένωσιν γίνεσθαι τὴν τοῦ θανάτου αἰτίαν.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXVIII.

QVanquam primùm quidem in immoderatis purgationibus sola euacuata bile nullus vnquam mortuus est. Verùm epoto medicamēto quod bilem ducat, primùm sanè aliquis bilem vomet, deinde pituitam, postea quoque præter bilem, atram bilem, idque per vim, sub mortem verò sanguinem etiam purum euomit.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κη'.

ΚΑΙ τοι πρῶτον μὲν ἐν τῇσιν ὑπερκαθάρσεσιν, οὐδεὶς που ἀπέθανε χολὴν μούνην καθαρθείς. ἀλλ' ὁκόταν πίῃ τις φάρμακον ὅ, τι χολὴν ἄγει, πρῶτον τὴν χολὴν ἐμέει, ἔπειτα δὲ καὶ φλέγμα. ἔπειτα δ' ἐπὶ τῇ χολῇ, ἐμέουσι καὶ χολὴν μέλαιναν ἀναγκαζόμενοι, τελευτῶντες δὲ, καὶ αἷμα ἐμέουσι καθαρόν.

COMMENTARIVS GALENI.

ATque hic rursus clarè Græcorum consuetudinem innuit, qui bilem frequenter sine adiuncto flauam, atram verò semper cum adiuncto vocant. Porrò quod in tota oratione significatur, manifestum est. Nullum enim mori, inquit, cui vnus solùm humor purgatus fuerit, quum alij quoque semper cum ipso euacuentur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑνταῦθα πάλιν σαφῶς ἐδήλωσε τὸ ἔθος τῶν Ἑλλήνων, χολὴν μὲν ὀνομαζόντων πολλάκις ἄνευ προσθήκης τὴν ξανθὴν, τὴν μέλαιναν δὲ μετὰ προσθήκης ἀεί. τὸ δ' ἐν ὅλῃ τῇ ῥήσει δηλούμενον, σαφές. οὐδένα γάρ, φησιν, ἀποθανεῖν, ἕνα μόνον χυμὸν ἐκκαθαρθέντα, συνεκκενοῦσθαι γὰρ ἀεὶ καὶ τοὺς ἄλλους αὐτῷ.

Quod phlegmagogum superpurgationem adfert mortis causam, id primùm pituitam, deinde reliquos humores euacuare.

Φλεγμάγωγον φάρμακον τὴν ὑπερκάθαρσιν τὴν τοῦ θανάτου αἰτίαν ποιούμενον, πρῶτον τὸ φλέγμα, ἔπειτα ἅπαντας τοὺς χυμοὺς κενοῦν.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXIX.

EAdem verò patiuntur & à medicamentis pituitam ducentibus. Primùm etenim pituitam vomunt; deinde bilem flauam; tertiò atram; intereuntes demum sanguinē purum, in eôq; moriuntur.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κθ'.

ΤΑ αὐτὰ δὲ πάσχουσι καὶ ὑπὸ τῶν φαρμάκων τῶν τὸ φλέγμα ἀγόντων. πρῶτον μὲν γὰρ φλέγμα ἐμέουσιν, ἔπειτα ξανθὴν χολὴν, ἔπειτα μέλαιναν, τελευτῶντες δὲ, αἷμα καθαρὸν καὶ ἐν τῷδε ἀποθνήσκουσιν.

COMMENTARIVS GALENI.

QVum humor medicamento purganti familiaris, fuerit euacuatus, mox illum consequitur primus qui ad euacuationem inter alios facillimus est: post illum, qui secundum in hoc *genere* ordinem sortitur: deinde sanguis omnium postremus, vt qui humor sit naturæ familiarissimus. Tutum namque est tantillum de eo dicere, quòd si non solus est natura hominis, certè omnium aliorum familiarissimus est.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΜΕΤΑ τὸ κενωθῆναι τὸν οἰκεῖον, τῷ που καθαρτικῷ φαρμάκῳ χυμὸν, ἐφεξῆς αὐτῷ πρῶτος ὁ τῶν ἄλλων εὐαγωγότατος ἕπεται. μετ' ἐκεῖνον δὲ, ὁ τὴν δευτέραν ἐν τούτῳ τάξιν ἔχων. κἄπειτα τὸ αἷμα πάντων ὕστατον, ὡς ἂν οἰκειότατος ὢν τῇ φύσει χυμός. ἀσφαλὲς γὰρ φάναι περὶ αὐτοῦ τό γε τοσοῦτο, ὡς εἰ καὶ μὴ μόνος ἐστὶν ἡ φύσις τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλ' οἰκειότατός γε ἁπάντων τῶν ἄλλων.

Medicamentum purgans primùm familiarem sibi humorem, deinde reliquos attrahere.

Καθαρτικὸν φάρμακον πρῶτον μὲν τὸν οἰκεῖον αὐτῷ χυμὸν, ἔπειτα δὲ τοὺς ἄλλους ἕλκειν.

TEXTVS HIPPOCRATIS. XXX.

QVVM enim medicamentum corpus introierit, primùm quidem quodcunque sibi ex omnibus in corpore existentibus,

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λ'.

ΤΟ γὰρ φάρμακον, ὁκόταν εἰσέλθῃ ἐς τὸ σῶμα, πρῶτον μὲν ἄγει, ὃ ἂν αὐτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα ᾖ, τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων.

ἔπειτα δὲ καὶ τὰ ἄλλα ἕλκει τε καὶ καθαίρει, ὥσπερ τὰ φυόμενά τε καὶ σπειρόμενα, ὁκόταν εἰς τὴν γῆν ἔλθῃ, ἕλκει ἕκαστον τὸ κατὰ φύσιν ἑωυτοῦ ἐνεὸν ἐν τῇ γῇ. ἔνι δὲ καὶ ὀξὺ, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον. πρῶτον μὲν οὖν πλεῖστον τουτέου εἵλκυσεν ἐς ἑωυτὸ, ὅ, τι ἂν ᾖ ἑωυτέῳ κατὰ φύσιν μάλιστα, ἔπειτα δὴ ἕλκει καὶ τὰ ἄλλα. τοιοῦτο δέ τι καὶ τὰ φάρμακα ποιέει ἐν τῷ σώματι. ὁκόσα γὰρ τὴν χολὴν ἄγει, πρῶτον μὲν ἀκρητεστάτην ἐκάθηρε τὴν χολὴν, ἔπειτα δὲ μεμιγμένην. καὶ πάλιν τὰ τοῦ φλέγματος φάρμακα, πρῶτον μὲν ἀκρητέστατον τὸ φλέγμα ἄγει, ἔπειτα δὲ μεμιγμένον. καὶ πάλιν τοῖσιν ἀποσφαζομένοισι, πρῶτον μὲν τὸ αἷμα ῥέει θερμότατόν τε καὶ ἐρυθρότατον, ἔπειτα δὲ ῥέει φλεγματωδέστερον καὶ χολωδέστερον.

A *secundũ naturã familiarissimũ fuerit, educit; deinde verò reliqua tum trahit, tum purgat. Quemadmodum quæ è terrã nascũtur, & in eã conseruãtur, vbi terrã subierint, eorũ quodq; trahit, quod naturâ sibi familiare in terra inest. Inest autem & acidum, & amarũ, & dulce, & salsum, & cuiuscunq; generis aliud. Primùm itaq; eius plurimùm quod naturâ sibi ipsi familiare fuerit, ad se allicit, atque deinceps reliqua attrahit. Tale quiddã etiam medicamẽta in corpore faciũt. Quæcunq; enim bilẽ educũt, primùm* B *meracissimam bilẽ purgãt; deinde mixtã, & rursus medicamẽta pituitã ciẽtia primùm purissimã pituitã educũt postea etiã mixtã. Iugulatis quoq; primùm quidẽ sãguis tũ calidissimus, tũ maximè ruber effluit; mox verò magis pituitosus, magisq; biliosus profluit.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Σαφὴς ἡ ῥῆσίς ἐστι, γράφοντος αὐτοῦ τὰ μαρτύρια τοῦ προκειμένου λόγου, καθ᾽ ὃν ἔφη. τὸ φάρμακον ὁπόταν εἰς τὸ σῶμα ἔλθῃ, πρῶτον μὲν τὸν οἰκεῖον ἕλκειν αὐτῷ χυμὸν, ἔπειτα δὲ καὶ τοὺς ἄλλους. μεμνῆσθαι δὲ χρὴ καὶ περὶ τῶν φυτῶν αὐτοῦ λέγοντος, ἕλκειν καὶ ταῦτα εἰς ἑαυτὰ τὸ κατὰ φύσιν ἕκαστον αὐτῷ. περιέχεσθαι γὰρ ἐν τῇ γῇ καὶ ὀξὺ, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, καὶ παντοῖον. ὥσπερ δηλονότι καὶ κατὰ τὸν ἄνθρωπον, ὀξὺ μὲν τὴν μέλαιναν χολὴν, πικρὸν δὲ τὴν ξανθὴν, γλυκὺ δὲ τὸ αἷμα, καὶ ἁλμυρὸν τὸ φλέγμα. καὶ γὰρ τοιοῦτό ἐστι τι φλέγμα, καθάπερ ἄλλο γλυκὺ, καὶ ἕτερον ὀξὺ, καί τι ἕτερον μηδεμίαν ἔχον ἐπίσημον ποιότητα. διά τοῦτό μοι δοκεῖ καὶ κατὰ τέλος τῆς ῥήσεως προσθεῖναι, τὸ, καὶ παντοῖον, οὐ μόνον ἐν τῷ φλέγματι διαφορὰς ὁρῶν παμπόλλας, ἀλλὰ καὶ κατὰ τοὺς ἄλλους χυμούς. ὥσπερ γὰρ ὀξὺ, καὶ γλυκὺ, καὶ πικρὸν, καὶ ἁλμυρὸν, οὕτω καὶ στρυφνόν τι, καὶ αὐστηρὸν, καὶ δριμὺ, καὶ λιπαρὸν εἶδός ἐστι χυμῶν, ἔν τε τοῖς ζώοις, καὶ τοῖς φυτοῖς, καὶ δηλονότι καὶ κατὰ τὴν γῆν ἀνάλογον αὐτοῖς.

COMMENTARIVS GALENI.

Perspicua auctoris est sententia, qui rationis propositæ testimonia scribit, qua dicit, *medicamentum vbi in corpus venerit, primùm sanè humorem sibi familiarem attrahere, deinde etiam alios.* C At meminisse oportet etiam de stirpibus ipsum verba facere, nempe quòd & harum vnaquæque sibi naturale & connatum ad se attrahunt. Contineri enim in terra acidum, dulce, amarum, salsum, & cuiusuis generis, veluti etiam in homine: acidum quidem, atram bilem; amarum verò, flauam; dulce, sanguinem; salsum, pituitam. Etenim talis quædam est pituita, quemadmodum alia dulcis, alia acida, & quædam alia nullam insignem obtinens qualitatem. Atque ideo mihi videtur ad orationis finem adiecisse (*cuiuscumque generis aliud*) vt qui non tantum in pituita, sed in alijs etiam humoribus per- D multas viderit differentias, Sicut enim acida, dulcis, amara, & salsa: ita etiam acerba, austera, acris & pinguis humorum species est, tum in animalibus, tum in stirpibus, & nimirum quæ in terra ipsis respondent.

Αὔξεσθαι τὸ φλέγμα τοῦ χειμῶνος, καὶ τοῦτο ψυχρότατον εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λα΄.

Αὔξεται δὲ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, τὸ μὲν φλέγμα τοῦ E χειμῶνος. τοῦτο γὰρ τῷ χειμῶνι κατὰ φύσιν μάλιστα, τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων, ψυχρότατον γάρ ἐστι. τεκμήριον δὲ τουτέων, ὅτι τὸ μὲν φλέγμα ψυχρότατον, εἰ ἐθέλοις ψαῦσαι φλέγματος, καὶ χολῆς, καὶ αἵματος, τὸ φλέγμα εὑρήσεις ψυχρότατον ἐὸν, καί τοι γλισχρότατόν ἐστι, καὶ βίῃ μάλιστα ἄγεται μετὰ χολὴν μέλαιναν. ὁκόσα δὲ βίῃ ἄγεται, θερμότερα γίνεται, ἀναγκαζόμενα ὑπὸ τῆς βίης. ἀλλ᾽ ὅμως καὶ πρὸς ταῦτα πάντα, ψυχρότατον ἐὸν τὸ φλέγμα φαίνεται ὑπὸ τῆς φύσιος τῆς ἑωυτοῦ. F ὅτι δὲ ὁ χειμὼν πληροῖ τὸ σῶμα φλέγματος, γνοίης ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι πτύουσί τε καὶ ἐκμύσσονται φλεγματωδέστατον τοῦ χειμῶνος, καὶ τὰ οἰδήματα αὐτοῖς λευκότατα γίνεται, μάλιστα κατὰ ταύτην τὴν ὥρην, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα.

Pituitam augeri hyeme, eámque esse frigidissimam.

TEXTVS HIPPOCR. XXXI.

Augetur verò in homine pituita quidẽ hyeme; hæc enim hyemis naturæ, eorũ quæ corpori insũt, maximè analoga est, frigidissima namq; existit. Huius autẽ rei certa sunt indicia pituitã esse frigidissimã. Quòd si pituitã, & bilẽ, & sanguinẽ tangere volueris, pituitã frigidissimã esse reperies: quæ quamuis sit lentissima, ac vi potissimùm secundũ atrã bilẽ educatur, (quæcumq; verò vi educuntur, ea per violentiam coacta calidiora redduntur) nihilominus tamẽ supra hæc omnia, pituita suapte natura frigidissima esse conspicitur. Quòd autẽ hyeme corpus pituita repleatur, hisce noueris. Per hyemem homines maximè pituitosa tum expuunt, tum emungunt, ædemata ipsis albissima per eam potissimùm tempestatem, & cæteri morbi pituitosi oboriuntur.

COMMENTARIVS GALENI.

Clara est oratio, quæ lectorem diligentem requirat, non interpretem, qui ipsam explicet. Quòd autem in fine scriptum est *cæterique morbi pituitosi)* hoc modo ex ipsius scriptura intelligendum est. Oedemata alba hyeme potissimum oriuntur: item alij pituitosi morbi hoc tempore infestant: denique & febres, sicut in æstate omnino biliosiores, sic in hyeme pituitosiores.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Σαφὴς ἡ ῥῆσίς ἐστι, καὶ προσέχοντος δεομένη τοῦ ἀναγινώσκοντος, οὐκ ἐξηγητοῦ σαφηνίζοντος, αὐτήν. τὸ δ' ἐπὶ τῇ τελευτῇ γεγραμμένον, καὶ τὰ ἄλλα νοσήματα φλεγματώδεα· κατὰ μὲν οὖν τὴν τοῦ αὐτοῦ γραφήν, ὁ νοῦς ἔσται τῆς λέξεως τοιοῦτος. τὰ οἰδήματα τὰ λευκὰ γίγνεται κατὰ τὸν χειμῶνα· καὶ τὰ ἄλλα δὲ νοσήματα τὰ φλεγματώδη γίγνεται κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον. ἀμέλει καὶ οἱ πυρετοὶ καθάπερ ἐν θέρει χολωδέστεροι συμπίπτουσιν, οὕτως ἐν χειμῶνι φλεγματωδέστεροι.

Sanguinem vere augescere, eúmque calidum & humidum esse.

Τὸ αἷμα κατὰ τὸ ἔαρ αὔξεσθαι, καὶ τοῦτο ὑγρὸν καὶ θερμὸν εἶναι.

TEXTVS HIPPOCR. XXXII.

At vere adhuc quidem pituita in corpore valida manet, sed sanguis augescit. Nam & frigora remittunt, & imbres succedunt: túncque sanguis augetur, tum ex imbribus, tum ex diebus calidis. Nam secundum naturam ipsi hæc ex anni tempestate potissimum insunt; etenim humidum & calidũ est. Ex his verò noueris, quòd homines vere & æstate potissimum dysenteriis corripiãtur, & ex naribus sanguis ipsis profluat, calidissimi & maximè rubicundi sint.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λβʹ.

Τοῦ δὲ ἦρος, τὸ φλέγμα, ἔτι μὲν ἰσχυρὸν ἐν τῷ σώματι, καὶ τὸ αἷμα αὔξεται. τά τε γὰρ ψύχεα ἐξανίει, καὶ τὰ ὕδατα ἐπιγίνεται, τὸ δὲ αἷμα κατὰ ταῦτα αὔξεται, ὑπό τε τῶν ὄμβρων, καὶ τῶν θερμημεριῶν, κατὰ φύσιν γὰρ αὐτέῳ ταῦτ' ἐστὶ μάλιστα τοῦ ἐνιαυτοῦ, ὑγρόν τε γάρ ἐστι καὶ θερμόν. γνοίης δὲ ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι τοῦ ἦρος καὶ τοῦ θέρεος μάλιστα ὑπό τε τῶν δυσεντεριῶν ἁλίσκονται, καὶ ἐκ τῶν ῥινῶν τὸ αἷμα ῥεῖ αὐτέοισι, καὶ θερμότατοί εἰσι καὶ ἐρυθρότατοι.

COMMENTARIVS GALENI.

Est sanè & huius sententiæ contextus perspicuus. dictum namque à me est in primo de temperamentis libro, satius esse ver temperatum vocari, non humidum & calidum. Suberat verò causa aliqua ob quam medicorum philosophorúmque nonnulli, ipsum calidum, humidúmque dicerent. Sic enim in anni temporibus hoc humidum & calidum esse dicunt, vt in genere eorum quæ corpora habent animalia, hæc sanè cum plantis conferentes: ver autem autumno inter anni tempora optimum, & vt ita dixerim solum exactè secundum naturam habens, cum eo quod præter naturam affectum est. At sanguinem vere redundare, quum alia, tum illud indicio est, quod tunc dysenteriæ infestent, quæ cruentæ scilicet dicuntur, non quæ ex bile intestina exulcerant. Verùm de cruenta hac dysenteria in quarto operis de articulis commentario tractaui, affectum hunc ostendens frequenter copia sanguinis oboriri, qui in venis continetur: deinde quem natura per intestina confertim excernit, sicut & mulieribus per vterum, nonnullis per nares, aut hæmorrhoidas, aut vomitum. Porrò æstatem adiunxit veri, tum dysenteriæ ratione, tum ob cutis ruborem. Nam beneficio suiipsius caloris generatus vere sanguis, & rubicundam totius corporis cutem efficit, & per anum quibusdam excernitur. Cæterùm calidi ad tactum tunc apparent homines, tum sanguinis tum etiam ambientis aëris beneficio.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἔστι μὲν καὶ τῆσδε τῆς ῥήσεως ἡ λέξις σαφής. εἴρηται δ' ἐν τῷ πρώτῳ τῶν περὶ κράσεων, ὅτι βέλτιον ἦν, τὸ ἔαρ εὔκρατον, οὐχ ὑγρὸν καὶ θερμὸν λέγεσθαι. διά τινά τε τὴν αἰτίαν, εἰς τὸ θερμὸν καὶ ὑγρὸν λέγειν αὐτὸ τῶν ἰατρῶν ἔνιοι καὶ τῶν φιλοσόφων ὑπήχθησαν. ὡς ἐν ὥραις μὲν γάρ, τοῦτο λέγουσιν ὑγρὸν καὶ θερμὸν ὡς ἐν φυτοῖς, τῶν δ' ἐν σώμασι τὰ ζῶα. ταῦτα μὲν ὡς πρὸς τὰ φυτὰ παραβάλλοντες. τὸ δὲ ἔαρ τῷ φθινοπώρῳ, τὸ ἄριστον ἐν ταῖς ὥραις, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις, μόνον ἀκριβῶς κατὰ φύσιν, τῷ παρὰ φύσιν ἔχοντι. τοῦ δὲ πλεονάζειν αἷμα κατὰ τὸ ἔαρ, σὺν τοῖς ἄλλοις γνωρίσμασι, καὶ τὸ δυσεντερίας ἔσεσθαι τότε, τὰς αἱματηρὰς δηλονότι λεγομένας, οὐχ ὅσαι διὰ χολὴν ἑλκοῦσι τὰ ἔντερα. λέλεκται δέ μοι περὶ τῆς αἱματηρᾶς ταύτης δυσεντερίας, ἐν τῷ τετάρτῳ τῶν εἰς τὸ περὶ ἄρθρων ὑπομνήματι, δεικνύντι τὸ πάθημα τοῦτο, πλήθους αἵματος ὄντος ἐν ταῖς φλεψὶν, εἶτα ἐκκρινούσης ἀθρόως τῆς φύσεως διὰ τῶν ἐντέρων, γίγνεσθαι πολλάκις· ὥσπερ καὶ ταῖς γυναιξὶ διὰ μήτρας. ἔνιοι δὲ διὰ ῥινῶν, ἢ δι' αἱμορροΐδων, ἢ ἐμέτων. προσενέθηκε δὲ καὶ τὸ θέρος τῷ ἦρι, κατά τε τὸν τῶν δυσεντεριῶν λόγον καὶ τὴν ἐρυθρότητα τῆς χρόας. διὰ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ θερμότητα, τὸ γεννηθὲν αἷμα κατὰ τὸ ἔαρ, ἐρυθράν τε τὴν χρόαν ἐργάζεται τοῦ παντὸς σώματος, ἐκκρίνεταί τε διὰ τῆς ἕδρας ἐνίοις. θερμοὶ δ' ἁπτομένοις οἱ ἄνθρωποι τηνικαῦτα φαίνονται, καὶ διὰ τὸ αἷμα μέν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ περιέχον.

Τὴν χολὴν ξανθὴν τοῦ θέρεος αὔξεσθαι, καὶ αὐτὴν θερμὴν καὶ ξηρὴν εἶναι.

Bilem flauam æstate augeri, & calidam & siccam esse.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λγ'.

ΤΟῦ δὲ θέρεος τό, τε αἷμα ἰσχύει ἔτι, καὶ ἡ χολὴ ἀείρεται ἐν τῷ σώματι, καὶ παρατείνει ἐς τὸ φθινόπωρον. ἐν δὲ τῷ φθινοπώρῳ, τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίνεται, ἐναντίον γὰρ αὐτέῳ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν. ἡ δὲ χολὴ, τὴν θερείην, κατέχει τὸ σῶμα, καὶ τὸ φθινόπωρον. γνοίης δὲ ἂν τοῖσδε. οἱ ἄνθρωποι αὐτόματοι ταύτην τὴν ὥρην χολὴν ἐμέουσι, καὶ ἐν τῇσι φαρμακοποσίῃσι χολωδέστερα καθαίρονται. δῆλον δὲ καὶ τοῖσι πυρετοῖσι, καὶ τοῖσι χρώμασι τοῖσι τῶν ἀνθρώπων. τὸ φλέγμα τῆς θερείης ἀσθενέστερόν ἐστιν αὐτὸ ἑωϋτοῦ. ἐναντίη γὰρ αὐτέου τῇ φύσει ἐστὶν ἡ ὥρη, ξηρή τε γάρ ἐστι καὶ θερμή.

TEXTVS HIPPOCR. XXXIII.

AEstate verò sanguis adhuc viget, & bilis in corpore attollitur, & in autumnum protenditur. At autumno modicus quidem sanguis generatur (contrarius enim ipsius naturæ autumnus est) bilis autem æstate & autumno corpus occupat, quod hisce indiciis noueris, quòd hac tempestate homines sua sponte bilem euomant, & medicamentorũ potionibus biliosiora purgentur. Id quoque ex febribus, & hominum coloribus patet. At pituita æstate seipsa longè imbecillior est. Contraria namque ipsius naturæ est hæc tempestas, calida siquidem & sicca est.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΕΝ τῷ θέρει καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ, τοῖς πλείστοις αἷμα πλεονάζει, τὸ κατὰ τὸ ἔαρ αὐξηθὲν, ὡς ἂν μηδέπω διαπεφορημένον ὑπὸ τῆς τοῦ περιέχοντος θερμότητος. αὔξεται δὲ καὶ χολὴ, διὰ τὸ παρὰ φύσιν ἐκθερμαίνεσθαι τὸ σῶμα, κατὰ τήνδε τὴν ὥραν. ὠνόμασε δὲ πάλιν ἐνταῦθα χολὴν, ἄνευ τοῦ προσθεῖναι τὸ τῆς χρόας ὄνομα, τὴν ξανθὴν, οὐδέποτε τὴν μέλαιναν ἁπλῶς ὀνομάζων, ἀλλ' ἀεὶ μετὰ τοῦ προσθεῖναι τὸ τῆς χρόας ὄνομα. τὰ δὲ κατὰ μέρος ἐν τῇ ῥήσει, δῆλα τοῖσγε προσέχουσι τὸν νοῦν.

COMMENTARIVS GALENI.

AEstate, & præsertim per ipsius initia, plerisque sanguis abundat, vere auctus, vt qui ab ambientis aëris calore nondum sit discussus. Augescit autem bilis, quòd hac anni tempestate corpus præter naturam incalescat. Cæterùm nominauit hic rursus bilem citra adiectionem coloris vocabuli [*flauam*] nunquam atram simpliciter nominans, verùm semper cum adiectione coloris nominis. Particularia in oratione manifesta iis sunt, qui animum adhibent.

Τὴν χολὴν μέλαιναν τοῦ φθινοπώρου αὔξεσθαι, καὶ τὸ αἷμα ἐλάχιστον γίγνεσθαι.

Atram bilem, autumno augeri, paucissimúmque generari sanguinem.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. λδ'.

ΤΟ δ' αἷμα, τοῦ φθινοπώρου ἐλάχιστον γίγνεται ἐν τῷ ἀνθρώπῳ. ξηρόν τε γάρ ἐστι τὸ φθινόπωρον, καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον. ἡ δὲ μέλαινα χολὴ, τοῦ φθινοπώρου, πλείστη τε καὶ ἰσχυροτάτη ἐστί.

TEXTVS HIPPOCRAT. XXXIV.

AT sanguis per autumnũ paucissimus in homine gignitur; siccus siquidem est autumnus, & hominem iam refrigerare incipit. Atra autem bilis autumno tum plurima, tum vehemẽtissima est.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑτὰ μὲν τὴν πρὸ ταύτης ῥῆσιν εἴρηται, ἐν τῷ φθινοπώρῳ, τὸ μὲν αἷμα ὀλίγον γίγνεται, ἐναντίον γὰρ αὐτοῦ τὸ φθινόπωρον τῇ φύσει ἐστίν. ἡμεῖς δὲ ὅπως ἐναντίον ἐστὶν, ἐδιδάξαμεν. εἴπερ γὰρ τὸ μὲν αἷμα θερμὸν καὶ ὑγρόν ἐστιν, ὁμοίως τῷ ἦρι. τὸ δὲ φθινόπωρον, ὡς αὐτὸς ἔφη, ξηρόν τέ ἐστι, καὶ ψύχειν ἤδη ἄρχεται τὸν ἄνθρωπον, εἰκότως ἐναντίον τ' ἐστὶ τὸ φθινόπωρον τῷ ἦρι, καὶ τὸν χυμὸν ἔχει τὸν ἐναντίον τῷ αἵματι πλεονάζοντα, τὸν ξηρὸν καὶ ψυχρόν. ἐγένετο δ' εἰκότως τοιοῦτος, διὰ τὸ προκατωπτῆσθαι τοὺς χυμοὺς ἐν τῷ θέρει· τὸ δ' ὑπόλειμμα τῶν ὀπτηθέντων, ὅταν δηλονότι σβεσθῇ τὸ θερμὸν, αὐτίκα γίγνεται ψυχρόν τε καὶ ξηρόν. ψυχρὸν μὲν, διὰ τὴν τοῦ θερμοῦ σβέσιν. ξηρὸν δὲ, ὅτι κατὰ τὴν ὄπτησιν ἐξεδαπανήθη πᾶν τὸ ὑγρὸν ἐξ αὐτοῦ.

COMMENTARIVS GALENI.

SVperiore contextu dictum erat, sanguinem in autumno paucum generari, vt qui naturam autumno contrariam habeat. Nos autem quomodo contrariam habeat, edocuimus. Si enim sanguis calidus, & humidus est, veri similiter. Autumnus autem, vt ipse dixit, siccus est, & refrigerare iam hominem incipit, meritò autumnus veri contrarius est, & humorem redundantem sanguini contrarium obtinet, siccum & frigidum. Generatus autem est talis bona ratione, quòd in æstate humores priùs aduruntur: reliquiæ verò adustorum humorum, restincto scilicet calore, statim frigidæ siccæque redduntur; frigidæ quidem propter calorem extinctum; siccæ, quòd totus ipsius humor quum assaretur, sit consumptus.

Pituitæ

A

Pituitæ per hyemem augeſcentis cauſæ.

TEXTVS HIPPOCR. XXXV.

Qvum verò hyems ingruit, bilis refrigeſcens pauca gignitur, & pituita rurſus augetur tum ab imbrium copia, tum à noctium longitudine.

COMMENTARIVS GALENI.

Hvmorem in ſingulis quatuor anni tempeſtatibus exuperantem vult ipſi tempeſtati ſimilem eſſe, temperamento; ideóque pituita quidem frigida & humida nominatur, hyemi ſimilis; ſanguis autem calidus & humidus, vt ver; flauam bilem calidam & ſiccam eſſe dicit, vti æſtatem: & nigram; ſicut autumnum, frigidam & ſiccam. Quòd igitur dixit, quibus anni tempeſtatibus ſinguli humores augentur, anteà probauit: nunc verò cauſam reddit, cur piuita hyeme exuperet. *Ex crebris*, inquit, *pluuiis, & noctium longitudine*, eò quod hæc anni tempeſtas humida ſit & frigida. Humida quidem eſſe monſtratur, pluuiarum copia, frigida verò, noctium longitudine. Nam caloris quem æſtate ambiens nos aër obtinet, ſol auctor eſt, dum propè ſupra verticem noſtrum emergit, & diem longiorem efficit. Ità etiam hyeme frigoris idem auctor eſt, quum obliquus demiſſúſque, & breui tempore ſupra terram feratur. Hippocrates autem vult, animantium corpora pro ambientis nos aëris conſtitutione, affici ita vt ſiccentur quidem in ſiccis ipſius temperamentis, humectentur autem in humidis: ita verò vt incaleſcant in calidis, re-
& frigida eſt [illegible] frigidis. Si igitur hyems humida
A cabis. Ciborum enim copia, cruditates, balnea, & exercitationes quæ intempestiuè fiunt, & quæque omnia in commentario de procatarcticis caussis recensuimus, antecedentium caussarum cuiusque morbi fiũt effectrices. *Qui verò ab euacuatione oboriuntur, eos curat repletio.* Non propriè vsus esse videtur præsenti *repletionis* vocabulo qui hanc sententiam scripsit, quum omnes non modo Medici, sed & cæteri Græci id repletionis nomen vtcunque magis adhibere excessibus commoderatę quantitatis consueuerint, non autem euacuationem per contrariam immoderationem corrigere. B Audi igitur subsequentem rationem quæ immoderatis excessibus fauet. Sunt cibi quidam qui vt ad alicuius iam sani habitum moderati sunt, horum collatione excessum & defectum intelliges. Qui verò vacuatus est, si id quod de suæ prioris mediocritatis quantitate detractum est resarcire velit; cibum adaugebit, qui si tantundem nunc alimenti ingerat quantùm antequam vacuaretur solitus erat, nunquam id quod exinanitum est replebit. Ad artificem sanè pertinet moderatè incrementum id afferre, vt neque intempestiuè repleat quod demptum est, neque cõfertim atque repentè. Sunt nonnulli ex medicis qui nolint in caussis C morborũ ponendas esse vacuationes, quas dicunt tum virium imbecillitatẽ, tum habitus gracilitatẽ solummodo parere, & quòd nullus vnquã morbus ex defectu oritur. Hi profectò non animaduertũt qui morbi eos arripiãt, qui immoderatè vacuãtur. Nã facillimè ex quacũq; occasione refrigerãtur, itémq; paruo negotio vruntur, faciles etiam vt in lassitudines incurrant, omnibúsque externis caussis obnoxij sint, & longè præterea magis ij ex vigilia, tristitia, cruditate & ira, quàm qui bono sunt habitu; in morbos decidunt. *Quos labores gignunt, quies remedio est.* Labores eos appellat qui in mo- D tionibus fiunt præter modum. At verò qui in hũc modum affecti sunt, quòd quiete sint reficiendi: nemo mortalium est qui hoc nesciat, quíque id etiam non agat vt neque in hac re medici consilium expectent: imò & bruta etiam (vt iam ostendimus) nedum homines, noxam per ea quæ contraria sunt, lędentibus auferunt. *Quos nimium induxit otium, labor tollit.* Neque primùm & per se otium morbos excitat, sed media plenitudine; otiosis enim minùs corporis particulę digeruntur, & præterea imbecilliores redduntur, vt inde vtraque gignatur plenitudo. Itaque immoderatior E motus vires quidem nequaquam validiores reddit, humores tamen qui redundãt euacuat. Liquet igitur quòd si in his motus qui modum parumper excedat adhibeatur, sensim à lassitudine capietur homo, vt tamen non illico febricitet. *Summatim verò sciendum quòd oportet medicum præsentibus morbis, formis, anni tempestatibus, ætatibúsque contrarium opponere.* Formas appellare videtur corporum naturas, quarum substantiam ostendimus in tẽperatura quatuor elementorum sitam esse. Morbi itaque curantur ab his quæ facultatibus contraria sunt, vt iam monstratum est, non autem apparentibus imaginationibus. F Porrò natura corporis quæ temperamento idem est, non omnis per contraria corrigitur: quemadmodum neque anni tempora aut ætates; sunt enim in ipsis temperatæ quædam, sicuti multæ etiam intemperatæ; vnde temperatarum similibus seruatur temperies, contrariis verò intemperies intemperatarum emendatur. Hæc quippe

in libris de tuenda sanitate definita sunt. Atque contendentia laxare, laxata verò contendere. Nequaquam vt decebat morborum oppositionem constituit: contendenti enim laxans, laxato contentum propriè opponitur; contendentia verò & laxantia propriè de causis, & non de læsis dicuntur corporibus: contenta autem & laxata ad ipsa læsa iam corpora referuntur. Præterea etiam contenta & laxata corporum nomina sunt, minimè verò morborum contentorum aut laxatorum: quemadmodum durum & molle, rarum & densum: de quibus à nobis probè in sexto epidemiorum libro actum est eo loco. Cutis duræ mollitio, contentæ remissio; Quo etiam in libro subinde de condensando quod rarefactioni contrarium est, sermonem habuimus; Id autem cum incrassare idem est, sicut incrassatum & densatum.

περὶ τούτων ἐν τῇ τῶν ὑγιεινῶν πραγματείᾳ. καὶ τὰ συντείνοντα λύειν, καὶ τὰ λελυμένα συντείνειν. οὐ κατὰ τὸ πρέπον ἐποιήσατο τὴν τῶν νοσημάτων ἀντίθεσιν. τῷ μὲν γὰρ συντείνοντι, τὰ λύοντα, τῷ δὲ λελυμένῳ, τὰ συντεταμένα κατ' ἀντίθεσιν οἰκείως ὀνομάζεται. λέγεται δὲ τὰ μὲν συντείνοντα καὶ λύοντα κυρίως ἐπὶ τῶν αἰτιῶν, οὐκέτ' ἐπ' αὐτῶν τῶν βλαπτομένων σωμάτων, ἔμπαλιν δὲ τὰ συντεταμένα καὶ λελυμένα, κατὰ τῶν ἤδη βεβλαμμένων, ἔπειτα τὰ συντεινόμενα καὶ λυόμενα, σωμάτων ἐστὶν οὐ νοσημάτων ὀνόματα, συντεινομένων καὶ λελυμένων. ὥσπερ γε καὶ τὸ σκληρὸν, καὶ τὸ μαλακὸν, ἀραιόν τε καὶ πυκνὸν, ὑπὲρ ὧν εἴρηται κάλλιον ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἐν τῇδε τῇ λέξει. δέρματος σκληροῦ μάλαξις, συντεταμένου χάλασις. εἴρηται δὲ ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ κατὰ τὸ συνεχὲς καὶ περὶ τοῦ στεγνῶσαι, ὅπερ ἐστὶν ἐναντίον τῷ ἀραιῶσαι. τοῦτο δ' αὖ πάλιν τῷ πυκνουμένῳ τὴν αὐτὴν ἔχει δύναμιν, ὥσπερ γε καὶ τὸ πεπυκνωμένον τῷ ἐστεγνωμένῳ.

Morbos tum à victu tum ab aëre oriri.

TEXTVS HIPPOCRAT. II.

Morbi verò oriuntur partim quidem ex viuendi ratione, partim verò ex spiritu quem introducendo viuimus.

COMMENTARIVS GALENI.

Victum nonnunquam solum cibum potúmque appellant, sæpe etiam hoc nomine omnia vitæ instituta comprehenduntur, qua significatione hîc vsurpatum esse est arbitrandum. Neque enim ex his solùm quæ comedendo vel bibendo ingerimus, verùm ex balneis quoque & exercitationibus, otio, vigiliis, mœrore, ira, refrigerationéque & æstu morbi ortum habent, quandoque etiam ex solo spiritu quo respiramus, lædimur, vt in locis qui charonij dicuntur.

Τὰ ἀπὸ τῶν διαιτημάτων τε καὶ τοῦ ἀέρος νοσήματα γίγνεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. β'.

ΑΙ δὲ νοῦσοι γίγνονται, αἱ μὲν ἀπὸ διαιτημάτων, αἱ δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος, ὃ εἰσαγόμενοι ζῶμεν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΔΙαιτήματα καλοῦσιν ἐνίοτε μὲν αὐτὰ μόνα τὰ σιτία καὶ τὰ ποτά. πολλάκις δὲ περιλαμβάνουσιν ἐν τῇ προσηγορίᾳ καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, καὶ νῦν οὕτως εἰρῆσθαι νομιστέον. οὐ γὰρ ἀπὸ μόνων, ὧν ἐσθίομέν τε καὶ πίνομεν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ λουτρῶν, καὶ γυμνασίων, ἀργίας τε καὶ ἀγρυπνίας, καὶ λύπης, καὶ θυμοῦ, καὶ ψύξεως, καὶ ἐγκαύσεως αἱ νόσοι γίγνονται. πολλάκις δὲ ἀπὸ τοῦ πνεύματος μόνου κατὰ τὴν εἰσπνοὴν ἡ βλάβη γίγνεται. καθάπερ ἐν τοῖς χαρωνείοις ὀνομαζομένοις χωρίοις.

Vnde petenda dignotio morborum ab aëre, aut victu ortorum?

TEXTVS HIPPOCRATIS III.

At vtrorumque cognitionem ita facere oportet. Quum multi homines vno morbo eodem tempore corripiuntur, in id quod maximè commune est, quoq; omnes vtimur, potissimùm reijcienda causa est. Id autem est, quod inspirãdo trahimus. Quod enim viuendi cuiusque nostrũ ratio in causa non sit, iam liquidò constat, quum morbus omnes continẽter attingat, & iuuenes & senes, & mulieres, & viros, perindéq; temulentos, & abstemios, tam eos qui maza, quàm qui pane victitant, & eos qui multis, quàm qui paucis exercitationibus vtũtur. Non igitur victus rationi assignanda causa est, quum cuiusuis generis victu vtentes eodem modo corripiuntur, sua proculdubio cuique viuendi ratio in causa est.

COMMENTARIVS GALENI.

QVod communem causam habeat siquid multis morbis commune sit, probè profectò ab eo dictum est, perinde ac cætera huius orationis: vt tamen id non omnino rectè dictum sit, *quòd ortus cõmunium morborum in aërem solummodo sit*

Ὅθεν διάγνωσις τῶν νοσημάτων τῶν ἀπὸ τῶν διαιτημάτων τε καὶ τοῦ ἀέρος γεγενημένων;

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. γ'.

ΤΗΝ δὲ διάγνωσιν ἑκατέρων, ὧδε χρὴ ποιέεσθαι. ὁκόταν μὲν ὑπὸ ἑνὸς νουσήματος πολλοὶ ἄνθρωποι ἁλίσκονται κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, τὴν αἰτίην χρὴ ἀνατιθέναι τούτῳ ὅ, τι ἂν κοινότατόν ἐστι, καὶ μάλιστα αὐτῷ πάντες χρεώμεθα. ἔστι δὲ τοῦτο ὃ ἀναπνέομεν. φανερὸν γὰρ δὴ, ὅτι τά γε διαιτήματα ἑκάστου ἡμέων οὐκ αἴτιά ἐστιν, ὅτε ἅπτεται πάντων ἡ νοῦσος ἑξῆς, καὶ τῶν νεωτέρων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ γυναικῶν καὶ ἀνδρῶν. ὁμοίως δὲ καὶ τῶν θωρησσομένων, καὶ τῶν ὑδροποτεόντων, καὶ τῶν μάζαν ἐσθιόντων, καὶ τῶν ἄρτον σιτεόντων, καὶ τῶν πολλὰ ταλαιπωρεόντων, καὶ τῶν ὀλίγα. οὐκ ἂν οὖν τά γε διαιτήματα αἴτια εἴη, ὁκόταν διαιτώμενοι οἱ ἄνθρωποι πάντα τρόπον, ἁλίσκονται ὑπὸ τῆς αὐτέης νούσου.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤΙ μὲν τὸ κοινὸν πολλοῖς νοσήμασι κοινὴν ἔχει τὴν αἰτίαν, ὀρθῶς εἶπεν, ὥσπερ γε καὶ τὰ ἄλλα πάντα τὰ κατὰ τὴν ῥῆσιν, οὐ μὴν ὀρθῶς εἰς μόνον τὸν ἀέρα τὴν τῶν κοινῶν νοσημάτων ἀναφέρει γέ-

ρεσιν. εἴπερ οἱ ἐν Αἴνῳ ἐν λιμῷ ὀσπριοφαγέοντες σκελέων ἀκρατέες ἐγένοντο, ἀτὰρ καὶ οἱ ὀροβοφαγέοντες, γουναλγέες. ἴσμεν δ᾽ ὅτι καὶ πυροὺς ἡμισαπεῖς διὰ λιμὸν ἀναγκασθέντες ἐσθίειν τινὲς, κοινὸν ἀπὸ τῆς κοινῆς αἰτίας ἐνόσησαν νόσημα, καί που στρατόπεδον ὅλον ὕδατι μοχθηρῷ χρησάμενον, ὁμοίως ἐν ἅπασι τοῖς στρατιώταις τὴν βλάβην ἔσχε, τὰ δ᾽ ἄλλα τῆς ῥήσεως δῆλα.

referendus, quando præ fame in Æno leguminibus vescentes, crura imbecillia habuêre, qui verò eruo, illis genua dolebant. Iam etiam nouimus quòd comesse semiputridum triticum famis necessitate compulsi quidam, communi morbo ex communi causa arrepti sunt. Sed & exercitus quandoque dum prauis vterentur aquis, simili in omnibus militibus noxa vexatus est. Cætera huius capitis clara sunt.

Πῶς δεῖ τὴν δίαιταν τοῖς νοσοῦσιν ἐφίστασθαι.

ΡΗΣΗΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. δ′.

Ὁκόταν δ᾽ αἱ νοῦσοι γίνωνται παντοδαπαὶ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον, δῆλον ὅτι τὰ διαιτήματα ἐστὶν αἴτια ἕκαστα ἑκάστοισιν. καὶ τὴν θεραπείην χρὴ ποιέεσθαι, ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου, ὥσπερ μοι πέφρασται καὶ ἑτέρωθι, καὶ τῇ τῶν διαιτημάτων μεταβολῇ. δῆλον γὰρ δὴ, ὅτι οἷσί γε εἴωθε χρέεσθαι ὁ ἄνθρωπος διαιτήμασιν, οὐκ ἐπιτήδειά οἵ ἐστιν, ἢ πάντα, ἢ τὰ πλείω, ἢ ἕν γέ τι αὐτέων. ἃ χρὴ καταμανθάνοντα μεταβάλλειν, καὶ σκεψάμενον τοῦ ἀνθρώπου, τήν φύσιν, τήν τε ἡλικίην, καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ὥρην τοῦ ἔτεος, καὶ τῆς νούσου τὸν τρόπον, τὴν θεραπείην ποιέεσθαι, ποτὲ μὲν ἀφαιρέοντα, ποτὲ δὲ προστιθέντα, ὥσπερ μοι καὶ πάλαι εἴρηται, πρὸς ἑκάστας τῶν ἡλικιέων, καὶ τῶν ὡρέων, καὶ τῶν εἰδέων, καὶ τῶν νούσων, ἔν τε τῇ φαρμακείῃ προστρέπεσθαι, καὶ ἐν τοῖσι διαιτήμασιν. ὁκόταν δὲ νουσήματος ἑνὸς ἐπιδημίη καθεστῇ, δῆλον ὅτι οὐ τὰ διαιτήματα αἴτιά ἐστιν, ἀλλ᾽ ὃ ἀναπνέομεν, τοῦτ᾽ αἴτιόν ἐστι καὶ τοῦτο δῆλον ὅτι νοσερήν τινα ἀπόκρισιν ἔχον ἂν εἴη. τοῦτον οὖν χρὴ τὸν χρόνον τὰς παραινέσιας ποιέεσθαι τοῖσιν ἀνθρώποισι τοιάσδε. τὰ μὲν διαιτήματα μὴ μεταβάλλειν, ὅτι γε οὐκ αἴτιά ἐστι τῆς νούσου. τὸ δὲ σῶμα ὁρῆν ὅκως ἔσται ὡς ἀογκότατον καὶ ἀσθενέστατον. τῶν τε σιτίων ἀφαιρέοντα, καὶ τῶν ποτῶν οἷς εἰώθει χρέεσθαι κατ᾽ ὀλίγον. ἢν γὰρ μεταβάλλῃ ταχέως τὴν δίαιταν, κίνδυνος καὶ ἀπὸ τῆς μεταβολῆς νεώτερόν τι γίνεσθαι ἐν τῷ σώματι. ἀλλὰ χρὴ τοῖσι μὲν διαιτήμασιν οὕτω χρῆσθαι, ὅτε γε φαίνεται, οὐδὲν ἀδικέοντα τὸν ἄνθρωπον. τοῦ δὲ πνεύματος, ὅκως ῥύσις ὡς ἐλαχίστη εἰς τὸ σῶμα εἰσίοι, καὶ ὡς ξενοτάτη ἔσται, προμηθέεσθαι. τῶν δ᾽ αὖ χωρίων, τοὺς τόπους μεταβάλλοντα εἰς δύναμιν, ἐν οἷσιν ἂν ἡ νοῦσος καθεστήκει, καὶ τὰ σώματα λεπτύνοντα. οὕτως γὰρ ἂν ἥκιστα πολλοῦ τε καὶ πυκνοῦ πνεύματος χρῄζοιεν οἱ ἄνθρωποι.

Quomodo diæta ægris præscribenda.

TEXTVS HIPPOCR. IV.

Qvum verò eodẽ tẽpore cuiusq; modi morbi oriuntur, sua proculdubio cuiq. viuẽdi ratio in causa est; adhibẽdáq; curatio, aduers⁹ morbi causã instãdo, queãdmodũ aliàs etiam à nobis dictum est, & victus rationẽ immutando. Quandoquidẽ cõstat victus genus quo quis vtitur, aut ex toto, aut magna ex parte, aut in eorum aliquo minimè ei esse accommodatũ. Quo cognito immutare, & adhibita in cõsideratione cuiusq; natura, ætate, forma, anni tẽpore, & morbi genere ad curationẽ aggredi oportet, nunc quidẽ detrahendo, nunc verò addendo, ita vt (quemadmodũ iamdudum à me dictum est) ad singulas ætates, & anni tẽpora, & naturas, & morbos, contrariã tũ medicamentorũ tum victus rationem adhibeas. At verò vbi morbus aliquis populariter grassatus fuerit non victus rationẽ in causa esse, sed quod spirando ducimus, manifestum est, ipsúmque morbosam quandã excretionem planè obtinere. Eo igitur tẽpore his exhortationibus homines sunt admonendi, vt ne victus quidem rationem immutent, quum morbi causa minimè existat. Prouideant etiã, vt corpus quàm minimè intumescat, sitq. attenuatissimũ, tum cibos, tum potus quibus vti cõsueuerint sensim demẽdo, Si quis enim subitò victus rationem immutet, ne quid in corpore ex immutatione innouetur, periculũ est. Sed solita victus ratio seruãda est, vbi nihil quidem lædere videtur, atque insuper vt aëris quàm minimũ in corpus influat, isque vt maximè peregrinus sit, prouidendum, tum regionum loca, in quibus morbus consistit, quoad eius fieri poterit permutando, tum corpora extenuando. Ita enim minimè multum ac frequentem spiritum homines ex necessitate attrahent.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἐλλιπῆ τὴν ἴασιν ἔγραψε τῶν κοινῶν νοσημάτων, ὅταν ὑπὸ τοῦ περιέχοντος γίγνηται. πολλάκις μὲν γὰρ ἀναθυμιάσεις τινὲς ἐξ ἑλῶν, ἢ λιμνῶν, ἢ τελμάτων, ἢ γῆς τοιαύτης, αἴτιαι γίγνονται τῶν τοιούτων νοσημάτων. ἔστι δ᾽ ὅτε μόνη τῶν ὡρῶν ἡ κρᾶσις. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἀναθυμιάσεων, ἰδιότητι μᾶλλον ὅλης τῆς οὐσίας, οὐχ ἁπλῇ ποιότητι λυμαινομένων τοῖς σώμασιν, ὀρθῶς ἔγραψε τὴν θεραπείαν, εἰς διττοὺς ἀνάγων σκοποὺς, ἀμοιβήν τε τοῦ χωρίου, καὶ χρείαν ὀλίγης τῆς εἰσπνοῆς. ἐπὶ δὲ τῶν ἀπὸ ποιότητος βλαπτομένων, οὐ μόνον

COMMENTARIVS GALENI.

Mancam cõmunium morborũ quorũ causa sit circũfluus aër, curationẽ protulit. Nonnũquam enim halitus stagnorũ paludũ & cœnosorũ locorũ vel huiuscemodi alicuius terræ istiusmodi gignẽdis morbis occasionẽ pręstat: interdũ verò sola anni tẽporũ intẽperies. Rectè igitur cùm halitus sola potiùs substãtię proprietate, quàm simplici aliqua qualitate corporibus noxij sint, curandi rationẽ explicuit, rem hãc in duos referẽs scopos, locorũ mutationẽ ac vsum modicæ respirationis. At verò in his qui ex qualitate lædũtur, non morborũ

modò

modò iamdum factorũ curatio, verùm & custodia ne illi suboriantur, per contrarias perficitur qualitates, quia si corpus ab immoderato offendatur calore, per refrigerãtia; si ex frigore, per calefaciẽtia, & pari etiam modo in aliis tam simplicibus, quàm compositis qualitatibus. Iam autem à nobis de his indicationibus quæ ab ætatibus, anni temporibus corporũmque temperamentis sumendæ sunt, actũ est. Illud verò τῇ φαρμακείῃ προστρέπεσθαι dictum arbitror pro προσφέρεσθαι id est, occurrere morbis per contraria. Nam nunc etiam in Asia dicunt aliquem alicui προσφέρεσθαι χρηστῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς, bene cum eo agere, vel amicè; vel perfide, vel crudeliter.

Morbos ratione partium robustiorum aut imbecilliorum faciliùs aut difficiliùs curari.

TEXTVS HIPPOCRATIS V.

Morbi autem à robustissima corporis parte orti, grauissimi existũt. Etiãsi vnde originẽ sumpserunt, isthic perstiterint, quum pars robustissima laboret, corpus vniuersum laborare necesse est. Quod si ad imbecilliorẽ aliquã ex robustissima deuenerint, difficiles habẽt solutiones. Quicũq; verò ab imbecillioribus, ad robustiores veniũt, faciliùs soluũtur quòd quæ influũt facilè per vim liberãtur.

COMMENTARIVS GALENI.

Siue membrũ, siue corpus valentissimũ quis dicat, id propriè dicet quod ad actiones validiores obeũdas sit optimè constructũ: quo pacto Herculem fuisse robustissimũ dicimus. Altero etiã modo validũ esse hoc corpus dicimus, vel hoc membrum pro hac certa actione quemadmodum aliud pro alia, & in omnibus alicui quidem singularum actionũ robur adsit, ita tamen vt aliud in eorũ alio robur habeat. vna itaq; actio earum motionũ quæ in animãte voluntariæ sunt, vt si aut currat, aut cum aliis animantibus congrediatur, aut corpus aliquod animatũ vel inanime diuellat, aut quicquã auellat. Est & vna alia facultas quæ ad actiones vitales pertinet, vnde arteriæ & cor habent quod pulsent. In his præterea quæ genere inter se differũt, sunt aliæ quædã dissimiles quæ nõ modo in animalibus, sed etiã in plantis reperiũtur, quapropter naturales eas nominamus, attractrix, cõtentrix, alteratrix & expultrix. Potest itaque aliàs quidẽ in alio atque alio corpore venter, verbi gratia facultatẽ quantùm ad vnã quampiã actionẽ spectat, robustissimã habere, vt ad contentricẽ aut alteratricẽ: nonnũquam etiã vel iecur, vel lien, vel aliorũ aliquod. Contrà etiam in animante eodem inualida erit ventris vel expultrix facultas, quas tamen iecur robustissimas obtinebit. Sed is author qui hæc litteris mandauit, ista prætergressus est. Mihi verò robustum videtur intelligere id quod præter hoc quod à causis quæ morbos pariunt haud facilè afficitur, habet etiã vt si in ipso aliqua humorũ excrescat redundantia, in aliud quodpiã membrũ ope expultricis facultatis propellat, sed est sanè manifestũ quòd oportet vt valẽtius sit id quod propellit, eo quod recipit. Erit quippe in omni corpor hoc quidẽ membrũ infirmissimũ, alia verò validissima: in quo omnes tã medici quàm vulgares consentiunt. Et proinde podagricis pedes aiunt esse inualidissimos, vniuersũ autem articulorũ genus his qui arthritidi obnoxij sũt;

A ἡ θεραπεία τῶν γεγονότων ἤδη νοσημάτων, ἀλλὰ καὶ ἡ προφυλακὴ τοῦ μηδ᾽ ὅλως συστῆναι, διὰ τῶν ἐναντίων ἔσται ποιοτήτων. εἰ μὲν ἀπὸ θερμότητος ἀμέτρου βλάπτοιτό γε τὸ σῶμα, διὰ τῶν ψυχόντων. εἰ δὲ ὑπὸ ψύξεως, διὰ τῶν θερμαινόντων, ἐπί τε τῶν ἄλλων ποιοτήτων ἁπλῶν τε καὶ συνθέτων, ἀνάλογον. περὶ δὲ τῆς ἀπό τε τῶν ἡλικιῶν, καὶ τῶν ὡρῶν, καὶ τοῦ σώματος κράσεων ἐνδείξεως, εἴρηταί μοι πρόσθεν. τὸ δὲ τῇ φαρμακείῃ προστρέπεσθαι, δοκεῖ μοι λελέχθαι νῦν, ἀντὶ τοῦ προσφέρεσθαι τοῖς νοσήμασιν ἐξ ὑπεναντίου. λέγεται δὲ καὶ νῦν ἔτι κατὰ τὴν Ἀσίαν. ὁ δέ τις ἄνθρωπος προσφέρεσθαι τῷδε χρη-
B στῶς, ἢ φιλικῶς, ἢ ἀπίστως, ἢ ἀπηνῶς.

Τὰ νοσήματα διὰ τὰ ἰσχυρότερα ἢ ἀσθενέστερα μέλη, εὐλυτώτερά τε καὶ δυσλυτώτερα εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ε΄.

Ὁκόσα δὲ τῶν νουσημάτων γίνεται ἀπὸ τοῦ σώματος τῶν μελέων τοῦ ἰσχυροτάτου, ταῦτα δεινότατά ἐστι. καὶ γὰρ ἢν αὐτοῦ μένῃ ἔνθα ἂν ἄρξηται, ἀνάγκη τοῦ ἰσχυροτάτου τῶν μελέων πονεομένου, πᾶν τὸ σῶμα ὀχλέεσθαι. καὶ ἢν ἐπὶ
C τῶν ἀσθενεστέρων τι ἀφίκηται ἀπὸ τοῦ ἰσχυροτάτου, χαλεπαὶ αἱ ἀπολύσιες γίνονται. ὁκόσα δ᾽ ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ ἰσχυρότερα ἔλθῃ, εὐλυτώτερά ἐστιν, ὑπὸ γὰρ τῆς ἰσχύος ἀποκλείεται ῥηϊδίως τὰ ἐπιρρέοντα.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Εἴτε μόριον, εἴτε σῶμα λέγειν ἐθέλοι τις ἰσχυρότατον, κυρίως μὲν ἐρεῖ τὸ πρὸς τὰς δραστικὰς ἐνεργείας κάλλιστα κατεσκευασμένον, ὥς που καὶ τὸν Ἡρακλέα λέγομεν ἰσχυρότατον γεγονέναι. καθ᾽ ἕτερον δὲ τρόπον, ὡς πρὸς τήνδε μέν τινα ἐνέρ-
D γειαν, ἰσχυρὸν τουτὶ τὸ σῶμα, καὶ τὸ μόριον, ὡς πρὸς ἑτέραν δὲ, ἄλλο, καὶ κατὰ μὲν πάντα ἰσχὺς ἐν ἑκάστῃ τῶν ἐνεργειῶν ἐστι τῷ δεῖνι, ἄλλο δὴ καὶ ἄλλην αὐτῶν ἰσχυρὸν γίνεσθαι. μία μὲν οὖν ἐστιν ἡ ἐνέργεια τῶν καθ᾽ ὁρμὴν τοῦ ζώου κινήσεων, ὡς ἤτοι τρέχοντος, ἢ συμπλεκομένου ζώοις τισὶν, ἢ διασπῶντός τι τῶν σωμάτων τῶν ἐμψύχων, ἢ τῶν ἀψύχων, ἢ ἀποσπῶντος ὡσαύτως ὁτιοῦν. μία δ᾽ ἄλλη δύναμις καὶ κατ᾽ αὐτὴν ἐνέργειαν ζωτικὴν, καθ᾽ ἣν αἱ ἀρτηρίαι καὶ ἡ καρδία σφύζουσιν. ἐπὶ δὲ τῶν κατὰ γένος ἀλλήλων διαφερουσῶν, ἄλλαι τινές εἰσιν ἀνομογενεῖς, οὐκ ἐν τοῖς ζώοις μόνον, ἀλλὰ κἀν τοῖς φυτοῖς, διὸ καὶ φυσικὰς ὀνομάζομεν αὐτὰς, ἑλκτικὴ, καὶ ἀλλοιω-
E τικὴ, καὶ καθεκτικὴ, καὶ ἀποκριτική. δύναται τοιγαροῦν ἄλλοτε, κατ᾽ ἄλλο καὶ ἄλλο σῶμα, ἡ γαστὴρ εἰ τύχοι δύναμιν ἰσχυροτάτην ἔχειν, ὡς πρὸς τήνδε τὴν ἐνέργειαν, οἷον ἤτοι τὴν καθεκτικὴν, ἢ τὴν ἀλλοιωτικὴν ποτὲ δὲ τὸ ἧπαρ, ἢ σπλὴν, ἢ τι τῶν ἄλλων. ἔμπαλιν δὲ κατὰ τὸ αὐτὸ ζῶον, ἡ μὲν γαστὴρ ἀσθενεστάτην ἔχει, ἤτοι τὴν ἑλκτικὴν, ἢ τὴν ἀποκριτικὴν δύναμιν, ἰσχυροτάτην δὲ, τὸ ἧπαρ. παρῆκε δὲ νῦν ὁ γράψας τὴν προκειμένην ῥῆσιν, ἰσχυρὸν δ᾽ ἐννοεῖν μοι δοκεῖ, ὃ πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως πάσχειν ὑπὸ τῶν τὰς νόσους ἐργαζομένων αἰτιῶν. ἔτι νὴ Δία καὶ τοῦτο προσέσεσι, τὸ, διὰ τῆς ἀποκριτικῆς δυνάμεως, ὅταν ἐν αὐτῷ τις ἀθροισθῇ περιουσία χυμῶν, εἰς ἕτερον
F αὐτὴν ἀποπέμπειν μόριον εἶναι δὲ δηλονότι χρὴ, τοῦ δεξαμένου, τὸ πέμπον ἰσχυρότερον. ἔσται τοιγαροῦν καθ᾽ ἕκαστον σῶμα, τὸ μέντοι ἀσθενέστατον μόριον, τὰ δ᾽ ἰσχυρότατα, ὥσπερ ἀμέλει καὶ πᾶσιν ὡμολόγηται τοῖς ἰατροῖς, καὶ τοῖς ἰδιώταις. ἀσθενεστάτους μὲν γὰρ εἶναι λέγουσι τοὺς πόδας τοῖς ποδαγρικοῖς, ὥσπερ γε σύμπαν τὸ τῶν ἄρθρων γένος τοῖς ἀρθριτικοῖς,

ἀσθενεστάτην δὲ κεφαλὴν, τοῖς κεφαλαλγικοῖς. οὕτως δὲ καὶ τὸν σπλῆνα, τοῖς φύσει σπληνώδεσι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς, ὅσοι ῥᾳδίως ὀφθαλμίαις ἁλίσκονται, καὶ καθ' ἕκαστον μέρος ὡσαύτως. ὄντων δὲ κατὰ γένος διττῶν τῶν τὰς νόσους ἐργαζομένων αἰτιῶν. τὰ μὲν γὰρ ἔξωθέν ἐστι, τὰ δὲ ἐξ αὐτῶν ἡμῶν ὁρμᾶται, καὶ πρὸς μὲν τὰς ἔξωθεν βλάβας, ἄλλα μόρια τῶν ἐν ἡμῖν ἐστιν ἐνίοτε ἀσθενῆ, πρὸς δὲ τὰς ἔνδοθεν, ἄλλα. διότι καὶ τῶν αἰτιῶν αὐτῶν αἱ δυνάμεις ἑτερογενεῖς εἰσιν. ἐξ ἡμῶν γὰρ κατὰ πλῆθος χυμῶν, ἢ μοχθηρίαν, αἱ νόσοι γίγνονται. τὰ δ' ἔξωθεν αἴτια, τὰ μὲν τῷ δυσκρασίαν τινὰ ἐργάζεσθαι, τὰ δὲ, τῷ θλᾶν, ἢ τέμνειν, ἀδικεῖ τὰ τῶν ζώων σώματα. τὸ γὰρ τῶν ἐξαρθρημάτων πάθος, ὑπ' ἀμφοτέρων ἔοικε γίγνεσθαι. καὶ γὰρ αὐτὸς εἷς μόνος ἄνευ συμπλοκῆς τῆς πρὸς ἕτερον, ἐξάρθρον ἐποίησεν, ἤτοι γόνυ, βαδίζων, ἢ γένυν, χασμώμενος, ἤ τι τῶν ἄλλων ἄρθρων, ἢ ὁπωσοῦν ἐνεργῶν, ἢ περιστρεφόμενος, ἤδη δὲ καὶ κάταγμά τις ἔπαθεν ἄνευ τῆς ἔξωθεν αἰτίας, ἐν περιστροφαῖς ἀθρόαις, ἢ τῷ πηδῆσαι σφοδρότερον, ὥσθ' ὅσα γένη τῶν αἰτιῶν ἐστι, τοσαῦτα καὶ τῆς τῶν πασχόντων ῥᾳδίως, ἢ μὴ πασχόντων μορίων ἀσθενείας τε καὶ ἰσχύος. αἱ μὲν οὖν ἐκ τῶν χυμῶν ὁρμώμεναι νόσοι, κατὰ τὴν ῥώμην τε καὶ ἀσθένειαν ἅπασι γίγνονται τῶν ἀποκριτικῶν δυνάμεων. συμπεφυκότων γὰρ ἀλλήλοις τῶν τοῦ ζώου μορίων, ἐκ τῶν ἀπωθεῖσθαι δυνατωτέρων, εἰς ἕτερα μεταρρέουσιν οἱ νοσοποιοὶ χυμοὶ, καὶ πάλιν ἐξ ἐκείνων εἰς ἕτερα, μέχρις ἄν τινι τῶν ἀσθενεστέρων στηριχθῶσιν, ὃ μηκέτ' ἔχει μηδὲν ἀσθενέστερον ἑαυτοῦ μέρος, ὥστε πέμψαι τὸν λυποῦντα χυμόν. ἐὰν μὲν οὖν ἐκροὰς ἔχῃ τοῦτο τὸ μόριον, ὡς ἔντερά τε καὶ γαστὴρ, καὶ κύστις, καὶ μήτρα, δι' ἐκκρίσεως ἐκκενωθῇ τὸ λυποῦν αἴτιον. ἐάν γε λεπτότερον ᾖ κατὰ τὴν σύστασιν τῶν ἐκροῶν τοῦ μορίου, πολλάκις καὶ ἀναρραγέντων, ἢ καὶ ἀναστομωθέντων ἀγγείων, ἐπὶ πλέον ἡ κένωσις ἐγένετο, καθάπερ ἐν ταῖς χωρὶς τραυμάτων αἱμορραγίαις. ἐὰν δὲ μὴ ἀναστομωθῇ, μήτ' ἀναρραγῇ, παχὺς ἢ γλίσχρος, κατασκήψας χυμὸς, ὄγκον ἐργάζεται παρὰ φύσιν ἐν τῷ μορίῳ. τοιαύτη μὲν οὖν τίς ἐστιν ἰσχὺς καὶ ἀσθένεια τῶν μελῶν τοῦ σώματος ἐν τοῖς πάθεσιν, ὅσα τὴν γένεσιν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ἔχει. τὰ δὲ ὑπὸ τῶν ἔξωθεν αἰτιῶν πάσχοντα, κατὰ τὸ θερμαίνεσθαι, καὶ ψύχεσθαι, καὶ ξηραίνεσθαι, καὶ ὑγραίνεσθαι τοὐπίπαν ἔοικε πάσχειν. σπάνια γάρ ἐστι τὰ διὰ τοῦ θλᾶν, ἢ τέμνειν, ἤ τι τοιοῦτο ποιεῖν, εἰς νόσους ἄγοντα τὰ τῶν ζώων σώματα. γενήσεται τοίνυν ἐν ταῖς τοιαύταις νόσοις ἄλλο πρὸς ἄλλην αὐτοῦ ἀσθενές τε καὶ ἰσχυρόν. ὅσα μὲν γάρ ἐστι φύσει ψυχρότερα μόρια, ταῦτα πείσεται ῥᾳδίως ὑπὸ τῶν ψυχόντων αἰτίων, ὅσα δὲ θερμότερα, πρὸς τῶν θερμαινόντων. ἀνάλογον δὲ τούτοις ἐπὶ τῶν καθ' ὑγρότητα, καὶ ξηρότητα δυσκράτων. ἐνδέχεται δὲ αὐτῶν τούτων, ἔνια μὲν ὑπὸ τῶν θερμαινόντων, ἢ ψυχόντων, ἢ ξηραινόντων, ἢ ὑγραινόντων αἰτίων ἑτοίμως πάσχειν, ἰσχυροτέραν δ' ἕτερον μόριον ἔχον τὴν ἀποκριτικὴν δύναμιν, εὐθέως ἀποπέμπειν εἰς ἐκεῖνα τὸ σφέτερον κακόν. ἐπεὶ τοίνυν οὐχ ἁπλῶς γίγνεταί τε καὶ νοεῖται μόριον ἰσχυρότερον, ἢ ἀσθενέστερον, ἀλλὰ κατὰ πλείονας τρόπους ἑτερογενεῖς, οὐχ οἷόν τέ ἐστι κρῖναι τὴν προκειμένην ῥῆσιν, οὐδ' ἀποφήνασθαι πότερον ἀληθὴς ἢ ψευδής. ἐκεῖνό γε μήν ἐστιν, καὶ περὶ τῆσδε, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἁπασῶν εἰπεῖν,

infirmum etiam caput esse quibus id dolet, & lienis vitio laboranti, oculos quoque illis qui in lippitudinem procliues sunt. eodémque in cæteris partibus modo. Præterea verò vt duplices sunt causæ morborum effectrices, aliæ externæ, aliæ verò quæ à nobis ipsis prodeunt, sic ad externas interdum offensiones nonnullæ in nobis partes imbecilliores sunt, ad internas aliæ: quando & causarum ipsarum non eadẽ genere vis est. In nobis etenim morbi vel ex humorũ multitudine, vel ex eorumdem suboriũtur prauitate. Externæ item causæ corporibus animantium nocuæ sunt, tum quòd intemperiem quampiam gignant, tum quòd contundant vel incidant. Luxatio enim & ab vtrisque videtur habere occasionẽ: solus enim absque alterius congressu quispiam ambulans, interdum genu aut mentum oscitãs luxauit, sic & alium aliquẽ articulum aliud quidpiam agens, aut se contorquens, sed & sine vlla externa causa aliquibus infractum est membrum aliquod dum subitò cõtorquetur, aut vi maiore salit: vnde totidẽ sunt membrorum facilè aut ægre patientium, totidem etiam firmitatis vel infirmitatis genera, quot videlicet sunt causarum: morbi siquidem qui ex humoribus habent originem, ipsi etiam à robore vel imbecillitate expultricis facultatis ortum habent. Nam cùm omnes animalis particulæ naturali quadam connexione inter se deuinctæ sint, à robustioribus repulsi noxij humores ad alias confluunt, & inde rursus ad alias donec in imbecilliorem partem quampiam delati, ibi figantur: quòd nullam se præterea inualidiorem habeat quò morbosum humorem propellat. Hæc si perinde ac intestina, venter, vesica, vterúsque effluxus habeat, inde excreta noxia causa vacuatur, quæ tamen si consistentia tenuior sit, sæpe canalibus quæ in ea parte sunt disruptis, aut vasorum ostiis reseratis, copiosior subsequitur euacuatio: in quem modum fiunt sanguinis, quæ absque vulnere sunt, profluuia. Si verò ea neque disrumpantur neque aperiantur, sed crassus sit humor aut tenax, qui in aliquam incumbat particulam, tumorem aliquem in ea parte præter naturam excitat. Sic ergo hæc est membrorum nostri corporis imbecillitas, & eorumdem robur in affectibus illis qui ex nobis ipsis prodeunt. Qui verò ex externa causa, ij dum calefiunt vel refrigerantur, exiccantur aut humectantur, plurimùm affici videntur. Alioqui enim quæ aut contundunt, aut incidunt, vel aliud quodpiam huiuscemodi agunt: raro admodum corporibus animalium morbos afferunt. Quò fit vt aliud membrum ad aliud in huiuscemodi morbis collatum, sit vel imbecille vel robustum; membra siquidem natura frigidiora, faciliora etiam sunt vt à refrigerantibus causis afficiantur, calidiora verò à calefacientibus. Nec secus etiam ea se habent quæ præ siccitate aut humiditate sunt intemperata. Sunt porrò in his nonnulla quæ etsi non ægre à calfacientibus refrigerantibusue, exiccantibusque aut humectantibus causis afficiantur, quia tamen vim expultricem obtinent valentiorem, in aliam partem suum impellunt malum. Quum igitur non vnus nec simplex modus sit quo membrum robustum aut debile aut sit aut intelligatur, sed multi potiùs ac genere varii: nemo est qui possit pronuntiare præsens pars veráne sit necne. Verumenimuero vt de hac, ita de aliis omnibus

quæ modis pluribus dici & accipi possunt, id sanè dixerim quòd cùm ita indistinctè proferantur, confusam ac minimè articulatam habent interpretationem vt inde nequeant auditores aliquem frūctum referre. Præterea nec leuem obiectionem id patitur, quod præsens insinuat oratio, vbi ait. *Quæ verò ab infirmioribus ad fortiora deueniunt, solutu faciliora sunt*, influxus enim à robore facilè ἀποκλείζεται, & proinde expositores varij in exponendo illud ἀποκλείζεται fuēre. nam quidam ἀποκλείζεται scripsēre, alij ἀποκλείεται. fuēre & qui ἀποπαγιώσεται tertia scilicet istius verbi syllaba per ω scripta: sicut alij in quibus est Dioscorides per η & σ, ἀποπαγήσεται dicunt, ita vt pro repelli sit positum hoc verbum. At verò si ab infirmioribus particulis ad validiores propulsus noxius humor, ab illis rursum repellatur, nihil inde ægrotus proficiet. Quare meliùs sanè erit vt hoc modo scribatur locus iste. A robore enim quæ influunt expendentur, hoc est concocta ac digesta consumentur. Quidam autem validissimas partes eas appellari hîc quæ principes sunt, autumant, & falsam reddunt hanc sententiam. Satius enim est vt humores praui, relictis principalioribus partibus, in ignobiliores ferantur, quàm quòd ab ignobilioribus in principes impellantur. Aspeximus etenim sæpe in his qui articulari morbo, aut podagræ obnoxij erant, quòd repulsis ab artubus humoribus eò delatis, illi in principem aliquam partem contendentes, homini interitum attulēre: cui ea sola relinquebatur spes salutis, si iterum possent ad artus reuelli.

Quatuor paria venarum esse.

TEXTVS HIPPOCR. VI.

AT venas crassissimas sic natura condidit. Quatuor ipsarum paria sunt in corpore; Ac vnum quidem à capite retro per ceruicem, parte exteriore ad vtraque spinæ latera, in ischia & crura peruadit, deinde per tibias & exteriores malleolos ad pedes peruenit. In dorsi itaque & ischiorum doloribus ex poplitibus & malleolis exterioribus venæ sectiones facere oportet. Alterum autem venæ exordium ducentes à capite iuxta aures per ceruicem (quæ iugulares vocantur) intrò secundum spinam vtraque ex parte ad psoas & in testes & femora, & per poplites interiori ex parte, indéque per tibias ad malleolos internos, & ad pedes deferuntur. Proinde in psoarum & testium doloribus ex poplitibus & malleolis interioribus venæ secandæ sunt. Tertium par venarum ex temporibus per ceruicem sub scapulis & inde ad pulmonem defertur: hæc quidem ex dextris ad sinistra, illa verò à sinistris ad dextra peruenit. Ac dextra quidem ex pulmone mammam subiens, ad lienem & renem tendit: Quæ verò à sinistris ad dextra procedit, ex pulmone mammam subiens, & hepar & renem petit.*

A ὅσαι περὶ τῶν πολλαχῶς λεγομένων τε καὶ νοουμένων ἀδιορίστως ἀποφαίνονται, συγκεχυμένην τε καὶ ἀδιάρθρωτον εἶναι τὴν ἀπόφασιν αὐτῶν, ὡς μηδένα τῶν ἀκουσάντων αὐτῆς ὠφελεῖσθαι. καὶ μὴν τοι καὶ ἀντιλογίαν ἰσχυρὰν ἔχει τὸ κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἰρημένον, ἔνθα φησίν. ὁκόσα δ' ἂν ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων ἐπὶ τὰ ἰσχυρότερα ἔλθοι, εὐλυτώτερά ἐστιν. ὑπὸ γὰρ τοῦ ἰσχύος ἀποκλείζεται ῥηιδίως τὰ ἐπιῤῥέοντα, διὸ καὶ διαφόρως ἔγραψαν οἱ ἐξηγηταὶ, τὴν τοῦ ἀποκλείζεται ἐξήγησιν. ἔνιοι μὲν ἀποκλείζεται γράψαντες, ἔνιοι δὲ ἀποκλείεται, τινὲς δὲ ἀποπαγιώσεται, τὴν τρίτην συλλαβὴν τοῦ B ἀποπαγιώσεται ῥήματος, διὰ τοῦ ω προσενεγκάμενοι. τινὲς δὲ διὰ τοῦ η καὶ σ, καθάπερ ὁ Διοσκουρίδης, ἀπὸ τοῦ παγήσεσθαί φησιν, ἀντὶ τοῦ ἀποκρούεσθαι εἰρῆσθαι τοῦτο τὸ ῥῆμα. ἀλλ' εἴπερ ἀπὸ τῶν ἀσθενεστέρων μορίων ἐπί τι τῶν ἰσχυροτέρων ἀφικνούμενος, ὁ λυπῶν χυμὸς ἀποκρουσθείη, πάλιν ὑπ' αὐτοῦ πλέον οὐδὲν, οὕτω γε τῷ κάμνοντι γένοιτο. βέλτιον οὖν γράφειν τὴν λέξιν ὧδέ πως. ἀπὸ γὰρ τοῦ ἰσχύος ἀναλώσεται τὰ ἐπιῤῥέοντα, τουτέστιν ἀναλωθήσεται πεττόμενά τε καὶ διαφορούμενα. τινὲς δὲ τὰ κυριώτατα μόρια φασὶν εἰρῆσθαι νῦν ἰσχυρότατα, ψευδῆ ποιοῦντες τὸν λόγον. ἀπὸ C γὰρ τῶν κυριωτέρων μορίων εἰς ἀκυρότερα μεθίστασθαι τοὺς λυποῦντας χυμοὺς, οὐκ ἀπὸ τῶν ἀκυρωτάτων εἰς τὰ κυριώτατα βέλτιόν ἐστι. πολλάκις δ' ἤδη τεθεάμεθα τῶν ἐπὶ τὰ κῶλα φερομένων χυμῶν ἐν ἀρθρίτισί τε καὶ ποδάγραις ἀποκρουσθέντων ἐκεῖθεν, εἶτ' ἐπί τι κύριον ἐλθόντων, ἀποθανόντα τὸν ἄνθρωπον, ἔχοντά τε μίαν ἐλπίδα σωτηρίας, ἐὰν δυνηθῶμεν αὖθις ἐπὶ τὸ κῶλον αὐτοὺς ἀντισπάσαι.

Τὰ τέσσαρα τῶν φλεβῶν ζεύγη.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ϛ'.

D ΑΙ παχύταται δὲ τῶν φλεβῶν ὧδε πεφύκασι· τέσσαρα ζεύγεά ἐστιν ἐν τῷ σώματι, καὶ ἓν μὲν δὴ αὐτέων ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὄπισθεν διὰ τοῦ αὐχένος, ἔξωθεν ἐπὶ τὴν ῥάχιν, ἔνθεν τε καὶ ἔνθεν ἐς τὰ ἰσχία ἀφικνέεται, καὶ ἐς τὰ σκέλεα, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων, ἐπὶ τῶν σφυρῶν τὰ ἔξω καὶ ἐς τοὺς πόδας διήκει. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας τὰς ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων, τῶν ἐν τῷ νώτῳ, καὶ τοῖσιν ἰσχίοισιν ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. αἱ δὲ ἕτεραι φλέβες ἔχουσαι E τὴν ἀρχὴν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα διὰ τοῦ αὐχένος αἱ σφαγίτιδες καλεόμεναι, ἔσωθεν ἀπὸ τῆς κοίλης παρὰ τὴν ῥάχιν ἑκατέρωθεν φέρουσαι παρὰ τὰς ψόας, καὶ ἐς τοὺς ὄρχιας, καὶ ἐς τοὺς μηροὺς, καὶ διὰ τῶν ἰγνύων ἐκ τοῦ ἔσωθεν μέρους, ἔπειτα διὰ τῶν κνημέων παρὰ τὰ σφυρὰ τὰ ἔσωθεν μέρεος, καὶ ἐς τοὺς πόδας. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ποιέεσθαι πρὸς τὰς ὀδύνας, τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν, καὶ τῶν ὀρχέων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν. αἱ δὲ τρίται φλέβες ἐκ τῶν κροτάφων διὰ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας, ἔπειτα F ξυμφέρονται ἐπὶ τὸν πνεύμονα, καὶ ἀφικνέονται, ἡ μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν εἰς τὰ ἀριστερὰ, ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιά. καὶ ἡ μὲν δεξιὰ ἀφικνέεται καὶ ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν καὶ ἐς τὸν σπλῆνα καὶ ἐς τὸν νεφρόν. ἡ δὲ ἐκ τῶν ἀριστερῶν ἐπὶ τὰ δεξιὰ, ἐκ τοῦ πνεύμονος ὑπὸ τὸν μαζὸν, καὶ ἐς τὸ ἧπαρ, καὶ ἐς τὸν νεφρόν.

τελευτῶσι δὲ ἐς τὴν ἕδρην αὗται ἀμφότεραι. αἱ δὲ τέταρται ἀπὸ τοῦ ἔμπροσθεν τῆς κεφαλῆς, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν, ὑπὸ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κληῖδας, ἔπειτα δὲ ὑπὲρ τῶν βραχιόνων ἄνωθεν, ἐς τὰς ξυγκαμπὰς, ἔπειτα δὲ διὰ τῶν πήχεων, καὶ ἐπὶ τοὺς καρποὺς, καὶ τοὺς δακτύλους, ἔπειτα ἀπὸ τῶν δακτύλων πάλιν διὰ τῶν πήχεων καὶ τῶν χειρῶν ἄνωθεν ἐς τὰς ξυγκαμπὰς, καὶ διὰ βραχιόνων τοῦ κάτωθεν μέρεος, ἐς τὰς μασχάλας, καὶ ἀπὸ τῶν πλευρέων ἄνωθεν, ἡ μὲν ἐς τὸν σπλῆνα ἀφικνέεται, ἡ δὲ ἐς τὸ ἧπαρ, ἔπειτα ὑπὲρ τῆς γαστρὸς, ἐς τὸ αἰδοῖον τελευτῶσιν ἀμφότεραι· καὶ αἱ μὲν παχύταται τῶν φλεβῶν ὧδε ἔχουσιν. εἰσὶ δὲ καὶ ἀπὸ τῆς κοιλίης φλέβες ἀνὰ τὸ σῶμα πάμπολλαί τε καὶ παντοῖαι, καὶ δι' ὧν τῷ σώματι ἡ τροφὴ ἔρχεται.

Vtraque poſtremò in rectum inteſtinum ac anum deſinit. Quartum par ab anteriore capitis parte & oculis ſub ceruicem & clauiculas deſinit, deinde verò per ſuperiora in brachiorum flexus, poſteáque per cubitos & ſuperiores manuum partes in flexuras & per inferiorem brachiorum partem ad axillas perque ſummas coſtas, hæc quidem ad lienem, altera verò ad iecur deuenit, poſtea ſupra ventrem in pudendum vtraque deſinit. Atque hæ quidem craſſiſſimæ venæ ita ſeſe habent. ſunt autem & ex ventriculo venæ per corpus multæ ac variæ & per quas corpori accedunt alimenta.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΩΝ κατὰ τὰς τέχνας ἀμφισβητουμένων, ἔνια μὲν αἴσθησις, ἔνια δὲ ἀπόδειξις κρίνει. τὰ μὲν οὖν αἰσθήσει κρινόμενα, τῆς κρινούσης αἰσθήσεως ἐρρωμένης δεῖται. τὰ δὲ ἀποδείξει, τοῦ λογισμοῦ γεγυμνασμένου. περὶ μὲν οὖν τῆς τῶν σιτίων πέψεως τῆς ἐν γαστρὶ, καὶ τῆς μετὰ ταύτην τῶν χυμῶν γενέσεως, ἀναδόσεώς τε καὶ θρέψεως, ὅσα τ' ἄλλα τοιαῦτα, λογισμοῦ δεόμεθα τοῦ κρίνοντος τὰς εἰρημένας ὑπὸ τῶν παλαιῶν δόξας. εἰ δὲ τέτταρας ἔχει κοιλίας τὰ μηρυκάζοντα ζῶα, τὰ δὲ ἀμφόδοντα μίαν, αἰσθήσεως οὐκ ἀποδείξεως χρεία. ἔμπαλιν οὖν ἔχει τὸν ἔλεγχον τῶν ψευδομένων τά τε αἰσθήσει κρινόμενα, καὶ τὰ τῷ λογισμῷ. τὰ μὲν γὰρ αἰσθήσει κρινόμενα, τοῖς διαλεγομένοις πρὸς ἀλλήλους ἑτοιμοτάτην φέρει τὴν κρίσιν, ἐπὶ τὸ φαινόμενον ἐν ταῖς ἀνατομαῖς ἀφικνουμένοις. τὰ δὲ ἀποδείξει, καὶ χωρὶς ἀνατομῆς κρίνεσθαι δύναται, γραφομένης τῆς ἀποδείξεως. ἐὰν οὖν τις ἀναγκάζηται διὰ γραμμάτων ἀντιλέγειν τοῖς ἀναισχυντότατά τε καὶ ἀμαθέστατα τολμήσασιν ἀποφήνασθαι περί τινος ἀνατομικοῦ θεωρήματος, αἰσθήσει τὴν κρίσιν ἔχοντος, οἱ μὴ γινώσκοντες τὸ φαινόμενον ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ἀδυνατοῦσι διακρίνειν ἀπὸ τῶν ἀληθευόντων τοὺς ψευδομένους. ὥσπερ γὰρ ἐάν τις λέγῃ Κρήτην οὐκ εἶναι νῆσον, ὑπὸ πάντων τῶν ἀκουόντων καταγινώσκεται, διότι γινώσκουσιν αὐτὴν εἶναι νῆσον. οὕτως ἐάν τις λέγῃ τέτταρας μὲν ἔχειν τὰς κοιλίας τοὺς κύνας, μίαν δὲ τὰ μηρυκάζοντα, καταγελᾶται πρὸς τῶν ἑωρακότων, ἐν μὲν τοῖς μηρυκάζουσι τέτταρας, ἐν δὲ τοῖς κυσὶ μίαν. ταὐτὸ δὴ τοῦτο, καὶ περὶ τῆς τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς ἐστιν. οὐ γὰρ ἀποδείξεως ἡ κρίσις, ἀλλ' αἰσθήσεως δεῖται. μέχρι δ' ἂν οἱ διαφωνοῦντες ἐν τοῖς ἰδίοις χαρτίοις γράφωσιν, ἅπερ ἂν ἐθέλωσιν, ἄδηλός ἐστιν ἡ ἀλήθεια τοῖς ἀπείροις ἀνατομῆς. εἰς τοιαύτην γοῦν ἀφιγμένοι διαφωνίαν ἡμεῖς ἐν τῷ παρόντι λόγῳ, πρὸς τοὺς τολμήσαντας εἰπεῖν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς τὸ σῶμα τέτταρα ζεύγη φλεβῶν καθήκειν, τοῖς ἀγνοοῦσι τὰ κατὰ τὰς ἀνατομὰς, οὐδεμίαν δυνάμεθα διὰ τῆς γραφῆς ἰσχυρὰν εἰπεῖν ἀπόδειξιν, ὅτι μηδὲ λογικῆς ὅλως ἀποδείξεως, ἀλλ' αἰσθήσεως μόνης ἐπιστημονικῆς ἡ κρίσις δεῖται. εἰ δὲ μή τις ἄρα τὰ περὶ κρίσεως ἱστορίας γεγραμμένα καὶ ἄλλοις μέν τισιν ἰατροῖς τε καὶ φιλοσόφοις, οὐχ ἥκιστα δὲ τοῖς ἐμπειρικοῖς, ἐθέλοι παραχειριζόμενος κατὰ ταῦτα ποιεῖσθαι τὴν κρίσιν. ἐγὼ μὲν γὰρ οὐ φεύγω τὰ παλαιὰ κριτήρια καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν ἱστορησάντων,

COMMENTARIVS GALENI.

EA quæ in artibus in controuerſiam veniunt, partim ſenſu, partim demonſtratione dijudicantur. Quæ ad iudicium ſenſus pertinent, vigentem à quo iudicentur ſenſum expoſcunt: ſed quæ ad demonſtrationes, rationem exercitatione elaboratam. Iam igitur ſi de ciborum concoctione, tum ea quæ in ventriculo fit, tum verò quæ hãc excipit, humorum generatione, diſtributione, nutricationéque & id genus reliquis ſermo habeatur: ratione qua veterum opiniones iudicentur, egemus. At verò an quæ ruminant animalia, quatuor ventres habeant, quæ autem vtrinque ſunt dentata, vnum à ſenſu hoc non ex demonſtratione petendum. Vnde diuerſus modus eſt quo conuincendi falſitatis ſint qui aberrant in his quorum ſenſus, & in illis quorum ratio iudex eſt. Eorum enim quæ ad ſenſum attinẽt, quum inter ſe aliqui diſputant: ad id quod in corporum diſſectionibus conſpicitur ſi ſe contulerint, facile erit iudiciũ. Sed qui demonſtrationem requirunt, poſſunt ſine vlla etiã diſſectione, ſola aſcripta demonſtratione iudicari. Igitur cùm ſcriptis cogimur cum his cõtẽdere qui de aliquo diſſectorio theoremate quod ſenſum in primis iudicẽ habet, impudentiſſimè pariter ac imperitiſſimè pronuntiarũt, fieri nequit vt ignari eorũ quę in diſſectionibus videri ſolita ſunt, poſſint mẽdaces à veridicis diſcernere. Vt enim ſiquis Cretã eſſe inſulã negauerit, ſtatim ab omnibus qui id audierint deſpicietur: quippe qui probè nouerint eã eſſe inſulã. Sic ſiquis canibus quatuor eſſe ventres affirmauerit, vnicũ verò ruminãtibus: hunc illi qui in ruminãtibus quatuor, & vnũ in canibus inſpexêre, facilè deridebunt. Idipsũ quoq; de venarum ſectione dicas; nã à ſenſu, non à demonſtratione huiuſce rei petendũ eſt iudiciũ. Porrò quoaduſq, illi qui in hac re diſcordes ſunt, in ſuis chartis quicquid illis viſum ſit deſcripſerint: veritas eos qui ſectionis imperiti ſunt, latebit. Sic itaque cùm in hoc præſenti ſermone in controuerſiã venerimus cum his qui auſi ſunt affirmare quatuor venarum paria à capite in corpus deſcendere, diſſectionis rudibus nullam poſſumus validam ſcriptis afferre demonſtrationem, nempe quòd non demonſtratione, ſed ſẽſu iudice egeat: niſi quis fortè velit ea proponẽs quæ de iudicãda hiſtoria tũ à multis tã Philoſophis quàm Medicis, tum vel maximè ab Empiricis tradita ſunt, horum inſtitutis vſus iudicium afferre. Et equidem antiquiorũ iudicia atque etiã conſenſum authorum minimè fugerim, dum illi qui ſcripſêre,

fuerint in re de qua scripsêre consummati, quemadmodum in dissectatoria disciplina Eudemus & Herophilus: Crateuas & Dioscorides in metallicis medicamētis. Quòd siquis huiuscemodi subterfugiat iudicium, non modò nō poterit octo venas à capite descēdentes demōstrare, verùm neque tres neque duas, quia vna tantummodo vena est, & ea maxima quæ caua appellatur, à gibbo iecinoris per totam animalis longitudinē protracta. Nam quum septum transuersum animantis partem superiorem ab inferna separet: vena caua pertransiens transuersum id septum sursum versus ad cor tendit, deorsùm verò à gibbo iecinoris per spinam cōcedit. At ab ea quæ sursum contendit parte planè perspiciuntur tanquam à caudice omnes exoriri. quæ septo trāsuerso superiores sunt venæ, sicut ab ea quæ ad spinam deflectit, inferiores. Horum Hippocrates in secundo epidemiωn libro meminit vbi venā cauam iecorariam vocat. Huic cæteri omnes quicunque in dissectionibus versati sunt, consentiunt: Nec quisquam alius vnquam medicus repertus est siue dissectiones diligentiùs siue negligentiùs pertractauerit, qui asseuerauerit octo esse venas quæ à capite in corporis infernas discurrant partes, non Diocles, non Praxagoras, non Erasistratus, nō Plistonicus, non Philotimus, non Mnesitheus, non Dieuches, non Chrysippus, neque Antigenes, vel Medius, vel Euryphon, nec alius tandem quispiam è numero priscorum medicorum. Et quid de recētioribus dicā à quibus anatomica disciplina plurimùm adaucta est, in quibus Eudemus & Herophilus fuêre, quos nullus ad tempora vsque Marini & Numesiani subsequutus est qui illorum methodo aliquod inuētum addiderit? vt neque Heraclianus cum quo Alexandriæ magna attentione versatus sum. Horū virorum & alij etiam plures extitere discipuli, sed omnium præstātissimi fuêre, Numesiani quidem, præceptor noster Pelops: Marini verò Quintus. Quintus verò vt de nulla præterea re alia quicquam scripsit: sic neque de dissectionibus. Sed aliorum non paucos habemus anatomicos libros; Imò & commentaria reperiuntur anatomica à discipulis Quinti edita, qualia sunt Satyri præceptoris nostri & Lyci. Igitur cùm ab his omnibus & ab aliis præterea multis de corporibus secandis scriptum sit: nullus tamen nouisse potuit quatuor venarum paria à capite delabi. Neque hoc secus esse videtur quàm siquis vellet contendere Athenis octo esse arces, vbi vnica tantùm est: Romæ etiam si aliquis diceret colles octo esse qui inhabitentur. alius verò sex tantùm: vno vterque mentiretur. Si tamen quispiam vnum pro septem habitari collem, contrà verò Athenis pro vna octo dicat esse arces: hic longè maiori mendacio erit obnoxius, quàm alter qui vno tantùm à vero aberrat. Sic ergo cùm vna sit vena quæ à iecinoris gibbo in supernas corporis partes fertur, quæ etiam siquis à superioribus sectionem exordiatur, descēdere potiùs quàm ascendere dici poterit: vt tamen nihilo seciùs vna videatur, ille profectò ab oībus deridēdus veniet, qui octo dixerit à capite venas deferri: quia siue ex superna parte deorsū, siue ex inferna sursum ferri dixeris, venā iecorariā quam cauā appellant, illa vna penitus sēper erit per gibbū iecinoris porrecta. Et proinde si vllus cuiuspiā reperiatur liber, qui anatomē huiuscemodi litteris mādauerit, nullꝰ sanè vnquā eā poterit illius habere rationē, vt pati possit particulatim oīa capita legere, imò hoc vno audito, quatuor esse venarū in corpore paria,

A καὶ μάλιστα ἂν ἔμπειροι τῆς ἰσορουμένης ὕλης εἶεν, ὥσπερ Εὔδημος μὲν καὶ Ηρόφιλος ἀνατομῆς· Κρατεύας δὲ καὶ Διοσκουρίδης τῶν μεταλλικῶν φαρμάκων. Εἰ δέ τις ἐκφύγῃ τὴν κρίσιν ταύτην, οὐ μόνον ὀκτὼ φλέβας ἀδυνατήσει δεικνύειν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καταφερομένας, ἀλλ᾽ οὐδὲ τρεῖς, ἢ δύο, μία γάρ ἐστι μόνη μεγίστη φλὲψ, ἣν κοίλην ὀνομάζουσιν. διὰ δὲ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκτεταμένη κατὰ τὸ τοῦ ζώου μῆκος, ὁριζουσῶν δηλονότι τῶν φρενῶν, τὸ κάτω, καὶ τὸ ἄνω τοῦ ζώου. φέρεται δ᾽ ἡ κοίλη φλὲψ αὕτη διὰ τῶν φρενῶν. ἄνω μὲν ἐπὶ τὴν καρδίαν, κάτω δ᾽ ἐπὶ τὴν
B ῥάχιν κατὰ τὸ κυρτὸν τοῦ ἥπατος διεξερχομένη. κἄπειθ᾽ οὕτως ἀπὸ μὲν τῆς ἄνω φερομένης ἀποφυόμεναι, φαίνονται σαφῶς ἀπὸ στελέχους αἱ ἄνω τοῦ διαφράγματος ἅπασαι φλέβες. ἀπὸ δὲ τῆς ἐπὶ τὴν ῥάχιν καμπτομένης, αἱ κάτω. καὶ ταῦτα γέγραπται μὲν καὶ ὑφ᾽ Ἱπποκράτους ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, ἡπατῖτιν ὀνομάζοντος αὐτοῦ τὴν κοίλην φλέβα. γέγραπται δὲ καὶ ὧδε καὶ πρὸς ἁπάντων τῶν ἀνατομικῶν. οὐδεὶς δ᾽ ἄλλος ἰατρὸς εἶπεν ὀκτὼ φλέβας ἀπὸ κεφαλῆς ἐπὶ τὰ κάτω τοῦ σώματος ἥκειν, οὔτε τῶν ἧττον, οὔτε τῶν μᾶλλον ἀκριβῶς ἀνατεμνόντων, οὐ
C Διοκλῆς, οὐ Πραξαγόρας, οὐκ Ἐρασίστρατος, οὐ Πλειστόνικος, οὐ Φιλότιμος, οὐ Μνησίθεος, οὐ Διευχῆς, οὐ Χρύσιππος, οὐκ Ἀντιγένης, ἢ Μήδιος, ἢ Εὐρυφῶν, οὐκ ἄλλος τις ἰατρὸς τῶν ἀρχαίων. τί δεῖ λέγειν ἔτι περὶ τῶν μετ᾽ αὐτοὺς ἐπὶ πλεῖστον αὐξησάντων τὴν ἀνατομικὴν θεωρίαν; ὡς Ἡρόφιλός τε καὶ Εὔδημος, οἷς εἰς τὴν μέθοδον, οὐκέτι οὐδεὶς προσεξεῦρεν οὐδὲν, ἄχρι Μαρίνου τε καὶ Νουμισιανοῦ, οὐδ᾽ Ἡρακλειανὸς ᾧ συνεγινόμην ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας οὐκ ἐν παρέργῳ. μαθηταὶ δὲ τῶν ἀνδρῶν τῶνδε, πολλοί τε καὶ ἄλλοι, διαπρεπέστατοι δὲ, Νουμισιανοῦ μὲν, ὁ διδάσκαλος
D ἡμῶν Πέλοψ, Μαρίνου δὲ, Κόϊντος. ἀλλὰ Κόϊντος μὲν οὔτ᾽ ἄλλο τι βιβλίον, οὔτ᾽ ἀνατομικὸν ἔγραψε. τῶν δ᾽ ἄλλων ἁπάντων ἀνατομικὰς ἔχομεν οὐκ ὀλίγας βίβλους. ἀλλὰ καὶ τῶν Κοΐντου μαθητῶν ἐστιν ἀνατομικὰ συγγράμματα, καθάπερ τὰ Σατύρου τε τοῦ ἡμετέρου διδασκάλου, καὶ Λύκου. τούτων οὖν ἁπάντων καὶ πρὸς τούτοις ἄλλων πολλῶν ἀνατομὰς γεγραφότων, οὐδεὶς οἶδε τέτταρα ζεύγη φλεβῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς ὁρμᾶσθαι. τοῦτο γὰρ ὅμοιόν ἐστι τῷ λέγειν ὀκτὼ κατὰ τὴν τῶν Ἀθηναίων πόλιν ἀκροπόλεις εἶναι, μιᾶς οὔσης μόνης. κατὰ μέν γε τὴν Ῥωμαίων πόλιν, ἐγχωρεῖ τινα φάναι τοὺς ᾠκισμένους λόφους ὑπάρχειν ὀκτὼ, καθάπερ κἂν ἓξ τις φήσῃ.
E παρ᾽ ἕνα γὰρ ἑκάτερος ἐψεύσεται. εἰ δέ τις ἀντὶ τῶν ἑπτὰ, ἕνα εἶναι φήσει τὸν ᾠκισμένον λόφον, ἢ ἔμπαλιν Ἀθήνησιν, ἀντὶ μιᾶς ἀκροπόλεως ὀκτὼ, πολλῷ μᾶλλον ψεύσεται τοῦ παρ᾽ ἕνα τ᾽ ἀληθῆ εἰπόντος. διαφερομένης οὖν ἀπὸ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος εἰς τὰ τοῦ σώματος ἄνω μιᾶς φλεβὸς, ἣ κἂν ἄνωθεν ἄρξηταί τις ἀνατέμνειν, οὐκ ἀναφέρεσθαι, ἀλλὰ καταφέρεσθαι λεχθήσεται, μία δ᾽ ὡσαύτως φανεῖται. γελοιότατος ἂν εἴη τις ὀκτὼ λέγων ἄνωθεν κάτω φέρεσθαι φλέβας, εἴτε γὰρ ἄνωθεν κάτω βουληθείης λέγειν, εἴτ᾽ ἐκ τῶν κάτω
F μερῶν ἄνω φέρεσθαι τὴν ἡπατῖτιν, ἢ κοίλην ὀνομαζομένην φλέβα, μία πάντως ἐστὶν αὐτὴ διὰ τῶν κυρτῶν τοῦ ἥπατος ἐκτεταμένη. εἰ μὲν οὖν ἑτέρου τινὸς εὑρεθῇ βιβλίον ἀνατομικὴν ἔχον τοιαύτην, οὐδ᾽ ἂν ἐποιήσατό τις ὑπὲρ αὐτοῦ λόγον, οὐδ᾽ ἀναγνῶναι τὰ κατὰ μέρος ὑπέμεινεν, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἀκούσας ὡς ἔστι τέσσαρα ζεύγη φλεβῶν ἐν τῷ σώματι,

καταγνοὺς ὡς ἐμπλήκτου τῆς ἐπαγγελίας, ἀπεχώρησεν εὐθέως. ἐπεὶ δ' Ἱπποκράτους συγγράμματι παρενέθηκέ τις τὸν λόγον, ἀνάγκη ἡμῖν περιέσχεν ἀπολλύειν τὸν χρόνον, αὐτόν τε τοῦτον ὃν ἀναλίσκομεν ἐλέγχοντες αὐτόν, ἔτι τε πρὸς τούτοις καθ' ὃν ἀναγινώσκομεν τὰ κακῶς γεγραμμένα. ἀπὸ τῶν ὄπισθεν τῆς κεφαλῆς, φησι, ζεῦγός τι φλεβῶν ὥρμηται φέρεσθαι διὰ τοῦ αὐχένος, εἶτ' ἐκ τῶν ἔξω μερῶν περὶ τὴν ῥάχιν ἀφικνούμενον ἐπὶ τὰ ἰσχία. κἀντεῦθεν δὲ διὰ τῆς κνήμης ἐπὶ τὰ τῶν σφυρῶν ἔξω παραγίνεσθαι. ἕτερον δ' ἄλλο ζεῦγος, ἄρχεται μέν, φησιν, ἐκ τῶν περὶ τὰ ὦτα χωρίων, κατέρχεται δὲ διὰ τοῦ τραχήλου, τῶν σφαγιτίδων ὀνομαζομένων φλεβῶν. εἶθ' ὥσπερ τὸ πρότερον ζεῦγος ἐκ τῶν ἔξω μερῶν περὶ τὴν ῥάχιν, οὕτως ἐκ τῶν ἔνδον, τοῦτο πρός τε τοὺς ὄρχεις καὶ τοὺς μηροὺς ἥκει. κἄπειτα διὰ τῶν ἰγνύων, ἐπὶ τὰ τῶν σφυρῶν ἔνδον ἀφικνεῖται. τίς ἂν ἀνάσχοιτο ταῦτα ἀκούων ἡμέρᾳ μιᾷ τεθεαμένος ἀνατομὰς ζώου; πολλὰ μὲν γάρ ἐστι καὶ δύσδηλα θεωρήματα κατὰ τὰς ἀνατομάς, ὑφ' ὧν εἰκὸς ἀγνοεῖν τινα τῶν μὴ πάνυ τετριμμένων ἐν τῷ πράγματι, καὶ διὰ τοῦτο διαφωνία γέγονεν ἐπ' αὐτῶν. τὸ δὲ τῆς μεγίστης φλεβός, οὕτως ἐστὶ πρόδηλον, ὡς μή τέ τινα λαθεῖν δύνασθαι τῶν δυνηθέντων ἐξ ἀνατομῆς τι μαθεῖν. ὁμολόγηταί τε πᾶσιν ἄχρι τοῦ καὶ τοὺς ποιητὰς αὐτοὺς γινώσκειν. Ὅμηρος γοῦν φησιν.

---- ἀπὸ δὲ φλέβα πᾶσαν ἔκερσεν,

Ἥτ' ἀνὰ νῶτα θέουσα διαμπερὲς αὐχέν' ἱκάνει.

μίαν οὖν αὐτὴν οἶδεν, ὥσπερ μία καί ἐστιν, οὐ τέσσαρας. ἔξωθεν μὲν τῆς ῥάχεως δύο. δύο δέ, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον, ἐκείναις, παρατεταμένας ἑκατέρωθι τῇ ῥάχει ἄλλας. ἀλλὰ τὰς μὲν τέσσαρας, ὡς ὁ διαπλάσας τὴν ἐνταῦθα γεγραμμένην ἀνατομὴν ἔγραψεν, οὐδὲν ἔχει ζῶον. ἀπὸ δὲ τῆς μιᾶς φλεβὸς τῆς μεγίστης. ἀποφύσεις γίνονται καθ' ὅλον τὸ μεταξὺ τῶν τοῦ νωτιαίου περάτων ὡς Ἱπποκράτης ἔγραψεν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν, τό τ' ἄνω πρὸς ταῖς κλεισὶ πέρας αὐτῆς, καὶ τὸ κάτω πρὸς τῷ ἱερῷ ὀστέῳ. καὶ τὸ μέν, εἰς τὰς σφαγίτιδας φλέβας σχίζεται, τὸ δ' εἰς τὰς ἐπὶ τὰ σκέλη φερομένας. πῶς οὖν ὁ τοῦτο τὸ δεύτερον ζεῦγος γράψας, δύο διαμενούσας τὰς σφαγίτιδας φλέβας οἴεται παρὰ τὴν ῥάχιν ἐκ τῶν ἔνδον μερῶν ἐπὶ τὰ σκέλη φέρεσθαι; πῶς δ' ἐπὶ τὰ τῶν σφυρῶν ἔνδον ἥκειν; μιᾶς καὶ μόνης φλεβὸς εἰς ἑκάτερον τῶν σκελῶν ἀφικνουμένης, οὐκ ἄλλης μέν τινος ἔνδον τῶν σφυρῶν, ἄλλης δ' ἔξωθεν, ἀλλὰ τῆς αὐτῆς εἰσιν ἀποβλαστήματα. ἔτι δὲ τούτων ἐστὶ γελοιότερον τὸ τρίτον ζεῦγος τῶν φλεβῶν, ἃς ἐκ τῶν κροτάφων ὁρμηθείσας φέρεσθαί φησι διὰ τοῦ αὐχένος ὑπὸ τὰς ὠμοπλάτας εἰς τὸν πνεύμονα. κἄπειτ' ἐντεῦθεν ὑπαλλατούσας τὸ κατ' εὐθὺ τῆς φορᾶς ἐκτρέπεσθαι πρὸς τὰ πλάγια, τὴν μὲν ἐκ τῶν δεξιῶν μερῶν ἐπὶ τὰ ἀριστερὰ μετερχομένην, εἶθ' ὑπὸ τὸν μαζόν, ἐπί τε τὸν σπλῆνα, καὶ τὸν ἀριστερὸν ἀφικνουμένην νεφρόν. τὴν δ' ἐκ τῶν ἀριστερῶν μερῶν ὑπὸ τὸν δεξιὸν νεφρόν, ἀμφοτέρας δ' αὐτὰς εἰς τὸν ἀρχὸν τελευτᾶν. ἀλλὰ καὶ ὁ ἀρχός, ὦ βέλτιστε, φαίη ἄν τις εἰκότως πρὸς τὸν ταῦτα γράψαντα, παρὰ τῆς ἐπ' ὀσφύϊ κοίλης ἀποφύσεις λαμβάνει, κατ' ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἔνθα καὶ τὰς εἰς ἑκάτερον μέρος ἀποφυομένας τῆς κοίλης, ὥσπερ τινὰς κλάδους μεγάλους ἐπὶ τὰ σκέλη φέρεσθαι. τῷ δὲ πνεύμονι, τίς ἀγνοεῖ μὴ ὅτι τῶν ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν μαγείρων, ἀπὸ καρδίας χορηγούμενον αἷμα διὰ μιᾶς φλεβός, ἧς καρδίας οὐδαμόθι μέμνηται κατὰ τὸν λόγον ὁ τὸ τρίτον ζεῦγος αὐτὸ πλάσας;

statim quasi à stolido quodam instituto aufugiet. Verùm posteaquam hæc à nonnullis interiecta sunt Hippocratis operibus, coacti fuimus nos hoc temporis quod tum in his refellendis, tum verò illis quæ vel perperam scripta sunt legendis consumimus, dispendium subire. Est (ait ipse) par vnum venarum quod ab occipite exoriens per ceruicem descendens, & ab exterioribus spinæ partibus ad coxas delatum, mox inde per tibiam ad malleolos tandem exteriores peruenit. Alterum verò par à partibus iuxta aures originem habere ait, quod per collum delatum, constitutisque venis iugularibus vocatis, mox vt primum ab externis circa spinam partibus, ita hoc ab internis ad testes & femora pertingit: Deinde verò per poplites ad internos concedit malleolos. Quis vnquam si vel diem vnam secari corpora viderit aliquando, hæc audire queat? Multa quidem in sectionibus existunt theoremata obscura, nec facilem demonstrationem habentia, quæ meritò quempiam ex his qui in ea re non admodum consummati sunt, latere possunt, & propterea de his aliqua suborta est dissentio. At maximæ illius venæ negotium ita omnibus apertum est, vt illos qui ex anatome quicquam addiscere potuerint, fallere nequeat. Imò adeò penes omnes in confesso est vt etiam Poëtæ id cognoscant, vnde Homerus ait,

& venam præcidit inde

Quæ dorso incumbens in collum fertur vtrinque.

Sic igitur vnam, vt vna etiam est, nouit, non quatuor: duas extra spinam, duas item alias quæ eodem sicut illæ modo vtrinque secundum spinam porrectæ sint, vt tamen nullum sit animal quod, in quem modum qui hanc descripsit anatomen fingit, quatuor habeat. A vena hac maxima per vniuersos spinalis medullæ fines, vt in secundo Epidemiωn libro scripsit Hippocrates, germina oriuntur: superior eius terminus ad clauiculas est, inferior autem ad os sacrum. Horum alter in venas iugulares scinditur, alter in illas quæ in crura deferuntur. Iam ergo quo modo is qui hoc secundum par commentus est, putauit iugulares venas duas permanentes iuxta spinam ex internis partibus ad crura deuehi? quo etiam interiùs ad malleolos peruenire? quum vna in vtramque & sola vena feratur, & non vna intrà, altera verò extra malleolos, sed vnius & eiusdem sunt rami. His autem præterea ineptius est tertium id venarum par, quas à temporibus deductas per ceruicem sub scapulis transire ad pulmonem dixit, inde verò mutato incessu, à recto in obliquum, dextram ad sinistrum latus peruenire, sicque ad lienem & sinistrum renem concedere: sinistram verò ad dextrum renem, & ambas tandem in sede finiri. Sed dicat quispiam authori huiusce inuenti, ô bone vir, sedes habent sua venarum germina à caua iuxta lumbos exorientia, qua sanè parte duæ illæ quæ in vtramque partem deductæ à caua ortæ, quasi rami maiores in crura deueniunt. Et quis præterea est nedum medicus, sed nec coquus qui nesciat sanguinem à corde, cuius ille qui hoc tertium confinxit par, vsquam in suo sermone ne meminit quidem pulmoni per venam vnam subministrari?

Imò is istius sermo id si vllam habeat venam ignorasse videtur quod tamen à nonnullis sectoriæ disciplinæ peritis tanquam fons & origo venarum omnium per vniuersum corpus distributarum, habitum est. Quartum enim venarum par à sincipite oculísque suum initium habere ait, vnde sub ceruicem & clauiculas delatum, brachium ingredi, ad vtramque manum vnam, subinde verò ex superioribus partibus in digitos ferri, & mox referri per vniuersam manum ad alam, indéque per costas progredi, alteram quidem in iecur, alteram in lienem, vt tandem à ventre decurrentes ambæ ad genitalia desinant: sicque nec istæ vllã cordi partem attribuunt. Qui ergo potuit is horum, veluti nouus quidam Prometheus, confictor tantum viscus, cor inquam, omnino obliuioni mãdasse? At nec cerebri vsquam meminit, vel forsitan quòd malleolis esset in minori honore habendum. Sed quod de renibus tradit, omnem videtur cæcitatem superare, quippe qui à vena caua maximas venas habeãt, quas iste prætergrediens, sibi quasdam alias eò à pulmone deferri confingit. Iam igitur satis ex his omnibus constat quòd vir iste nequaquam aut alij quidam sectionibus operam dantes sæpe faciunt, quædam quasi cæcutiens præterierit, sed potiùs nihil prorsus viderit. Nam siquis vel maxima non videat, hunc nihil videre quàm cæcutire veriùs dicas. Atque is qui de venarum à capite in vniuersum corpus partitione habitus est sermo, quòd ebriorum somniis similis sit, eorum qui sectionibus vel parum interfuerint nemo ignorat. Porrò paruas aliquas venas viros anatomicos refellisse magnum non est: nunquam tamen quisquam aliam alio modo descripsit, neque eas quæ à cæcis etiam, modò digitos admouissent, comprehendi poterant, prætermisit. Itaque vna est vena per quam sanguis ex iecinore in vniuersum corpus influit, à qua multæ aliæ minores quasi rami à trunco prodeuntes, illum omnibus corporis dispertiuntur partibus. Quòd si sanguinem in vena caua fluuio compares, riuulis verò illum qui inde in corporis particulas defluit, minimè à vera aberrabis similitudine. Sed siue fluuio, siue trunco similem esse venam magnam quis dicat: omnes penitus medici consentiunt vnicam eam esse, præterquam ille qui audacissimè quatuor hæc paria huic libro interseruit. Et præter alia multa, tum cor, tum venam ipsam cauam silentio præteriit cùm tamen iugularium meminerit, in quas illa in supremo thorace scinditur. Quicquid enim præterea inter locum hunc & vltimam spinæ partem clauditur, vena caua occupat, à qua venæ vtrinque germinant. Ex vtroque verò ipsius termino, & ex vtrisque partibus bipertita est, nam à superiore eius parte duæ prodeunt venæ maximæ quæ per collum inuectæ iugulares appellantur: ab inferioribus verò in vtrumque crus vna, vt iam diximus, & ea quidem maxima descendit. Eorum sanè quæ per collum feruntur & iugulares vocantur, in suo illo secundo pari meminit nouus hic noster Prometheus, vbi temeritatem ac ignorantiam maximam ostendit, nulla vnquam cauæ venæ, à qua istæ ortum habent, facta mentione. Debuisset quippe, si vnquam vel tantillũ secandis corporibus interfuisset, dixisse venas has iugulares in vnum coire & efficere iecorariam vel cauam venam, vel quomodocunque quis illam in præsentiarum velit appellare. Quòd si de istis tanquam semper sic duabus permanentibus ab eo sit sermo habitus,

A ἀλλ' ἣν ἔνιοι τῶν ἀνατομικῶν ἀνδρῶν ἀρχὴν εἶναί φασι τῶν καθ' ὅλον τὸ σῶμα φλεβῶν, ταύτην ἡ προκειμένη ῥῆσις, οὐδεμίαν οἶδεν ἔχουσαν φλέβα: καὶ γὰρ οὖν καὶ τὸ τέταρτον ζεῦγος ἄρχεσθαι μὲν ἀπό τε τῶν πρόσω τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ἔφησεν, ὑπὸ δὲ τὸν αὐχένα καὶ τὰς κλεῖς ἐνεχθὲν αὐτὰς, ἐπιβαίνειν τῷ βραχίονι καθ' ἑτέραν δηλονότι χεῖρα μίαν. εἶτ' ἐκ τῶν ἄνω μερῶν ἐπὶ τοὺς δακτύλους ἐνεχθείσας, αὖθις ἀναφέρεσθαι διὰ τῆς ὅλης χειρὸς ἐπὶ τὴν μασχάλην, ἐντεῦθέν τε διὰ τῶν πλευρῶν ἰέναι. τὴν μὲν ἑτέραν ἐπὶ τὸ ἧπαρ, τὴν δ' ἑτέραν, ἐπὶ τὸν σπλῆνα, κἄπειτα φερομένας B ἀπὸ τῆς γαστρὸς εἰς τὸ αἰδοῖον ἀμφοτέρας τελευτᾶν, ὥστε οὐδ' αὗται διδόασί τι τῇ καρδίᾳ μέρος. πῶς οὖν εἰς τέλος ἐπελάθετο τηλικούτου σπλάγχνου τῆς καρδίας ὁ ταῦτα διαπλάττων ὡς καινὸς ὄντως Προμηθεύς; οὐ μὴν οὐδ' ἐγκεφάλου μνήμην ἐποιήσατο. δῆλον γὰρ, ὅτι καὶ οὗτος ἀτιμότερος ἦν τῶν σφυρῶν. ὑπὲρ ἅπασαν δὲ τυφλότητα τὸ κατὰ τοὺς νεφρούς ἐστιν, ἐφ' οὓς ἀπὸ τῆς κοίλης μέγισται φέρονται φλέβες, ἃς παραλιπὼν, ἀναπλάττει τινὰς ἀπὸ τοῦ πνεύμονος ἐπ' αὐτοὺς φέρεσθαι. δῆλον οὖν ἐστιν ἐξ ἁπάντων, οὐχ ὥσπερ ἔνιοι τῶν ἀνατεμνόντων παρεῖδόν τινα, καὶ αὐτὸς οὗτος C παρεωρακὼς, ἀλλ' ὅλως οὐδὲν ἑωρακώς. ὁ γὰρ τὰ μέγιστα μὴ βλέπων, οὐ παραβλέπειν, ἀλλ' ὅλως οὐ βλέπειν ἀληθῶς ἂν λέγοιτο. ὅτι μὲν οὖν ἐνυπνίοις μεθυόντων ἔοικεν ὁ περὶ τῶν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς εἰς ὅλον τὸ σῶμα καταφερομένων φλεβῶν λόγος, οὐδεὶς ἀγνοεῖ τῶν ὅλως ἐπιχειρησάντων τι θεάσασθαι κατὰ τὰς ἀνατομάς. ἄλλας μὲν γάρ τινας μικρὰς παρῶφθαι τοῖς ἀνατομικοῖς εἰκὸς, οὐ μὴν ἔγραψέ τις ἄλλην ἄλλως, οὐδὲ παρέλιπε τὰ καὶ τοῖς τυφλοῖς δυνάμενα γενέσθαι γνώριμα, τοὺς δακτύλους τῆς χειρὸς ἐπιβάλλουσι. μία γοῦν ἐστι φλὲψ δι' ἧς ἐξ ἥπατος εἰς ὅλον τὸ σῶμα φέρεται τὸ αἷμα, D καθάπερ ἀπὸ στελέχους κλάδων πολλῶν, ἀποφυομένων ἀπ' αὐτῆς φλεβῶν σμικρῶν, αἳ διανέμουσιν αὐτὸ τοῖς τοῦ ζώου μορίοις ἅπασιν. εἰ μὲν οὖν ποταμῷ παρεικάσαις τὸ κατὰ τὴν κοίλην αἷμα, τὸ δ' ἀπ' αὐτῆς φερόμενον εἰς τὰ μόρια τοῦ σώματος ὀχετῷ, οὐδ' οὕτως ψευσθήσῃ τῆς εἰκόνος. ἀλλ' εἴτε ποταμῷ προσεοικέναι φαίη τις, εἴτε πρέμνῳ τὴν μεγάλην φλέβα, τό γε μίαν αὐτὴν εἶναι πᾶσι τοῖς ἰατροῖς ὡμολόγηται, πλὴν τούτου τολμηρότατα παρεγγράψαντος τῷ βιβλίῳ τούτῳ τὰ τέσσαρα ζεύγη. πρὸς γὰρ αὖ τοῖς ἄλλοις ὥσπερ τὴν καρδίαν ἀμνημόνευτον εἴασεν, οὕτω καὶ αὐτὴν E τὴν κοίλην φλέβα. καίτοι τῶν γε σφαγιτίδων μνημονεύσας, εἰς ἃς αὕτη σχίζεται κατὰ τὸ τοῦ θώρακος ἀνωτέρω. ὅσον γάρ ἐστι μεταξὺ τούτου τε τοῦ χωρίου, καὶ τοῦ τῆς ῥάχεως πέρατος, ἡ μεγάλη φλὲψ αὐτὸ κατείληφεν, ἀποφύουσα φλέβας ἑκατέρωθεν. σχίζεται δὲ διχῇ, καθ' ἑκάτερον τῶν περάτων καὶ τῶν μορίων αὐτῆς. ἄνω μὲν γὰρ, διὰ τοῦ τραχήλου φέρονται μέγισται φλέβες, αἳ σφαγίτιδες ὀνομάζονται. κάτω δὲ ἐφ' ἑκάτερον σκέλος, ὡς εἴρηται, μία μὲν, μεγίστη δὲ φλέψ. τῶν δὲ διὰ τοῦ τραχήλου φερομένων, αἳ καλοῦνται σφαγίτιδες, ἐν τῷ δευτέρῳ ζεύγει μνημονεύσας ὁ νέος οὗτος Προμηθεὺς, ἄγνοιαν F καὶ τόλμαν ἐπεδείξατο μεγίστην, οὐδαμόθι τῆς κοίλης φλεβὸς σχιζομένης, ἐξ ἧς αὗται γίνονται μνημονεύσας. ἐχρῆν γὰρ εἴπερ ἑωράκει τι σμικρὸν ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ἐς ταὐτὸ ἀλλήλαις φάναι τὰς σφαγίτιδας ἰούσας, μίαν ἀποτελεῖν φλέβα τὴν ἡπατῖτιν, ἢ κοίλην, ἢ ὅπως ἄν τις ἑτέρως ὀνομάζειν ἐθέλῃ νῦν. εἰ δ' ὡς δύο μενουσῶν αὐτῶν ὁ λόγος αὐτῷ γέγραπται,

φάσκοντι διὰ τῶν ἔνδον μερῶν παρὰ τὴν ῥάχιν ἐπὶ τὰ τῶν σφυρῶν ἔσω καταφέρεσθαι. τί ἂν οὖν ἔτι μνημονεύσῃ τις τῶν μετὰ τέτταρα ζεύγη γεγραμμένων φλεβῶν; ἃς ἀπὸ τῆς κοίλης ἀναφέρειν εἰς ὅλον τὸ σῶμα τὴν τροφὴν ἡγεῖται, ὥσπερ τῶν εἰρημένων τεττάρων ζευγῶν, ἀλλ' οὐ τινὸς ἕνεκεν ὑπὸ τῆς φύσεως γεγονότων, ἀλλ' οὐχὶ μίαν ἁπασῶν φλεβῶν ἐχουσῶν χρείαν κοινήν, ἀναφέρειν ἐξ ἥπατος ἅπασι τοῖς τοῦ ζώου μέρεσι αἷμα. τῶν δ' ἐκ τῆς κοιλίας, καὶ τῶν ἐντέρων ἀνακομιζουσῶν εἰς ἧπαρ τε ἐκ τῶν ἐδεσμάτων χυλὸν οὐδεμία πορρωτέρω τοῦ ἥπατος ἀνέρχεται. ἀλλ' οὐδὲ κατὰ πολλοὺς τοῦ ἥπατος τόπους φαίνονται· καίτοι πάμπολλαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι καθ' ἃ τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς ἄλλοις ἐντέροις ὁμιλοῦσιν, ἀλλ' εἰς ἕνα τόπον, ὃν ὀνομάζουσι πύλας ἥπατος, ἀφικνοῦνται δὲ πᾶσαι, τοῦ πρώτου θεμένου, πύλας ὄνομα τῷ χωρίῳ τούτῳ, πόλει μὲν ἡ οἰκίᾳ τινὶ μεγάλῃ τὸ ἧπαρ προσεικάσαντος. ἀγροῖς δέ, τά τε ἔντερα, καὶ τὴν κοιλίαν, ἐξ ὧν ὥσπερ δι' ὁδῶν τινων, πολλῶν τῶν φλεβῶν, εἰς τὰς πύλας τῆς πόλεως, ἢ τῆς οἰκίας κομίζεται τὰ σιτία. ληρεῖ τοίνυν ὁ νέος Προμηθεύς, ἐν ᾧ διαπλάττει ζώῳ κατὰ τὸν ἑαυτοῦ λόγον. οὐ γὰρ δὴ τοῖς ἔργοις γε διέπλασέ τις ζῷον, ἐν ᾧ φλέβες ἐκ τῆς κοιλίας καὶ τῶν ἐντέρων, εἰς ὅλον ἀναφέρουσι τὸ σῶμα τὴν τροφήν. εἰς ἕνα γὰρ ἀφικνοῦνται τόπον ἅπασαι, τὰς πύλας τοῦ ἥπατος. ἐντεῦθεν τε πάλιν αἱ κατὰ τὸ σπλάγχνον ὑποδεξάμεναι φλέβες τὴν ἀνενεχθεῖσαν τροφὴν εἰς τὴν κοίλην φλέβα παράγουσιν, ἐξ ἧς, ὡς ἔφην ὀλίγον ἔμπροσθεν, εἰς ὅλον τὸ σῶμα διανέμεται τὸ αἷμα.

A qui dicat illos per internas prope spinam partes, ad interiores malleolos deuehi; quid deinde de aliis venis post quatuor illa paria descriptis erit dicendum? quas ipse putauit alimentum à caua vena in corpus vniuersum afferre, ac si quatuor illa commemorata paria alterius cuiuspiam negotij gratia fuerint à naturâ fabrefacta, neque vnum idémque, & commune sit venarum omnium munus, nempe sanguinem ex hepate in cæteras animantis partes aduehere. At verò quæ à ventriculo & intestinis succum ciborum in iecur asportant, earum nulla vltra iecur progreditur, imò nec in multis secundum iecur locis B apparent, quamuis numerosæ admodum ex ea parte sint qua ventrem & cætera attingunt intestina, sed in vnum locum, quem portas iecoris vocant, omnes conueniunt: quem locum qui primus portas nominauit, iecur vrbi aut ædibus amplis comparauit, intestina ventrémque agris, ex quibus instar viarũ per multas venas cibi in vrbis ædiúmue portas vehuntur. Delirat itaque in hoc animali quod sibi nouus iste Prometheus suo sermone fingit. Nam nemo vnquam animal aliquod effectu ipse sic formabit, vt in eo venæ à ventriculo & intestinis alimenta in totum corpus deferant: omnes siquidem in vnum concurrunt locum, portas scilicet C iecinoris: vnde quæ per id viscus dispertitæ sunt venæ assumptum alimentum in cauam venam ferunt, à qua in totum corpus sanguis (vt paulò ante diximus) distribuitur.

Εἰς ἀλλήλας αἱ τῶν φλεβῶν διαδόσεις.

Mutuæ venarum distributiones.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ζ'.

Φέρονται δὲ καὶ ἀπὸ τῶν παχειῶν φλεβῶν, ἐς τὴν κοιλίην καὶ ἐς τὸ ἄλλο σῶμα, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξω, καὶ ἀπὸ τῶν εἴσω, καὶ εἰς ἀλλήλας διδόασιν αἵ τε εἴσωθεν ἔξω, καὶ αἱ ἔξωθεν εἴσω.

TEXTVS HIPPOCRAT. VII.

QVæ etiam à crassis venis tum ab externis tum ab internis, in ventriculum & reli- D *quum corpus deferunt, sibique internæ externis & externæ internis mutuò distribuunt.*

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ἤρκει μὲν τῷ νέῳ Προμηθεῖ τὰ τέτταρα ζεύγη τῶν φλεβῶν, οὐ μὴν ἠρκέσθη γε αὐτός, ἀλλ' ὑπ' ἀπληστίας ἠλιθιότητος(?) ἠμμένος, προσθεὶς αὖθις τὰς ἐκ τῆς κοίλης φερούσας τὴν τροφὴν εἰς τὸ σῶμα. νυνὶ δ' αὖθις ἐπιλῦσαι τῷ λόγῳ τὸν κολοφῶνα περὶ τῆς κοινωνίας τῶν φλεβῶν εἰπὼν οὐκ ἀληθές. οὐδεμία γὰρ τῶν ἀπὸ τῆς κοίλης ἀποπεφυκυιῶν φλεβῶν, ἃς παχείας ὠνόμασεν, εἰς ἕτερα ζεύγη διανενεμημένη, εἰς κοιλίαν, ἢ ἔντερα φαίνεται καταπεφυκυῖα. καθάπερ γοῦν ἐπὶ τῆς νῦν εἰρημένης ἀνατομῆς οὐδὲν ὅλως οὐδ' ἄχρι ῥήματος ἑνὸς ἀληθὲς εἶπεν ὁ πλάσας αὐτήν, οὕτως ἐπὶ τῆς κατὰ τὸ δεύτερον τῶν ἐπιδημιῶν οὐδὲν ὅλως ὁ Ἱπποκράτης ἐψεύσατο. παραφρονοῦσιν οὖν, ὅσοι οὐδ' ὄναρ ἀνατομῆς ἁψάμενοι, τῶν Ἱπποκράτους βιβλίων ἐξηγήσεις ἐπιχειροῦσι ποιεῖσθαι. καὶ μάλιστα αὐτῶν, οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς Ἱπποκρατείους, ἑνὸς ἀνδρὸς ἡγούμενοι καὶ τοῦτον εἶναι τὸν λῆρον ἅπαντα, τὸν τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς, καὶ τὴν ἐν τῷ δευτέρῳ τῶν ἐπιδημιῶν ἀκρίβειαν. εἰ μὲν γὰρ ἐπεξεύρηταί τι κατὰ τὸ ἕτερον αὐτῶν, ἐγχωρεῖ τὸν αὐτὸν ἄνδρα τοῦ χρόνου προϊόντος ἑαυτοῦ βελτίονα γινόμενον, ἐφ' οἷς ἔμπροσθεν εἰρήκει καλῶς, ἕτερα προσθεῖναι. ἐπεὶ δέ, ὁ μὲν Ἱπποκράτης αὐτὸς ἀκριβῶς φαίνεται γράψας, οὐ μόνα τὰ σαφῶς ὁρώμενα πᾶσιν, ἀλλὰ καὶ τὰ δυσθεώρητα, μὴ βλέπων δέ, καὶ ὁ τὴν ἐνθάδε συνθεὶς ἀνατομήν, ἃ καὶ ψηλαφῶν ἄν τις εὕροι,

E COMMENTARIVS GALENI.

POterant huic nouo Prometheo quatuor ea venarum paria suffecisse, nec tamen satis isti fuêre, imò præ inexplebili quadam impudentia has illis insuper addidit, quæ corpori à vena caua alimentum ministrent, vt nunc coronidem sermoni impositurus, de venarum communione hoc tandem verũ protulit. Ex his etenim venis quæ à caua oriuntur quas ille crassas vocat, nulla in alia partita paria intestinis aut ventriculo inseritur. Porrò vt ne verbum quidem is qui hanc venarum anatomen commẽtus est, verum attulit: sic Hippocrates epidemiorum libro secundo in nullo prorsus aberrauit. Quare insaniunt profectò qui ne per somniũ quidẽ corporũ sectiones attigêre, at libros Hippocratis exponere aggrediuntur, & illi quàm maximè qui cùm velint Hippocratici appellari, in eundẽ tamen authorem & has vniuersas de venarũ sectione nugas, & exactã eiusdem disquisitionẽ in secundo epidemiorũ traditã referendã arbitrantur. Si enim in alterutro eorũ aliquod, præterea accessisset inuẽ- F tũ: fieri sanè potuisset vt idẽ vir tẽpore peritior factus, illis quæ ab eo priùs probè dicta fuerãt, alia etiã addidisset. At cùm videamus Hippocratẽ nõ modò oĩa ad amussim in cõmentarios retulisse, quæ cũctis planè perspicua sunt, verùm & ea quæ ad videndũ sunt difficiliora, is verò qui hãc anatomẽ cõposuit, ea etiã nõ viderit quæ quisq; vel palpãdo inueniat,

quomodo potest quispiam affirmare eũdem vtraquehæc scripsisse? quomodo etiã probabile est, vt absoluto vniuerso qui de hominis elimẽtis institutus erat sermo, de venis subnexuerit? aut enim tota anatomes ratio explenda erat, aut neque de venis erat tractandum. Hoc enim magis ad commentationes, quas nobis ipsis memoriæ gratia describimus, attinet vt eiuscemodi varia theoremata simul explicentur. Iusto autem & legitimo volumini nequaquam cõuenit vt priore doctrina cõsummata, subinde illi alterius pars aliqua annectatur, atque iterum illa relicta, paulopost alia, & postmodum etiam alia, quod in his euenisse videmus quæ libro de natura humana subiecta fuêre.

πῶς ἐγχωρεῖ φάναι τὸν αὐτὸν ἀμφότερα γεγραφέναι; κατὰ τί δ' εὔλογον, ὅλον ἀναπληρώσαντα τὸν περὶ τῶν στοιχείων τοῦ ἀνθρώπου λόγον, ἐφεξῆς αὐτῷ, συνῆφθαι τὸν περὶ τῶν φλεβῶν. ἢ γὰρ πᾶσαν ἐχρῆν τὴν ἀνατομὴν γράφειν, ἢ μηδὲ τὴν περὶ τῶν φλεβῶν. ὑποτυπώσεσι μὲν γὰρ, ἃς ἑαυτοῖς ἀναμνήσεως ἕνεκα γράφομεν, οἰκεῖόν ἐστιν ὅτε τοιαύτη ποικιλία θεωρημάτων γίνεται. συγγράμματι δὲ οὐδαμῶς ἐστιν οἰκεῖον ἐπιπεπληρωμένῃ τῇ προτέρᾳ διδασκαλίᾳ, μόριόν τι τῆς δευτέρας προσγράφειν. κἄπειτα τοῦτο καταλιπόντα, μικρὸν ὕστερον ἄλλο τι γράφειν, εἶτ' αὖθις ἄλλο, καθάπερ ἐν τούτοις τοῖς ὑποκειμένοις ἐν τῷ περὶ φύσιος ἀνθρώπου.

Pro distributione venarum, Phlebotomiam faciendam esse.

TEXTVS HIPPOCRATIS VIII.

EAS igitur venæ sectiones hisce rationibus ductos facere oportet,

COMMENTARIVS GALENI.

QVæ ipse videlicet præmonstrauerat quando ad finem primi paris subiunxit hæc verba. *Venam itaque ad coxarum & dorsi dolores in poplitibus secabis & exterioribus malleolis.* Secundo item pari hæc adscripsit. *Vnde ad lumborum dolores & testium, venas in tibiis incidere oportet & malleolis interioribus.* vt tamen in tertio, & quarto pari nihil de vena secanda meminerit. Quapropter hac etiam parte mancam tradidit hanc institutionem qui multas præterierit corporis partes quarum venæ quæ tundendæ essent, explicandæ erant. vt ergo ab vniuersa anatomes ratione particulam quandam auulsam litteris commisit, sic & quod de sanguine mittendo referendum erat.

Ὅτι κατὰ διάδοσιν τῶν φλεβῶν φλεβοτομίαν ποιέεσθαι δεῖ.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. η'.

ΤΑΣ οὖν φλεβοτομίας δεῖ ποιέεσθαι κατὰ τουτέοις τοῖς λόγοις.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΥΣ αὐτὸς προείρηκε δηλονότι, τῆς μὲν πρώτης ζεύγης τῶν φλεβῶν ἐν τῇ τελευτῇ, προσθεὶς κατὰ λέξιν ταυτί. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ἐπὶ τῶν ἀλγημάτων τῶν ἐν τῷ νώτῳ, καὶ ἐν τοῖσιν ἰσχίοισιν ἀπὸ τῶν ἰγνύων ποιέεσθαι, καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔξωθεν. τῇ δὲ δευτέρῳ ζεύγῃ ταυτὶ προσγέγραφας. δεῖ οὖν τὰς φλεβοτομίας ποιέεσθαι πρὸς τὰς ὀδύνας τὰς ἀπὸ τῶν ψοῶν καὶ τῶν ὄρχεων, ἀπὸ τῶν ἰγνύων, καὶ ἀπὸ τῶν σφυρῶν ἔσωθεν. ἐπὶ δὲ τοῦ τρίτου καὶ τετάρτου ζεύγους, οὐδὲν προσέθηκε περὶ φλεβοτομίας, ὥστε καὶ κατ' αὐτὰ τὸν λόγον ἐλλιπῆ πεποίηκε, πολλὰ μόρια τοῦ σώματος παραλιπὼν, ἐφ' ὧν ἐχρῆν εἰρηκέναι τὰς τμηθησομένας φλέβας. ἀλλ' ὥσπερ τῆς ὅλης ἀνατομῆς βραχύ τι μόριον ἀποσπάσας ἔγραψεν, οὕτως καὶ τοὺς περὶ φλεβοτομίας λόγους.

Procul à dolore & inflammatione venam secandam esse ad reuulsionem.

TEXTVS HIPPOCR. IX.

STudendum autem est venarum sectiones effici quàm longissimè à locis in quibus dolores fieri & sanguis colligi consueuit, sic enim tum mutatio minimè magna derepente continget, tum etiam consuetudinem tollendo effeceris vt ne ampliùs in eundem locum colligatur.

COMMENTARIVS GALENI.

QVod sectiones venarum hic intellexerit quas phlebotomias composito appellamus nomine: rectè ab expositoribus acceptum est, qui in hoc omnes consentinnt. Quòd verò minimè definierit num dolentibus iam partibus censeat procul esse reuellendos humores vel potiùs sanitatis tempore: ea ratione fortè veniet reprehendendus. Et mihi quidem videtur quòd id in his qui prospera vtantur valetudine dictum sit, quippe quòd voluerit author assuefacere humores redundantes in alias ferri partes.

Ὅτι πόρρω τῆς ὀδύνης καὶ τῆς φλεγμονῆς φλεβοτομίαν ποιέεσθαι δεῖ.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. θ'.

ΕΠιτηδεύειν δὲ χρὴ τὰς τομὰς ὡς προσωτάτω τέμνειν ἀπὸ τῶν χωρίων ἔνθα ἂν αἱ ὀδύναι μεμαθήκασι γίνεσθαι, καὶ τὸ αἷμα συλλέγεσθαι. οὕτως γὰρ ἂν ἥκιστα ἥτε μεταβολὴ γίγνοιτο μεγάλη ἐξαπίνης, καὶ τὸ ἔθος μεταστήσαις ἄν, ὥστε μηκέτι εἰς τὸ αὐτὸ χωρίον συλλέγεσθαι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΤΙ μὲν τομὰς εἴρηκε τῶν φλεβῶν, ἃς ἐν συνθέτῳ προσηγορίᾳ φλεβοτομίας ὀνομάζομεν, ὀρθῶς ἤκουσαν οἱ ἐξηγηταί, καὶ γὰρ ὁμολογοῦσι πάντες τοῦτο. ὅτι δὲ οὐ διωρίσατο, πότερον ὀδυνωμένων ἤδη τῶν μορίων, ἀξιοῖ πόρρω τὴν ἀντίσπασιν γίνεσθαι τῶν ἐπιρρεόντων χυμῶν, ἢ κατὰ τὸν τῆς ὑγείας χρόνον, ἐν τούτῳ μέμψαιτ' ἄν τις αὐτῷ. ἐμοὶ δ' οὖν δοκεῖ μᾶλλον ἐπὶ τῶν ὑγιαινόντων εἰρῆσθαι, βουλομένου τοῦ γράψαντος ταῦτα προσεθίζειν, εἰς ἄλλα μόρια φέρεσθαι τοὺς πλεονάζοντας χυμούς.

Τὴν τοῦ πύου ἐν τῷ πτυέλῳ καὶ τῷ οὔρῳ καὶ τοῖς ὑποχωρήμασιν αἰτίαν αὐτὴν εἶναι καὶ τῶν νοσημάτων ἔνθεν γινομένων.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ι.

Ὁκόσοι πύον πολλὸν πτύουσιν ἄτερ πυρετοῦ ἐόντες, καὶ ὁκόσοισιν ὑπὸ τὸ οὖρον, πύον ὑφίσταται πολλὸν ἄτερ ὀδύνης ἐοῦσιν, καὶ ὁκόσοισι τὰ ὑποχωρήματα αἱματώδεα, ὥσπερ ἐν τῇσι δυσεντερίῃσι, καὶ χρόνια ἀεὶ νέοισιν ἐοῦσι πέντε καὶ τριάκοντα ἐτέων, καὶ γεραιτέροισι, τουτέοισι πᾶσιν ἀπὸ ταὐτομάτου τὰ νουσήματα γίνεται. ἀνάγκη γὰρ τουτέους ταλαιπώρους τε γίνεσθαι καὶ φιλοπόνους τῷ σώματι, καὶ ἐργάτας νεανίσκους ἐόντας. ἔπειτα δὴ ἐξανεθέντας τῶν πόνων σαρκωθῆναι μαλθακῇ σαρκὶ, καὶ πολὺ διαφερούσῃ τῆς προτέρης, καὶ πολλὸν διακεκριμένον ἔχειν τὸ σῶμα, τό τε προϋπάρχον, καὶ τὸ ἐπιτραφὲν, ὥστε μὴ ὁμολογεῖν. ὁκόταν οὖν νόσημά τι καταλάβῃ τοὺς οὕτω διακειμένους, τότε μὲν παραχρῆμα διαφεύγουσιν. ὕστερον δὲ, μετὰ τὴν νοῦσον, χρόνῳ τήκεται τὸ σῶμα, καὶ ῥέει διὰ τῶν φλεβῶν, ᾗ ἂν εὐρυχωρίη μάλιστα τύχῃ, ἰχωροειδές. ἢν μὲν οὖν ὁρμήσῃ ἐς τὴν κοιλίην τὴν κάτω, σχεδόν τι οἷόνπερ ἐν τῷ σώματι ἐνῇ, τοιοῦτο καὶ τὸ διαχώρημα γίνεται. ἅτε γὰρ τῆς ὁδοῦ κατάντεος ἐούσης, οὐχ ἵσταται πολλὸν χρόνον ἐν τῷ ἐντέρῳ. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὸ στῆθος ἐσρυῇ, ὑπόπυοι γίνονται, ἅτε τῆς καθάρσιος ἀνάντεος ἐούσης, καὶ χρόνον ἐναυλιζόμενον πολλὸν, ἐν τῷ στήθει κατασήπεται καὶ γίνεται πυοειδές. ὁκόσοισι δ' ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται ὑπὸ τῆς θερμότητος, τουτέου τοῦ χωρίου τὸ καὶ θερμὸν καὶ λευκὸν γίνεται, καὶ διακρίνεται, καὶ τὸ μὲν ἀραιότατον ὑφίσταται ἄνω, τὸ δὲ παχύτατον κάτω, ὃ δὴ πύον καλεῖται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τὰ μὲν εἰρημένα κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν ἅπαντά ἐστι σαφῆ, καὶ δεῖται τοῦ προσέχοντος αὐτοῖς τὸν νοῦν, οὐκ ἐξηγητοῦ σαφηνίζοντος. εἰ δ' ἀληθῆ πάντ' ἐστὶ, βασανίζειν χρὴ, τὸ μὲν τῇ πείρᾳ, τὸ δὲ τῷ λόγῳ. τῇ πείρᾳ μὲν, εἰ χωρὶς τοῦ πυρέξαι τινὲς ὤφθησαν, ἢ ἀποπτύοντες πύον, ἢ τοῖς οὔροις ἐκκρίνοντές τι. ἔτι δὲ πρὸς τούτοις, εἰ ταλαιπωροῦντες ἐν τῷ πρόσθεν βίῳ, νῦν ἐπαύσαντο χρόνῳ συχνῷ, καὶ εἰ νοσήσαντες μὲν ἔτι διεσώθησαν. ὕστερον δ' αὐτοῖς αἱ εἰρημέναι πυώδεις ἐκκρίσεις ἐπιγίνονται. ταῦτα μὲν οὖν τῇ πείρᾳ κριθῆναι χρή. τῷ λόγῳ δὲ, τὴν αἰτίαν, ὑφ' ἧς γίνεσθαί φησιν ὁ γράψας αὐτὰ, πότερον ἀληθὴς, ἢ ψευδής ἐστιν. ὅτι μὲν οὖν οὐκ ἔχει τὸ ἐξ ἀνάγκης τὰ εἰρημένα πρὸς αὐτοῦ, πρόδηλόν ἐστι τοῖς γεγυμνασμένοις ἐν ἀποδεικτικαῖς μεθόδοις. εἰ δὲ τὸ πιθανὸν γοῦν ἔχει, καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος σκοπείσθω. κινδυνεύει γὰρ ἐν τῷ πρός τι, τὸ πιθανὸν εἶναι. περὶ μὲν οὖν τῶν διὰ πείρας φαινομένων ἔχοιμι ἄν σοι κἀγὼ φάναι τό γε τοσοῦτο, ὡς αἱματώδεις μὲν ἐκκρίσεις διὰ γαστρὸς εἶδον οὐκ ὀλίγας γινομένας ἐπὶ τῶν καταλυσάντων ἔθος γυμνασίων σφοδρῶν, οὐδεμίαν δ' ἔκκρισιν πυώδη. μυξώδη μέν τοι πολλάκις ἐκ περιόδων τινῶν ἀτάκτων τε καὶ τεταγμένων, οὐρούμενά τε καὶ διὰ γαστρὸς ἐκκρινόμενα τούτοις ἐθεασάμην, ὥσπερ γε καὶ πτύσματα, πέπονα μὲν, οὐ μὴν πυώδη γε.

Puris in sputo, vrinis & deiectionibus eandem esse causam & morborum inde prodeuntium.

TEXTVS HIPPOCR. X.

Qvicunque pus copiosum citra febrem expuunt; & quibuscunque absque dolore pus multum in vrina subsidet, & quibuscunque alui deiectiones vt in dysenteriis, cruentæ ac diuturnæ sunt, vt iuuenibus quinque & triginta annorum, atque etiam senioribus; his omnibus eadem ex causa morbi oboriuntur. hos namque & labores tolerasse, & exercitationibus deditos, & operarios in iuuentute fuisse necesse est. Postea verò solutos laboribus molli carne, & multùm à priore differente carnosos esse redditos, multúmque dissidens corpus habere, vt quod priùs extitit cum eo quod nunc accreuit, minimè consentiat. Quum igitur morbus aliquis sic affectos corripuerit, ij quidem quamprimùm euadunt, sed postea à morbo temporis successu corpus liquatur, & per venas, qua parte amplissimæ esse solent, sanies quædam fluit. Si igitur sanies ad inferiorem aluum impetu feratur, quale quid ferè inest in corpore, tales etiam deiectiones redduntur. Neque enim, cùm via decliuis sit, multo tempore in intestino subsistit. At quibus in pectus influit, ij purulenti fiunt cùm nimirum purgatio accliuis sit, & multo tempore immorans in pectore putrescat, & purulentum reddatur. Quibus verò in vesicam effunditur, à loci calore calida & alba fit, & secernitur, quódque rarissimum existit, supra innatat, crassissimum verò, quod sanè pus appellatur, subsidet.

COMMENTARIVS GALENI.

Omnia quę hac tradūtur serie clara sunt potiùsque lectorē qui animū aduertat, quàm expositorē desiderant qui declaret: quæ tamen an vera sint, partim experientia, partim ratione examinãda sunt. Experiētia quidē obseruādū est num aliqui à febre immunes visi vnquā sint aut sputo pus reiecisse, aut vrinis aliquid excreuisse. Præterea si priorē vitā duxerint laboriosam, móxq; quieuerint multo tempore, atque si ij à morbo detenti incolumes euasêre, & subinde si purulētæ excretiones superuenerint. Hæc experimētis sunt iudicāda. Ratione verò, si quam is retulit, causa vera sit vel secus. Iam verò quod ista ab ipso authore producta nullā secū habeant necessitatem, facilè omnibus conspicuum erit qui demonstratiuis methodis operam nauarūt. An autem probabile saltem habeat, secum quisque perpendat: videtur enim probabile in his esse quæ ad aliud referuntur. Et equidem quantùm ad ea spectat quæ in experimentis apparent: tantùm hoc habeo quod tibi afferam, me cruentas vidisse sępenumero deiectiones per aluū ab his qui consuetas validásque exercitationes dimiserint, excretas: purulentas verò nequaquā. Vidi præterea ex quibusdam periodis tum ordinatis, tū inordinatis mucosa ab his in vrinis reddi & per aluum deiici: sicut & sputa cocta quidem, purulènta verò minimè.

Causæ calculorum in pueris qui in viris non generantur.

TEXTVS HIPPOCR. XI.

AT verò calculi pueris ob loci huius ac vniuersi corporis calorem procreantur, sed viris ob corporis frigus calculi non generantur.

COMMENTARIVS GALENI.

LOci nimirum vesicæ de qua in fine prioris orationis sic ipse ait. *Quibus in vesicam eijcitur à loci istius calore albescit.* Inquit ergo quòd calculi pueris innascuntur ob calorem tam vesicæ, quàm corporis totius. Postea de puerorum calore sic subiungit.

Hominem priori ætate calidissimum posteriori frigidissimum esse.

TEXTVS HIPPOCR. XII.

NAM probè nosse oportet hominem primo dierũ decursu, ipsum sui comparatione *calidissimum esse, postremo verò frigidissimum.*

COMMENTARIVS GALENI.

QVi simpliciter absque ea limitatione, scilicet primis illis diebus hominem aiunt calidissimum esse, eorum sermo non est verus: at cum limitatione, verus. calidissimus siquidem est si de innato calore loquamur, is enim in pueris plurimus est. Id autem, vt sequens indicabit oratio, ille qui hæc scripsit obaudiuisse videtur, quod tamen in hoc sermone præcipuum erat. Neque enim vt Hippocrates dixit, *Qui augentur plurimùm habent innati caloris*: ita hunc sensisse offendes: imò natiuo prætermisso simpliciter putasse calida esse quæ crescunt.

Calorem & incrementi & roboris esse causam.

TEXTVS HIPPOCRAT. XIII.

QVod enim augescit corpus & ad robur procedit, id calidum esse necesse est.

COMMENTARIVS GALENI.

QVum Hippocrates dixerit, *Qui augentur plurimùm habent innati caloris*: videtur hic author existimasse corpora his qui augentur calida simpliciter esse: qui innati nihil in hoc meminerit sermone. Quod enim ad vim progreditur, calidum fore ait ad vim autẽ progredi, vult quid huiusmodi indicare. videtur ipsi incrementum esse rem violentam & validam, & vt opera alia vehemẽtiora operarios excalfaciunt, sic & incrementum. At contrà debuerat dicere ex innato calore pueros augeri, non autem ob id eos incalescere quòd augeantur. Nam calor ipse innatus non solùm moderatè calidus, sed prętereà etiam humidus est. Igitur iure merito eiuscemodi augentur corpora, quippe quæ in tres distendantur dimensiones & quasi inflentur,

Αἱ τῶν λίθων ἐν τοῖς παιδίοις, τῶν ἐν τοῖς ἀνδράσιν οὐ γινομένων αἰτίαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιαʹ.

ΓΙνονται δὲ καὶ λίθοι τοῖσι παιδίοισι, διὰ τὴν θερμότητα τοῦ χωρίου τε τουτέου, καὶ τοῦ ὅλου σώματος, τοῖσι δὲ ἀνδράσιν οὐ γίνονται λίθοι διὰ τὴν ψυχρότητα τοῦ σώματος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟΥ χωρίου, δηλονότι τῆς κύστεως, περὶ ἧς κατὰ τὴν τελευτὴν τῆς προτέρας ῥήσεως οὕτως ἔγραψεν. ὁκόσοισι δ᾽ ἂν ἐς τὴν κύστιν ἐξερεύγηται ἀπὸ τῆς θερμότητος, τουτέστι τοῦ χωρίου λευκὸν γίγνεται, τοῖς οὖν παιδίοις φησὶ τοὺς λίθους γίνεσθαι διὰ τὴν θερμότητα, τῆς τε κύστεως, καὶ ὅλου τοῦ σώματος, εἶτα ἐπιφέρων ἐρεῖ περὶ τῆς θερμότητος τῶν παιδίων.

Τὸν ἄνθρωπον πρώτῃ ἡλικίῃ θερμότατον εἶναι, ὑστάτῃ δὲ ψυχρότατον.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιβʹ.

ΕΥ γὰρ χρὴ εἰδέναι ὅτι ὁ ἄνθρωπος τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερέων, θερμότατός ἐστιν αὐτὸς ἑωϋτοῦ, τῇ δ᾽ ὑστάτῃ ψυχρότατος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΑΠλῶς τῶν λεγόντων θερμότατον, ἄνευ διορισμοῦ, τῇ πρώτῃ τῶν ἡμερῶν εἶναι τὸν ἄνθρωπον, οὐκ ἀληθὴς ὁ λόγος ἐστὶ, μετὰ διορισμοῦ δ᾽, ἀληθής. θερμότατος γὰρ ἄν γε ῥηθῇ τῷ ἐμφύτῳ. τοῦτο γάρ ἐστι πλεῖστον τοῖς παιδίοις. ὁ δὲ γράψας τὴν προκειμένην ῥῆσιν, αὐτὸ τὸ κυριώτατον ἐν τῷ λόγῳ παρακήκοεν, ὡς διὰ τῆς ἑπομένης ῥήσεως ἔσται δῆλον. εὑρεθήσεται γὰρ οὐχ ὡς Ἱπποκράτης τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχειν τὸ ἔμφυτον θερμὸν ἔφη, καὶ αὐτὸς οὕτως γινώσκων. ἀλλ᾽ ἄνευ τοῦ ἐμφύτου ἡγούμενος ἁπλῶς εἶναι θερμὰ τὰ αὐξανόμενα.

Τὸ θερμὸν τὴν τῆς αὐξήσεως, καὶ τῆς βίας αἰτίαν εἶναι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιγʹ.

ΑΝάγκη γὰρ, αὐξανόμενον, καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην, θερμὸν εἶναι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΙΠποκράτους εἰπόντος τὰ αὐξανόμενα πλεῖστον ἔχειν τὸ ἔμφυτον θερμόν. οὕτως ἔοικεν ἁπλῶς ἀκηκοέναι θερμὸν εἶναι τοῖς αὐξανομένοις τὸ σῶμα, μὴ προσκειμένου τῷ λόγῳ, τὸ ἔμφυτον. χωρεῖν γὰρ αὐτό φησι πρὸς βίαν θερμὸν γίνεσθαι. τὸ δὲ πρὸς βίην χωρεῖν, τοιόνδε τι βούλεται δηλοῦν. ἔργον αὐτῷ δοκεῖ βίαιόν τι καὶ ἰσχυρὸν ἡ αὔξησις εἶναι. ὥσπερ αὖ τἄλλα τῶν ἰσχυρῶν ἔργων ἐκθερμαίνει τοὺς ἐνεργοῦντας, οὕτω καὶ ἡ αὔξησις, ἀλλ᾽ ἔμπαλίν γε ἐχρῆν αὐτὸν εἰρηκέναι. διὰ τὸ ἔμφυτον θερμὸν αὔξεσθαι τοὺς παῖδας, οὐ διὰ τὴν αὔξησιν γίνεσθαι θερμούς. τὸ γὰρ ἔμφυτον θερμὸν, οὐ μόνον εὔκρατον θερμὸν, ἀλλὰ καὶ ὑγρόν. εἰκότως οὖν αὔξεται τὰ τοιαῦτα σώματα. διατεινόμενα γὰρ εἰς τὰς τρεῖς διαστάσεις οἱονεὶ καὶ διαφυσώμενα,

τὴν εἰς ἁπάσας αὐτὰς ἐπίδοσιν λαμβάνῃ. διατείνει μὲν οὖν ἡ φύσις αὐτὰ πάντῃ, πρὸς τοῦτο, ὀργάνῳ συμφύτῳ χρωμένη τῷ θερμῷ. διατείνεται γὰρ ἑτοίμως, διὰ τὴν ὑγρότητα. τά γε μὴν πολλὰ τῶν παίδων ἀδηφαγοῦντα πλεῖστον, ἀθροίζει τὸν ἰδίως ὀνομαζόμενον ὠμὸν χυμὸν, ἐξ οὗ ῥᾳδίως ὁ λίθος γεννᾶται. τούτου μὲν ὕλης ἔχοντος λόγον, ἐξ οὗ ὁ λίθος γεννᾶται, ποιητικοῦ δὲ αἰτίου τῆς θερμασίας.

& propterea omnibus illis fit accessio. Itaque ea vndique natura distendit ad hoc negotium organo vsa calore innato. ex humore enim habet vt facilè protendatur. Atque plerique pueri, vtpote qui plurimùm voraces sint, humorem non modicum aggregant, quem crudum propriè vocamus, qui calculo gignendo in primis opportunus est accedente calore veluti effectrice causa.

Μαραινόμενον τὸ σῶμα, ψυχρότερον γίνεσθαι.

ΡΗΣΗΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιδʹ.

ΟΚόταν δ' ἄρξηται μαραίνεσθαι τὸ σῶμα, καταρρέον πρὸς εὐπέτειαν, ψυχρότερον γίνεται.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΚΑνταῦθα πάλιν, ὅτε δὲ μηδὲν αὔξεται τὸ σῶμα τοῖς παρακμάζουσι, διὰ τὴν ἀργίαν, αὐτό φησι γίνεσθαι ψυχρότερον, ἔμπαλιν δὲ ἄμεινον αἰτιολογεῖν. ἐλάττονος γὰρ αὐτῷ γινομένου τοῦ ἐμφύτου θερμοῦ, καὶ αὔξησις ἐπαύσατο. σαφέστερον δὲ τὴν ἑαυτοῦ γνώμην ἐδήλωσεν ὁ γράψας ταῦτα διὰ τῆς ἐχομένης ῥήσεως.

Corpus marcescens frigidius euadere.

TEXTVS HIPPOCR. XIV.

AT vbi marcescere corpus cœperit, & ad exitium delabitur, frigidius euadit.

COMMENTARIVS GALENI.

ET hic rursum quando non ampliùs augetur corpus his qui inclinata ætate sunt, ipsum ab otio fieri ait frigidius, at satiùs erat vt contrà ratio causæ assignaretur: ob id enim quia illis innatus calor imminuitur, & incrementum etiam cessat. clariùs tamen horum author suam in sequenti parte sententiam aperuit.

Τὸν ἄνθρωπον πρότερον θερμότερον, ὕστερον ψυχρότερον γίνεσθαι.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιεʹ.

ΚΑΙ κατὰ τοῦτον τὸν λόγον, ὁκόσον τῇ προτέρῃ τῶν ἡμερέων πλεῖστον αὔξεται ἄνθρωπος, τοσοῦτο θερμότερος γίνεται. καὶ τῇ ὑστάτῃ τῶν ἡμερέων, ὁκόσον πλεῖστον καταμαραίνεται, τοσοῦτο ψυχρότερον ἀνάγκη εἶναι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΟΡθῶς οὖν ἡμεῖς ἐξηγησάμεθα τὴν προκειμένην ῥῆσιν, ἐν ᾗ φησιν. ἀνάγκη γὰρ, αὐξανόμενον καὶ χωρέον τὸ σῶμα πρὸς βίην, θερμὸν εἶναι. ἐχρῆν γὰρ ἔμπροσθεν αὐτὸν εἰπεῖν, διὰ τὸ ἔμφυτον θερμὸν, αὔξεσθαι τὸ αὐξανόμενον. ἀλλ' οὐ διὰ τὴν αὔξησιν, γίνεσθαι θερμόν. ἀνάλογον δὴ τούτου κἀπὶ τοῦ παρακμάζοντος, ἐπεὶ μηκέτ' αὔξεται, ψυχρὸν αὐτὸ νομίζει γίνεσθαι διὰ τὴν ἀργίαν τῆς πρότερον μὲν ἐνεργούσης αὐξήσεως, νυνὶ δὲ παυομένης.

Hominem priùs calidiorem, posteriùs frigidiorem fieri.

TEXTVS HIPPOCR. XV.

ATque hac ratione quò plurimùm prioribus diebus increscit homo, eò calidior euadit: atque vltimis diebus quantò plurimùm marcescit, tantò eum frigidiorem esse necesse est.

COMMENTARIVS GALENI.

NOs ergo rectè partem superiorem vbi ait: *Necesse siquidem est vt augescens corpus & ad vim progrediens calidum sit*, interpretati sumus. Erat enim è contrario dicendum ob calorem innatum augeri quæ augentur, non autem quia augeantur ideo esse calida, vt eadem sit ratio in his quæ decrescunt. Putat namque quando non ampliùs crescit, frigidum fieri propter otium, dum pristinum incrementum quod in corpore erat, nunc quiescit.

Ὅτε προειρημένα τὰ νοσήματα λύεται.

ΡΗΣΙΣ ΙΓΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιϛʹ.

ΥΓιέες δὲ γίνονται αὐτόματοι οἱ οὕτω διακείμενοι. πλεῖστοι μὲν ἐν τῇ ὥρῃ ᾗ ἄρχονται τήκεσθαι, πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἡμερέων. ὁκόσοι δ' ἂν τὴν ὥρην ταύτην ὑπερβάλλωσιν, ἐνιαυτῷ αὐτόματοι ὑγιέες γίνονται, ἢν μή τι ἐς ἄλλο κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΙνας λέγει τοὺς οὕτω διακειμένους; οὓς προειρήκει δηλονότι καταλύσαντας τὰ γυμνάσια, διὰ τὴν ἀργίαν ἀποπτύειν τε καὶ οὐρεῖν πύον, ἁλίσκεσθαί τε δυσεντερίαις. ἐγὼ δὲ ἔφην, ἁλισκομένοις μὲν δυσεντερίαις αἱματηραῖς ἑωρακέναι πολλοὺς τῶν εἰς ἄπονον μεταστάντων, ἐκ ταλαιπωρικοῦ

Quando prædicti morbi soluuntur.

TEXTVS HIPPOCRAT. XVI.

SIc autem affecti sua sponte sanescunt; plurimi quidem quo anni tempore liquescere cœperint, quinto & quadragesimo die. Qui verò hoc anni tempus superauerint, anno sponte conualescunt, nisi quid aliud hominem malè habuerit.

COMMENTARIVS GALENI.

QVosnam eo se habentes modo nominat? nimirum quos priùs commemorauerat. Qui ab exercitatione ad otium translati pus expuunt, & mingunt, dysenteriisque corripiuntur. vbi equidem dixi me plures vidisse cruentis arreptos dysenteriis qui laboriosa negotiosáque vita relicta

ad desidem se contulerint : qui verò pus expuerint aut minxerint, nullos vnquam vidisse. At hic (vt arbitror) crudum quem vocant humorem, vbi concoctus sit, pus esse putat. Quî autem hoc mirum sit ? quando & Erasistratus quoque ea quæ in vrinis febricitantium subsident pus esse, non hunc humorem censeat? neque nouerit in bene valentibus etiam qui voraces sint, id genus plurimùm subsidere ? Nos multos obseruauimus qui aliquandiu in otio vitam egêre, vrinis magnam copiam rei quæ muco sic appellato similis erat, excreuisse, & in eorum nonnullis vbi hæc tardè permeabant puri similia excernebantur, quemadmodum & in respiratoriis instrumentis, quando diutiùs contenta concoquuntur. Huius autem & ipse paulo ante causam retulit: in dysenteria quidem, quum dixit viam decliuem in causa esse celeris excrementorum transitus, quemadmodum tardi accliuem in iis quæ tussi reiiciuntur, in vrinis verò loci calorem. Quòd siquis concedere nolit in vrinis, aut sputis, aut excrementis à pure crudum humorem differre, is alterutro errori obnoxius est, quia vel vltrò, ne suum dogma prodere videatur, dolosè agit, Erasistratum imitatus qui voluit febres omnes habere ab inflammationibus ortum : vel sophistes est qui in operibus artis nunquam versatus sit. Hos antiqui rectè λογιατρούς appellant. Porrò à crudo humore pus colore, substantia, ac odore distat. Iam & per nares & per os certis quibusdam vel incertis circuitibus fit huiusce crudi humoris excretio, vnde expurgatur cerebrum, cuius nulla nunc ab illo qui hæc scripsit, mentio habita est. Meritò tamen dixit prædictos sponte sua fuisse sanatos, id est, nullo nostro negotio : Nam ipsa quantùm satis sit natura expurgat. At expurgationis duplicem ipse præscripsit terminum : alterum eo anni tempore quo dicta iam excretio ipsis cœpisse contigit, alterum qui in annum protenditur, vt tamen qui breuior est, ad quinque & quadraginta dies producatur. Nonnulli verò non quadraginta quinque sed quadraginta scribunt. Ego sanè multos in hunc modum à natura fuisse expurgatos cùm obseruauerim, non eos duos solummodo terminos euacuationis quos iste descripsit animaduerti, sed quàm plures Alius etenim alio præfixo termino plenè purgatus est, alij quidem diebus quadraginta, alij in menses, & eos non numero pares, progressi sunt. nec defuêre qui per annum integrum ab eo symptomate detenti sunt.

καὶ ἐργαστικοῦ τοῦ πρόσθεν βίου. πύον δὲ οὔτ᾽ ἀναβήττοντας, οὔτ᾽ οὐροῦντας ὦφθαί μοί τινας. ἀλλ᾽ οὗτός γέ μοι δοκεῖ τὸν ὠμὸν ὀνομαζόμενον χυμὸν ὅταν πεφθῇ γε, πύον εἶναι. καὶ τί θαυμαστὸν ὅπου γε καὶ ὁ Ἐρασίστρατος τὰς ἐν τοῖς οὔροις ὑποστάσεις ἐπὶ τῶν πυρεσσόντων, οὐ τοῦτον εἶναι τὸν χυμὸν, ἀλλὰ πύον ἡγεῖται; μηδ᾽ ὅτι τῶν ὑγιαινόντων τοῖς ἀδηφαγοῦσιν ὑφίστασθαι πολὺ τὸ τοιοῦτο γινώσκων, τεθεάμεθα γοῦν παμπόλλους τῶν ἀργῶς βιούντων διὰ χρόνων τινῶν ἐκκρινομένους διὰ τῶν οὔρων, τῇ καλουμένῃ μύξῃ παραπλήσια πάμπολλα, καὶ τισιν αὐτῶν βραδεῖαν ποιησαμένων τὴν διέξοδον, πύῳ παραπλήσιον φαίνεται τὸ ἐκκρινόμενον. καθάπερ γε κἀπὶ τῶν ἀναπτυστικῶν, διὰ τὸ πλείονι χρόνῳ κατεγχρωσμένα πέττεσθαι τὰ τοιαῦτα. τούτου δ᾽ οὖν καὶ αὐτὸς εἶπε τὴν αἰτίαν ἔμπροσθεν ἐπὶ μὲν τῆς δυσεντερίας, τὸ κάταντες τῆς ὁδοῦ, ταχείας διεξόδου τῶν περιττῶν αἴτιον εἶναι φάσκων. ἐπὶ δὲ τῶν ἀναπτυομένων, τὸ ἄναντες τῆς βραδείας· ἐπὶ δὲ τῶν οὔρων τὴν θερμασίαν τοῦ χωρίου. εἰ δέ τις οὐ συγχωρεῖ διαφέρειν ὠμοῦ χυμοῦ πύον ἐν οὔροις, ἢ πτύσμασιν, ἢ διαχωρήμασι, δυοῖν θάτερον οὗτος πέπονθεν, ἢ ἑκὼν πανουργεῖν διὰ ἀκολουθίαν τὴν πρὸς τὸ δόγμα, καθάπερ Ἐρασίστρατος ἐπὶ φλεγμονῇ γίνεσθαι βουλόμενος ἅπαντας τοὺς πυρετοὺς, ἢ σοφιστής ἐστιν ἀνομίλητος τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης, οὓς ὀρθῶς ὀνομάζουσιν οἱ παλαιοὶ λογιατρούς. ἕτερον γάρ ἐστι καὶ χρόᾳ, καὶ συστάσει, καὶ ὀσμῇ, τὸ πύον ὠμοῦ χυμοῦ. καὶ γίνεται δὲ καὶ διὰ ῥινῶν καὶ διὰ στόματος, ἐν περιόδοις τισὶν ἀτάκτοις τε καὶ τεταγμέναις, ἔκκρισις ὠμῶν χυμῶν ἐκκαθαίρουσα τὸν ἐγκέφαλον, ἧς οὐκ ἐμνημόνευσε νῦν, ὁ ταύτην τὴν προγεγραμμένην ῥῆσιν γράψας. εἰκότως δὲ ἔφησεν αὐτομάτως ὑγιάζεσθαι τοὺς προειρημένους, ὅπερ ἐστὶν οὐδὲν ἡμῶν πραξάντων. αὐταρκῶς γὰρ ἡ φύσις αὐτοὺς ἐκκαθαίρει. προθεσμίαν δὲ τῆς ἐκκαθάρσεως ἔθετο διττὴν αὐτοῖς. τὴν μὲν ἑτέραν κατὰ τὴν ὥραν τοῦ ἔτους ἐν ᾗ τὴν εἰρημένην ἔκκρισιν αὐτοῖς ἄρξασθαι συνέβη, τὴν δὲ ἑτέραν εἰς ἐνιαυτὸν ἐκτεινομένην, ἀλλὰ καὶ τὴν ὀλιγοχρόνιον εἰς πέντε καὶ τεσσεράκοντα προήκειν ἡμέρας. τινὲς δὲ οὐ πέντε καὶ τεσσαράκοντα γράφουσι, ἀλλὰ τεσσεράκοντα. πολλοὺς δὲ ἐγὼ θεασάμενος οὕτω καθαιρομένους ὑπὸ τῆς φύσεως, οὐ δύο μόνον ὡρῶν τῆς κενώσεως εἶδον, ὡς οὗτος ἔγραψεν, ἀλλὰ καὶ πάνυ πολλάς. ἄλλος γὰρ ἐν ἄλλῃ προθεσμίᾳ, τελέως ἐξεκαθάρθη, τινὲς μὲν τετταράκοντα ἡμέρας, τινὲς δὲ καὶ μέχρι μηνῶν προὔβησαν, οὐκ ἴσων τὸν ἀριθμόν. εἰσὶ δὲ οἳ καὶ δι᾽ ὅλου τοῦ ἔτους παραμένον ἔχοντες τὸ σύμπτωμα.

Qui morbi securissimi & quæ eorum curatio.

TEXTVS HIPPOCR. XVII.

QVi morbi leui momento oriuntur, & quorum causæ cognitu sunt faciles, ij securissimi esse prædicantur, eorum autem curatio oppositis causæ morbi remediis molienda est, sic enim quod morbum in corpore concitauit, soluitur.

COMMENTARIVS GALENI.

CVm his illud pugnare videtur quod in Aphorismis traditum est. *Acutorũ morborũ non omnino*

Τίνα τὰ νοσήματα ἀσφαλέστατα, καὶ τίς τῶν αὐτῶν ἴησις;

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιζ΄.

Ὁκόσα δὲ τῶν νουσημάτων γίγνονται ἐξ ὀλίγου, καὶ ὁκόσων αἱ προφάσιες εὔγνωστοι, ταῦτα δὲ ἀσφαλέστατά ἐστι προσαγορεύεσθαι. τὴν δὲ ἴησιν χρὴ ποιέεσθαι αὐτέων ἐναντιούμενον τῇ προφάσει τῆς νούσου, οὕτω γὰρ ἂν λύοιτο τὸ τὴν νοῦσον παρασχὸν ἐν τῷ σώματι.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Τοῦτο μάχεσθαι δοκεῖ, τὸ κατὰ τοὺς ἀφορισμοὺς εἰρημένον. τῶν ὀξέων νοσημάτων, οὐ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προσα-

γινώσιες, οὔτε τῆς ὑγιείης, οὔτε τοῦ θανάτου. καὶ Σαβῖνος αὐτὴν πειραθεὶς λῦσαι, περιελάλησε μὲν, οὐδὲν δὲ εἶπε πιθανόν. οὕτω δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ τῶν ἐξηγησαμένων τὸ βιβλίον, δοκοῦσι δή μοι, μὴ συνηκέναι τί σημαίνει, τὸ ἐξ ὀλίγου. νομίζουσι γοῦν ἐπὶ τῶν ὀλιγοχρονίων καὶ ὀξέων, γίνεσθαι τὸν λόγον. ἔοικε δὲ οὐ περὶ τούτων λέγειν τοῦτο, ἀλλὰ περὶ τῶν ἐξ αἰτιῶν προδήλων τὴν γένεσιν ἐσχηκότων πρόσφατον, ἐξ ὀλίγου χρόνου, καὶ οὐκ ἐκ πολλοῦ κατασκευασθεισῶν. ἐπὶ τούτων γὰρ ἡ πρόρρησις τοῦ γενησομένου ῥᾴστη, ὅτι καὶ τὸ αἴτιον ὁποῖόν τε καὶ πηλίκον ἐστὶν, ἔγνωσται. ὅσα δὲ ἐκ πολλοῦ χρόνου κατὰ βραχὺ γινόμενα μηδεμίαν ἔχειν αἰτίαν προφανῆ τῆς γενέσεως, οὐχ ὁμοίως ἐπὶ τούτων ἡ πρόγνωσις ἀσφαλής. πρόσγυιοι δὲ αἰτίαι νοσημάτων εἰσὶν, ἐγκαύσεις, ψύξεις, ἀγρυπνίαι, λῦπαι, φροντίδες, ἀπεψίαι, σκληροκοιτίαι, κάματοι, μέθαι, καὶ τἄλλα τὰ τοιαῦτα. διὰ τοῦτ' οὖν καὶ τὴν ἴασιν ἔφη τῶν τοιούτων ποιεῖσθαι, διὰ τῶν ἐναντίων τῇ προφάσει τοῦ νοσήματος, οἷον εἰ ἐνεκαύθη, ψύχοντα. εἰ ἐψύχθη, θερμαίνοντα. εἰ ἔκαμεν, ἀναπαύοντα. εἰ ἤργησε παρὰ τὸ ἔθος, ἐπὶ πλέον γυμνάζοντα. εἰ ἐπληρώθη, κενοῦντα. εἰ ἐκενώθη, πληροῦντα. καθάπερ καὶ πρόσθεν εἶπε κατὰ τὴν ῥῆσιν ἧς ἡ ἀρχή. ὁκόσα πλησμονὴ τίκτει νουσήματα, κένωσις ἰῆται.

certæ sunt pronuntiationes, neque salutis neq; mortis. Sabinus dũ nodũ soluere conatur, nugatur plurimùm, nihil tamẽ quod consentaneũ esset attulit, & aliorum plerique qui librum hunc exponẽdum suscepêre. Mihi verò non videntur assequi quid ἐξ ὀλίγου sibi velit, ipsi enim arbitrantur de breuibus & acutis morbis sermonẽ haberi: cùm tamẽ ipse non videatur id voluisse, sed de his qui à manifestis causis recentẽ ortũ habent, ex breui tempore, non autẽ ex multo excitatum. In his siquidem facilis est eius quod euenturũ est prædictio, vtpote quia iã & ipsa causa qualis & quãta sit cognoscatur. At qui paulatim & lõgo tẽporis spatio fiunt, nec sui ortus apertã aliquã causam habent, in his nõ ita erit præsagatio tuta. Recẽtes verò morborũ causę sunt æstus, refrigerationes, vigilię, mœrores, curæ, cruditates, durũ cubile, lassitudines, ebrietates & id genus reliqua. Per ea ergo quæ morborũ occasionibus contraria sunt, moliendam esse curationem ait; vt si exæstuauerit, refrigerantia adhibeantur, si frixerit, calefacientia: si laborauerit vt quiescat, si in otio præter morẽ degerit, pleniùs exercitetur, si fuerit repletus euacuetur, si euacuatus, repleatur: in quem modum superiùs etiam ea parte dixit, cuius principium est: *Quos morbos repletio gignit, euacuatio sanat.*

Περὶ ψάμμων καὶ τῶν πώρων τῆς οὐρήσεως.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιη'.

ΟΚόσοισι δὲ ψαμμώδεα ὑφίσταται, ἢ πῶροι ἐν τοῖσιν οὔροισι, τουτέοισι τὴν ἀρχὴν φύματα ἐγένοντο πρὸς τῇ φλεβὶ τῇ παχείῃ, καὶ διεπύησεν. ἔπειτα δὲ ἅτε οὐ ταχέως ἐκραγέντων τῶν φυμάτων, πῶροι συνεστράφησαν ἐκ τοῦ πύου, οἵτινες ἔξω θλίβονται διὰ τῆς φλεβὸς σὺν τῷ οὔρῳ ἐς τὴν κύστιν.

De vrinæ arenulis atque lapillis.

TEXTVS HIPPOCR. XVIII.

QVibus autem in vrinis arenulæ vel lapilli subsident, iis per initia tubercula ad crassam venam enata sunt, ac suppurata; Postea verò quum ea tubercula haud ita citò erupta sunt, lapilli ex pure coalescunt qui per venam cum vrina in vesicam foràs extruduntur.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΓΕνοιτο μὲν ἄν ποτε καὶ καθ' ἣν εἶπεν αἰτίαν οὖρα τοιαῦτα. γένοιτο δ' ἂν καὶ αὐτοῦ τοῦ νεφροῦ παθόντος ὁμοίως, ἄνευ τῆς μεγάλης φλεβός. ὡς τὸ πολὺ δὲ, χωρὶς φυμάτων συμβαίνουσιν αἱ εἰρημέναι διὰ τῶν οὔρων ἐκκρίσεις, ὅταν παχὺς, ἢ γλίσχρος ἱκανῶς χυμὸς βραδεῖαν ποιούμενος τὴν διέξοδον, ὑπὸ τῆς ἐν τῷ τόπῳ θερμασίας ξηραινόμενος παγῇ.

COMMENTARIVS GALENI.

POtest quidem esse vt ea de causa quam ipse attulit, eiusccmodi vrinæ fiant: potest & pariter esse vt fiant absque vena ex affectu scilicet renis frequenter tamen huiusmodi excretiones in vrinis proueniunt etiam sine tuberculis, nempe quando crassus & satis viscosus humor tardè egrediens, ab illius loci calore exiccatus cogitur.

Τὰ τῶν φλεβῶν πεπονηκυιῶν σημεῖα.

ΡΗΣΗΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. ιθ'.

ΟΚόσοισι δὲ αἱματώδεα μόνον τὰ οὐρήματα, τουτέοισιν αἱ φλέβες πεπονήκασιν.

Venarum affectarum signa.

TEXTVS HIPPOCR. XIX.

AT quibuscunque vrinæ quidem solùm cruentæ sunt, his venæ laborarunt.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟ πεπονήκασιν, ἄδηλον ἐστὶν ἐπὶ τίνος εἴρηται. δύναται γὰρ καὶ τὸ κεκμήκασι δηλοῦν, ὡς ἐκλύτους γεγονυίας αὐτὰς, ἡμίπεπτόν τε γεννᾶν αἷμα, καὶ μεθιέναι τοῦτο ῥᾳδίως δι' ἀτονίαν, ἢ ὡς ἀλλότριον ἀποκρίνειν. δύναται δὲ κοινῶς τὸ πεπόνθασιν ἐκ τοῦ πεπονήκασι δηλοῦσθαι, μηδὲν αὐτῶν τῶν νεφρῶν πεπονθότων, ἀλλ' ἐν μόναις τῶν φλεβῶν οὔσης τῆς διαθέσεως, οὐ μὴν ὁποία τίς ἐστιν ἐκ τῆς τοιαύτης ἐξηγήσεως δηλοῦται. πρόδηλον δὲ ἐστὶν, ὡς οὔθ' Ἱπποκράτης, οὔτε Πόλυβος εἶπεν ἂν οὐρήματα, δυνάμενοί γε εἰπεῖν, ὁκόσοισι δὲ αἱματώδεα τὰ οὖρα. καὶ πολλάκις γε πάνυ τι γράφων ὁ Ἱπποκράτης οὖρα,

COMMENTARIVS GALENI.

OBscurum est qua de re, laborarunt, dixerit. Nã significare potest eas imbecilles factas vt solutis viribus semicoctum sanguinẽ generent, qui vel earũ imbecillitate facilè profluat, vel quasi res aliena ab illis excernatur. Potest pręterea cõmuniter, laborarũt significare affectæ sunt, quòd scilicet tota affectio citra renum incommodum ad solas venas pertineat: quæ tamen illa sit, haud ex hac expositione indicatur. At verò per quàm manifestum est, quòd neque Hippocrates neque Polybus vnquam οὐρήματα dixissent cùm ita dicere potuerint, quibus sanguinolenta sunt τὰ οὖρα. Alioquin enim Hippocrates frequentissimè οὖρα scripsit,

οὔρημα verò nullibi in eius scriptis inuenias. Sunt & alia multa adscripta in hoc libro quæ manifestè indicant ea neque Polybi neque Hippocratis fuisse.

Renum affectorum & arthriticorum signa.

TEXTVS HIPPOCR. XX.

Quibuscunque autem in vrina crassa existẽte carũculæ paruæ piliformes simul prodeũt, eas à renib. & ab arthritiis prodire, nosse oportet.

COMMENTARIVS GALENI.

APhorismum illum in hoc loco interpretatus est. *Quibus cum vrina crassa carunculæ paruæ aut capillis similes egrediuntur, his à renibus fit excretio.*

Vesicæ scabiosæ signa.

TEXTVS HIPPOCR. XXI.

Quibus verò vrina pura est, & aliàs, atque aliàs veluti furfures in vrina innatant, iis vesica scabiosa existit.

COMMENTARIVS GALENI.

HOc item loco eum aphorismum descripsit. *Quibus in vrina crassa furfuraceum quid excernitur, his uesica scabie laborat.*

De febre continente, quotidiana, tertiana & quartana.

TEXTVS HIPPOCR. XXII.

Plurimæ febres à bile procreantur: earũ autẽ species sunt quatuor præter eas quæ doloribus separatis succedunt. Earũ autẽ nomina sunt continens, quotidiana, tertiana, & quartana. Quæ itaque continens vocatur, ex plurima & meracissima bile prouenit, crisésque breuissimo tempore efficit: quum namq; corpus nullo tẽpore perfrigeratur, & à multo calore incalescit, celeriter colliquescit. Quotidiana post continentem à plurima bile generatur, & præ cæteris celerrimè discedit, at continente diuturnior est, tum quòd à pauciore bile procreetur, tum quòd in ea intermissionis quietem habeat corpus; At in continente nullo vnquam tempore quiescit. Tertiana verò quotidiana longior est & à pauciore bile fit: & quò longiori in ea tempore quàm in quotidiana corpus quiescit, eò diuturnior hæc febris quàm quotidiana. At quartanæ in reliquis eandem rationem obtinent, sed tertianis tantò lõgiores sunt, quantò pauciorem bilis qua calor concitatur, partem obtinent, tum quia in his corpus liberaliùs refrigeratur, iisque ab atra bile is cumulus accedit vt non nisi ægrè depelli possint. Atra namque bilis omnium qui corpori insunt humorum glutinosissima est, ac diuturnissimas stationes facit.

κατ' οὐδεμίαν λέξιν εἶπεν οὔρημα. καὶ ἄλλα δὲ πολλὰ τῶν παρεγγεγραμμένων ἐνδείκνυται σαφῶς, αὐτὰ μήθ' Ἱπποκράτους εἶναι, μήτε Πολύβου.

Τὰ τῶν νεφρῶν πεπονθότων καὶ τῶν ἀρθριτικῶν σημεῖα.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κ'.

ΟΚόσοισι δὲ ἐν τῷ οὐρήματι παχεῖ ἐόντι, σαρκία σμικρὰ τριχοειδέα συνεξέρχεται, ταῦτα δὲ ἀπὸ τῶν νεφρῶν εἰδέναι χρὴ ἰόντα, καὶ ἀπὸ τῶν ἀρθριτικῶν.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΤΟΝ ἀφορισμὸν ἐνταῦθα μετέφρασε τόνδε. ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι σαρκία σμικρὰ, ἢ ὥσπερ τρίχες συνεξέρχονται, τουτέοισιν ἀπὸ τῶν νεφρῶν ἐκκρίνεται.

Τὰ τῆς κύστιος ψωρώδεος σημεῖα.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κα'.

ΟΚόσοισι δὲ καθαρὸν τὸ οὖρον, ἄλλοτε καὶ ἄλλοτε, οἷόν γε πίτυρα ἐκφέρεται ἐν τῷ οὐρήματι, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

ΠΑλιν κἀνταῦθα τὸν ἀφορισμὸν ἐκεῖνον παρέφρασεν. ὁκόσοισιν ἐν τῷ οὔρῳ παχεῖ ἐόντι πιτυρῶδές τι συνεξέρχεται, τουτέοισιν ἡ κύστις ψωριᾷ.

Περὶ τοῦ πυρετοῦ τοῦ συνόχου, καὶ ἀμφημερινοῦ, καὶ τριταίου, καὶ τετάρτου.

ΡΗΣΙΣ ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ. κβ'.

ΟΙ πλεῖστοι τῶν πυρετῶν γίνονται ἀπὸ χολῆς. εἴδεα δὲ αὐτέων εἰσὶ τέσσαρα, χωρὶς τῶν ἐν τῇσιν ὀδύνῃσι γινομένων τῇσιν ἀποκεκριμένῃσιν. οὐνόματα δ' αὐτέων ἐστὶ, σύνοχος, καὶ ἀμφημερινὸς, καὶ τριταῖος, καὶ τεταρταῖος. ὁ μὲν οὖν σύνοχος καλεόμενος ἀπὸ πλείστης χολῆς καὶ ἀκρητεστάτης, καὶ τὰς κρίσιας ἐν ἐλαχίστῳ χρόνῳ ποιέεται. τὸ γὰρ σῶμα οὐ διαψυχόμενον οὐδένα χρόνον, συντήκεται ταχέως, ἅτε ὑπὸ πολλοῦ τοῦ θερμοῦ θερμαινόμενον. ὁ δὲ ἀμφημερινὸς μετὰ τὸν σύνοχον, ἀπὸ πλείστης χολῆς γίνεται, καὶ ἀπαλλάσσεται τάχιστα τῶν ἄλλων. μακρότερος δέ ἐστι τοῦ συνόχου, ὅτι ἀπ' ἐλάσσονός τε γίνεται χολῆς, καὶ ὅτι ἀνάπαυσιν ἔχει τὸ σῶμα, ἐν δὲ τῷ συνόχῳ οὐκ ἀναπαύεται οὐδένα χρόνον. ὁ δὲ τριταῖος μακρότερός ἐστι τοῦ ἀμφημερινοῦ, καὶ ἀπὸ χολῆς ἐλάσσονος γίνεται. ὁκόσῳ δὲ, πλείονα χρόνον ἐν τῷ τριταίῳ, ἢ ἐν τῷ ἀμφημερινῷ τὸ σῶμα ἀναπαύεται, τοσούτῳ χρονιώτερος ἐστὶ ὁ πυρετὸς τοῦ ἀμφημερινοῦ ἐστιν. οἱ δὲ τεταρταῖοι, τὰ μὲν ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον. χρονιώτεροι δέ εἰσι μάλα τῶν τριταίων, ὁκόσον ἔλασσον μετέχουσι μέρος τῆς χολῆς τῆς τὴν θέρμην παρεχούσης, τοῦ δὲ διαψύχεσθαι τὸ σῶμα, πλέον μετέχουσι. προσγίνεται δὲ αὐτέοισιν ἀπὸ μελαίνης χολῆς τὸ περισσὸν τοῦτο καὶ δυσαπάλλακτον. μέλαινα γὰρ χολὴ τῶν ἐν τῷ σώματι ἐνεόντων χυμῶν γλισχρότατον, καὶ τὰς ἕδρας χρονιωτάτας ποιέει.

γνώσῃ δὲ ἐν τῷδε, ὅτι οἱ τεταρταῖοι πυρετοὶ μετέχουσι τοῦ μελαγχολικοῦ. φθινοπώρῳ γὰρ μάλιστα ἁλίσκονται οἱ ἄνθρωποι ὑπὸ τῶν τεταρταίων, καὶ ἐν τῇ ἡλικίῃ τῇ ἀπὸ πέντε τε καὶ εἴκοσιν ἐτέων, ἐς τὰ πέντε καὶ τεσσεράκοντα. ἡ δὲ ἡλικίη αὕτη ὑπὸ μελαίνης χολῆς κατέχεται μάλιστα πασέων τῶν ἡλικιῶν, ἥ τε φθινοπωρινὴ ὥρη μάλιστα πασέων τῶν ὡρέων. ὁκόσοι δ' ἂν ἁλῶσιν ἔξω τῆς ὥρης ταύτης, καὶ τῆς ἡλικίης ὑπὸ τοῦ τεταρταίου, εὖ χρὴ εἰδέναι, μὴ χρόνιον ἐσόμενον τὸν πυρετὸν, ἢν μή τι ἄλλο κακουργῆται ὁ ἄνθρωπος.

Quod autem quartanæ febres humoris melācho lici participes ex eo quisq; nouerit: autūno enim maximè homines corripiuntur, & ea ætate quæ est ab anno vigesimo quinto ad quadragesimū quintū: tū etiā quòd hæc ætas inter alias omnes atræ bili potißimū est obnoxia, & autūnale tēpus omniū anni tēporum ad eandem aptißimū est. Si qui verò extra hoc anni tempus & eam ætatem quartana correpti fuerint, pro comperto habeas hanc febrem nisi quid aliud hominem malè habeat, minimè diuturnam fore.

ΥΠΟΜΝΗΜΑ ΓΑΛΗΝΟΥ.

Ὁμοιόν τί μοι δοκοῦσι πεπονθέναι οἱ πολλοὶ τῶν ἐξηγητῶν, ἐν οἷς ἐστὶν καὶ Σαβῖνος, τῷ νοσοῦντι μὲν ὑδερικῶς ἀνθρώπῳ, παρωνυχίαν δὲ αὐτοῦ θεραπεῦσαι φιλότιμον τὸν ἰατρὸν ἀξιοῦντι. δυοῖν γὰρ θάτερον, ἢ οὐκ ἔβλεπεν αὐτὸς, ὅπως εἶχεν ὅλως κακῶς, ἢ οὐκ ᾤετο δεῖσθαι θεραπείας. οὕτως οὖν καὶ τοὺς ἐξηγητὰς, ἢ τυφλώττειν τὸν τῆς ψυχῆς ὀφθαλμὸν νομιστέον, ἢ τὰ μὲν σμικρὰ τῶν ἐγκλημάτων ἡγεῖσθαι θεραπείας τινὸς δεῖσθαι, τὰ μεγάλα δὲ, οὐδεμιᾶς χρήζειν βοηθείας. ὥσπερ γὰρ ἐξ ὕπνου βαθέος ἐγερθέντες, ᾔσθοντο τῆς πρὸς Ἱπποκράτους μάχης, τῆς κατὰ τὴν προκειμένην ῥῆσιν εἰρημένης, τὸν ἀμφημερινὸν ὀλιγοχρονιώτερον ἀποφαινούσης αὐτῆς τοῦ τριταίου. σαφῶς εἰρηκότος Ἱπποκράτους ἐν τῷ πρώτῳ τῶν ἐπιδημιῶν, κἀν τοῖς ἀφορισμοῖς, τάχιστα κρίνεσθαι τὸν τριταῖον. οὔκουν φασὶν Ἱπποκράτειον εἶναι τὸ βιβλίον, ὡς καὶ φανερῶς ψευδοῦς ὄντος τοῦ λεγομένου, καὶ διαφερομένου τοῖς ἑτέρωθι γεγραμμένοις ὑφ' Ἱπποκράτους. εἰ γὰρ ἐν τούτῳ μόνον ψευδόμενόν τε ἅμα καὶ μαχόμενον Ἱπποκράτει, τὸν προσγράψαντα τὰ μεταξὺ, κατενόησαν, ἐοίκασι τῷ τὴν παρωνυχίαν ὁρῶντι, τὸ δ' ὅλον σῶμα μὴ βλέποντι κάκιστα διακείμενον. ὁ μὲν γὰρ ἀγνοήσας τὸν ἀμφημερινὸν τοῦ τριταίου χρονιώτερον εἶναι, ἐνδείκνυται μὲν ἑαυτὸν οὐκ εἶναι τρίβωνα τῶν ἔργων τῆς ἰατρικῆς. οὐ μὴν ἐξ ἀτονίας γέ τινος ἀναισχύντου τὸ ψεῦσμα διέπλασεν, ἀλλ' ἐκ πιθανοῦ λόγου κινηθεὶς, καὶ μάλιστα ἐπειδή τισι τῶν παλαιῶν, ὧν καὶ Πλάτων ἐστὶν, ἐδόκει τοὺς μὲν συνεχεῖς πυρετοὺς, ἐξ ὑπερβολῆς τοῦ πυρὸς γίνεσθαι. τοὺς δὲ ἀμφημερινοὺς, ἀέρος, καὶ τριταίους μὲν, ὕδατος, τεταρταίους δὲ, γῆς. ἡ γάρ τοι τοῦ Πλάτωνος ῥῆσις αὐτοῖς ὀνόμασιν οὕτως ἔχει. τὸ μὲν οὖν ἐκ πυρὸς ὑπερβολῆς μάλιστα νοσῆσαν σῶμα, συνεχῆ καύματα, καὶ πυρετοὺς ἀπεργάζεται. τὸ δὲ ἐξ ἀέρος ἀμφημερινοὺς, τριταίους δ' ὕδατος, διὰ τὸ νωθέστερον ἀέρος καὶ πυρὸς εἶναι. τὸ δὲ γῆς, τέταρτον ὂν, νωθέστατον τούτων, ἐν τετραπλασίαις χρόνου περιόδοις καθαιρόμενον, τεταρταῖον πυρετὸν ποιῆσαν, ἀπαλλάττεται μόγις. εἴπερ οὖν ὁ Πλάτων τὸ νωθέστατον στοιχεῖον, ὅπερ ἐστὶν ἑδραιότατόν τε καὶ δυσκινητότατον, ἐν τετραπλασίαις χρόνου περιόδοις ἐκκαθαίρεσθαί φησι, πιθανὸν ἔδοξαν εἶναι, καὶ τἆλλα διαφέρειν ἀλλήλων κατὰ τὴν αὐτὴν ἀναλογίαν, ὡς γέγονεν ἐφεξῆς τε τῷ γεώδει στοιχείῳ, τοῦτο δ' ἂν ὕδωρ εἴη, τὴν ἐφεξῆς τῇ τετάρτῃ περιόδῳ γεννᾷν. τὸ δὲ τούτου πάλιν ἐφεξῆς, ὅπερ ἐστὶν ἀὴρ, τὴν ἀμφημερινήν. τὸ δὲ ὀξυκινητότατον, ὅπερ εὔδηλον ὅτι τὸ πῦρ ἐστιν, ἐργάζεσθαι τὸν συνεχῆ πυρετόν. ἀλλὰ τούτου πιθανώτερός ἐστιν ὁ λόγος ὁ τῷ φύσει θερμῷ στοιχείῳ, τουτέστι τῷ πυρὶ, τὴν αἰτίαν ἀνατιθεὶς τῆς γενέσεως αὐτῶν. οὐ γὰρ εὔλογον ὑπὸ τοῦ ψυχροῦ στοιχείου πλεονάσαντος ἐν τῷ σώματι, τὸ θερμότατον πάθος γίνεσθαι.

COMMENTARIVS GALENI.

Plerique expositores, in quibus posuerim Sabinum, illum mihi imitari videntur, qui cùm aqua inter cutem laboraret, medicum exposcebat vt suam diligenter reduuiam curaret, alterutrum sanè erat, aut is se vniuerso corpore laborare non animaduertebat, aut putabat curationem non requirere. Pari modo & expositores, aut oculis animi cæcutiunt, aut arbitrantur leuioribus quidem erroribus esse consulendum, maioribus verò nullum esse remedium adhibendum. Hi quasi ex profundo excitati somno, sentiunt tandem quàm ea quæ in hac parte tradita sunt, nempe quotidianam esse tertiana breuiorem, cum Hippocratis sententia pugnent, qui in primo Epidemiorum libro necnon in Aphorismis apertè protulerit tertianam celerrimè iudicari, & proinde aiunt librum hunc non esse Hippocraticum, cùm & falsa contineat, & quæ ab his quæ alibi scripta ab Hippocrate sunt, discrepent. Quippe si in hac tantummodo re putant hunc qui ista quæ libro huic inserta sunt, adscripsit, tum mentitum fuisse, tum etiam Hippocrati refragari, similes illi sunt qui reduuiæ attendit, corpus verò vniuersum esse pessimè affectum non aduertit. Quem enim latet quotidianam esse tertiana longiorem, is se in operibus medicinæ parum esse exercitatum prodit. Porrò ille non tam ex impudenti stupiditate mendacium id effinxit, quàm probabili ratione motus, eò magis quòd inter antiquos nonnulli fuēre in quibus est Plato qui sensēre continuas febres ex ignis excessu gigni, quotidianas aëris, tertianas aquæ, quartanas terræ. Platonis verò hæc sunt verba. *Itaque corpus quod ex ignis abundantia laborauit, continuos feruores & febres efficit; quòd verò ex aëris, quotidianas: at ex aquæ tertianas, vt quæ igne & aëre sit tardior: quartum autem cùm ex terra sit, omnium lentißimum est, & quadruplicibus temporis circuitibus purgatur, quartanam efficiens ægrè remouetur.* Igitur cùm Plato elementum pigerrimum quod & firmissimum est & admotum difficillimum, quadruplicibus purgari dicat circuitibus, verisimile ipsis visum est alia quoque eadem inter se proportione differre, qua genita sunt vt quod subinde sequitur terrestre elementum, vtpote aqua, circuitum etiam quaterno proximum producat. Item quod huic consequens est, qui aër est, quotidianam. quod verò citissimè mouetur, id autem planè ignis est, febrem parit continuam. Probabilior tamen ea ratio est quæ causam ortus ipsarum in calidum natura refert elementum, id est ignem. Neque enim consentaneum est affectum calidissimum à frigido dominante elemento in corpore gigni,

congruum ſanè eſt calidum affectum ex redundantia elementi calidioris excitari. Diſcrepant autem mutuò febres ſuis ipſis differentiis, quas in quantitate cauſæ ponas. Quòd ſi conceſſerimus, febris quæ continentiſſima iuxtáque & calidiſſima eſt, à plurimo igne proficiſcetur. Quòd huic continens eſt, ſecundum ſibi vendicabit in qantitate locum, tertium tertiana, quartum quartana. Solutiones quoque earum erunt cauſis conſequentes, calidiſſimæ quidem febris, citiſſimæ. Ab his verò temporis ſpatio ſecundum ordinem habent quotidianæ, tertium tertianæ, quartum quartanæ: ita vt ſi ad probabilitatem reſpicias, hæc ſanè erunt rectè pronuntiata: hanc verò rationem rerum ipſarum explanatio conuicit. At in ſuperiori venarum anatome eius author nulli innixus probabili argumento non ſemel, aut bis, aut ter, ementitus eſt, ſed ſæpiſſimè: vt neque vnum quidpiam in illis inuenias quod vel caſu rectè ſit expoſitum. vnde mirabile profectò eſt quòd in nullo eorum authorum qui omnia hæc à libro de natura humana vſque huc conſcripſit, accuſauerit vnquam, in præſentiarum accuſet ita vt ob hoc non ampliùs illi videatur liber hic fuiſſe Hippocratis. Porrò & id mirandum eſt quòd Sabinus & alij plerique expoſitores ſuperioribus omnibus ſemper applauſerint, aſſerentes hoc quidem mirificè fuiſſe ab homine dictum, illud verò ſumma cum felicitate, aliud diuinè, nunc autem eorum omnium obliti ex vna tantùm contradicendi occaſione, ſtatim cœperit illis videri hic liber non eſſe ampliùs Hippocratis, ipſúmque in Polybum transferunt. Quaſi ipſi Aphoriſmos legerint atque etiam primum Epidemiorum librum, non legerit autem Polybus, quem fieri nequit cùm Hippocratis diſcipulus fuerit, non ſæpiſſimè ab eo de febrium differentiis audiuiſſe, & non rarò etiam eius libros relegiſſe. His accedit quod viderat & ipſe in ægris tertianam citò iudicari, quotidianam verò longiori tempore perdurare. Nam neque in eis ponendus eſt Polybus qui Alexandriæ diuinabant, ij nullo vnquam vel viſo ægrotante in ſcholis verſabantur, nihil vnquam quod ſanum eſſet dicentes, neque ea etiam quæ in ægrotis clariſſimè apparere animaduertunt qui in arte exercitati ſunt. Vnde is horum author aut ſophiſtes fuit, aut veterator vt videtur: quippe qui vt notam aliquam ſeni inureret, falſa libro annexuit: Nam iuniorem illum fuiſſe qui hæc tradidit litteris, nomen σύνοχος argumento eſt. Neque enim vnquam Hippocrates vel ex antiquis alius continuam febrem σύνοχον appellauit, ſicuti neque vrinas οὐρήματα. Sunt ſanè vocabula iſta medicorum recentiorum qui linguam antiquorum ignorarunt. Quare hæc miſſa faciamus quæ ſuppoſititia ſunt, & ad librum de victu ſalubri, quem Polybi fuiſſe aiunt, accedamus.

A τοίνυν εὔλογον μὲν ἐστι, τῇ θερμοῦ στοιχείου τῇ πλεονεξίᾳ, θερμὸν γίνεσθαι πάθος. ἀλλήλων δὲ διαφέρουσιν οἱ πυρετοὶ ταῖς αὐτῶν διαφοραῖς, ἃς τῷ ποσῷ τῆς αἰτίας ἀνατίθεσθαι προσήκει. τοῦτο δ' εἰ συγχωρήσομεν, ὁ μὲν συνεχέστατος καὶ θερμότατος πυρετὸς, ὑπὸ πλείστου γενήσεται πυρός. ὁ δὲ ἐφεξῆς αὐτῷ, δευτέραν ἔχει χώραν ἐν ποσότητι, καὶ τρίτην μὲν ὁ τριταῖος, τετάρτην δὲ ὁ τεταρταῖος, αἵ τε λύσεις αὐτῶν ἀκολούθως ταῖς αἰτίαις ἔσονται. τάχισται μὲν αἱ τοῦ θερμοτάτου πυρετοῦ. δεύτεραι δὲ κατὰ τὸν χρόνον αἱ τῶν ἀμφημερινῶν, καὶ τρίται αἱ τῶν τριταίων, καὶ τέταρται, αἱ τῶν τεταρταίων· B ὥστ' ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ πιθανῷ καλῶς εἴρηται ταῦτα. τὸ δὲ ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἱστορίας, ἐλέγχει τὸν λόγον. ἐπὶ δὲ τῆς προγεγραμμένης τῶν φλεβῶν ἀνατομῆς, οὐδὲν ἔχων εἰπεῖν πιθανὸν ὁ συνθεὶς αὐτήν, οὐχ ἓν, ἢ δύο, ἢ τρία φαίνεται ψευσάμενος, ἀλλὰ πάνυ πολλά, πρὸς τὸ μηδὲ κατὰ τύχην ἕν τι τῶν ἐν αὐτοῖς ἀληθῶς εἰρῆσθαι. θαυμαστὸν οὖν ὅπως ἐπ' ἐκείνων μὲν οὐδὲν ἐμέμψατο τῷ γράψαντι, τὰ μετὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου μέχρι δεῦρο πάντα, νυνὶ δὲ μέμφεται, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῷ οὐκέτι δοκεῖ τὸ βιβλίον Ἱπποκράτους εἶναι. Σαβίνου δὲ, καὶ τῶν πλείστων ἐξηγητῶν, ἔτι καὶ τοῦτ' ἄν τις θαυμάσειεν, ὅτι τὰ προγεγραμμένα C πάντα ἐπαινοῦντες ἀεὶ θαυμασίως εἰρῆσθαι, τὸ δέ τι τἀνδρί, καὶ δαιμονίως, τὸ δέ τι, καὶ θείως, τὸ δέ τι· νῦν ἐξαίφνης μὲν ἐκείνων ἁπάντων ἐπελάθοντο. διὰ μίαν δ' ἀντιλογίαν, οὐκέτ' αὐτοῖς Ἱπποκράτους εἶναι τὸ βιβλίον δοκεῖ, ἀλλὰ μετακινοῦσιν ἐπὶ Πόλυβον, ὡς αὐτοὶ μὲν ἀνεγνωκότες τοὺς ἀφορισμοὺς, καὶ τὸ πρῶτον τῶν ἐπιδημιῶν, οὐκ ἀνεγνωκότος δὲ ταῦτα Πολύβου, ὃν ἀδύνατον ἦν μαθητὴν Ἱπποκράτους ὄντα, μὴ οὐ πολλάκις μὲν ἀκηκοέναι παρ' αὐτοῦ περὶ τῆς διαφορᾶς τῶν πυρετῶν. ἀνεγνωκέναι δὲ οὐκ ὀλιγάκις αὐτοῦ τὰ D συγγράμματα, σὺν τῷ καὶ αὐτὸν ἐπὶ τῶν ἀρρώστων τεθεᾶσθαι ταχυκρίσιμον μὲν τὸν τριταῖον, χρονίζοντα δὲ τὸν ἀμφημερινόν. οὐ γὰρ δὴ τῶν ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας προφητευσάντων, εἷς τις ἦν ὁ Πόλυβος, οἱ μηδένα πώποτε θεασάμενοι νοσοῦντα, σχολαστικοῖς ἐπέτριβον, οὐδὲν ὑγιὲς λέγοντες, οὐδ' ὧν οἱ τρίβωνες ὁρῶσι, φαινομένων ἐναργῶς ἐπὶ τῶν ἀρρώστων. ὥστ' ὁ ταῦτα γράψας, ἤτοι σοφιστὴς ἦν, ἢ πανοῦργος ἄνθρωπος ὡς ἔοικε, παραγράψας τὸ ψεῦδος, ἕνεκα τοῦ προστρίψασθαι ψόγον τῷ παλαιῷ. τοῦ δὲ νεώτερον εἶναι τὸν παραγράψαντα ταῦτα, καὶ ἡ τοῦ συνόχου προσηγορία τεκμήριόν E ἐστιν. οὐδαμόθεν γὰρ, οὔθ' Ἱπποκράτης, οὔτε τις τῶν παλαιῶν τὸν συνεχῆ πυρετὸν ὠνόμασε σύνοχον, ὥσπερ οὐδὲ οὐρήματα τὰ οὖρα, ἀλλὰ ταῦτα ὀνόματα νεωτέρων ἐστὶν ἰατρῶν, ὅσοι τὴν παλαιὰν λέξιν ἠγνόησαν. ἀπολιπόντες οὖν ἤδη τὰ παραγεγραμμένα ταυτί, μεταβῶμεν ἐπὶ τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, ὃ Πολύβου φασὶν εἶναι σύγγραμμα.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΧΥΜΩΝ.

GALENI DE HVMORIBVS LIBER.

seu de tempestiua humorum medicatione.

Ὅπερ ἐν κόσμῳ στοιχεῖον, τοῦτο ἐν ζώοις χυμός, ὥσπερ δὴ καὶ ἐν χρόνῳ καιρός. οὐ παντελῆ ταυτότητα, ἢ ὁμοιότητα ἔχοντα. ἀλλὰ μὴν ταῦτα ταῖς δραστικαῖς τε καὶ παθητικαῖς ποιότησιν, αἷς ταῦτα τὸ εἶναι ἔχει, καὶ συντεθέντα ἐστί, καὶ ἀρχαὶ τῶν ἐν ἡμῖν, διενηνοχότα δὲ ἀλλήλων, καὶ πολλοῖς μὲν ἄλλοις, καὶ αὐτοῖς τοῖς ὀνόμασιν. αὐτίκα γὰρ στοιχεῖα μὲν ὁ κόσμος ἐξ ὧν, ἀήρ τε καὶ πῦρ, καὶ ὕδωρ, καὶ γῆ. καιροὶ δὲ δι' ὧν ὁ χρόνος, ἔαρ, καὶ θέρος, καὶ χειμών, καὶ φθινόπωρον. χυμοὶ δὲ χολή, καὶ αἷμα, φλέγμα τε, καὶ ἡ μέλαινα, ἐξ ὧν τὰ ζῶα συνέστηκε, καὶ ὁ ἄνθρωπος. ὑγρότητι δὲ πάντα συγκέκραται καὶ θερμότητι, ξηρότητί γε καὶ ψυχρότητι. αἷμα γὰρ μὲν καὶ ἀήρ, καὶ μὲν δὴ καὶ τὸ ἔαρ, ὑγρὰ καὶ θερμά, κἂν ἄλλοις ἄλλως περὶ τοῦ ἀέρος δοκῇ. χολὴ δὲ ἡ ξανθή, καὶ θέρος, καὶ πῦρ, θερμὰ καὶ ξηρά. μέλαινα δέ, καὶ γῆ, καὶ φθινόπωρον, ξηρὰ καὶ ψυχρά. φλέγμα δὲ καὶ ὕδωρ, ἀλλὰ δὴ καὶ χειμών, ψυχρὰ καὶ ὑγρά. ἑνοῦται δὲ καὶ πρὸς ἑαυτὰ χυμὸς καὶ στοιχεῖον, καὶ καιρός, καὶ διίσταται. ἀὴρ γὰρ καὶ πῦρ διενήνοχε τῇ ξηρότητι καὶ ὑγρότητι, ἑνοῦται δὲ θερμότητι. πῦρ δὲ καὶ γῆ, τῇ ψυχρότητι καὶ θερμότητι. ξηρὰ δὲ πάντως ἀμφότερα. ὥσπερ γῆ καὶ ὕδωρ ψυχρά, διίσταται δὲ ξηρότητι καὶ ὑγρότητι. ὕδωρ τε καὶ ἀήρ, ὑγρὰ μέν, θερμότητι δὲ καὶ ψυχρότητι διαφέρετον. οὕτω καὶ χυμοὶ καὶ καιροὶ συνίστανται, καὶ ἀλλήλων διίστανται. καὶ τὴν καλουμένην φιλεχθρὸν μίξιν ἀποτελοῦσιν. ἀλλὰ τὰ μὲν στοιχεῖα τὰ αὐτὰ πάντως εἰσί, καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ἕκαστον μένει τόπῳ· καὶ τῇ πρὸς ἄλληλα μεταβολῇ τὴν διαμονὴν ἔχει, καὶ τῇ ἀναλόγῳ ἐφ' ἧ προνοητικῷ τινι λόγῳ τρεφομένων, καὶ καιρὸς ὡσαύτως ταῖς πρὸς νότον καὶ βορρᾶν τοῦ ἡλίου κινήσεσι γίνεταί τε καὶ λέγεται. χυμοὶ δὲ οὐχ ὡσαύτως, οὐδ' οἱ αὐτοὶ πάντη εἰσίν, ἀλλὰ διενηνόχασιν ἀλλήλων, καὶ τόπῳ, καὶ χροιᾷ, καὶ δυνάμει, συστάσει τε καὶ ποιότητι. καὶ μεταβάλλειν μὲν ἀνάγκη καὶ τοὺς χυμούς, ὥσπερ δὴ καὶ τὰ στοιχεῖα μεταβάλλει πρὸς ἄλληλα. οὐκ ἀεὶ δὲ τὸν αὐτὸν διατηρεῖν τρόπον τῆς μεταβολῆς, οὐδ' ἐπίσης αὔξειν αὐτούς. ἀλλ' ἐνίοις μὲν ἀπὸ τοῦ γεώδους εἰς τὸ ὑδατῶδες τάξει τινί, καὶ ἀπ' ἐκείνου εἰς τὸν ἀερώδη, ἀφ' οὗ εἰς τὸ πυρώδη γίνεται ἡ μεταβολή.

συνθετά τε

μὲν deest in MS.

A QVOD in mundo elementum, id in animalibus humor; quemadmodum & in anno tempestas. Non autem omnino eadem, aut similia sunt, sed hæc quidem & actiuis & passiuis qualitatibus, à quibus eadem essentiam habent. Et composita atque eorum quæ nobis insunt principia existunt. Differunt autem inter se, & multis rebus aliis, etiam ipsis nominibus. Primùm enim elementa ex quibus constat mundus, sunt aër, ignis, aqua, & terra. Tempestates autem ex quibus annus constituitur ver, æstas, hyẽs, atq; autumnus. Humores verò sunt bilis, sanB guis, pituita, & humor melãcholicus, ex quibus animãtia componũtur, & homo. Omnia autẽ humiditate, calore, siccitate, & frigore contemperantur. Sanguis enim & aër, & ver sunt calida & humida: licet aliis aliter de aëre videatur. Bilis autem flaua, æstas, & ignis sunt calida, & sicca. Humor verò melancholicus, terra, & autumnus sicca & frigida sunt. Pituita autem, & aqua, hyems quoque frigida sunt & humida. Conueniunt autem & inter se humor, elementum ac tempestas, atque etiam differunt. Aër enim, & ignis siccitate & humiditate differunt, calore verò vniuntur. Ignis etiam & terra C frigore & calore *dissentiunt*, vtraque autem sicca omnino sunt: quemadmodum terra & aqua, frigida: siccitate autem, & humiditate distant. Aqua denique & aër, humida quidem sunt, calore autem ac frigore differunt. Sic humores & tempestates inter se & conueniunt, & discrepant. Atque eam mixtionem quam odiosam nominant, perficiunt. Sed elementa quidem, *per se* ipsa omnino sunt, & eorum quodque in eodem permanet loco; & in assidua vnius in alterum permutatione, permansionem habent, alimentóque prouido cuidam eorum quæ nutriuntur rationi consono. Atque etiam tempestates eodem modo solis ad austrum & Borean motionibus fiunt & D appellantur. Humores verò non eodem modo neque ijdem omni ex parte sunt. verùm & loco, & colore, & facultate, & consistentia, & qualitate inter se differunt. Atque necesse quidem est mutari humores, quemadmodum & elementa inter se mutantur; non autem eos eundem semper mutationis modum, neque æqualiter incrementum seruare. Sed in nonnullis quidem, à terreo in aqueum ordine quodam, & ab eo *aqueo* in aëreum, à quo in igneum fit mutatio.

Notæ ex Piccolhomini commentariis

+ inscriptio cod. græci habet Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ χυμῶν Ἱπποκράτους ἢ περὶ καιρῶν. sed hæc inscriptio falsa est; quippe in illo libro, nullam reperias Hippocr. sententiam, ex iis quæ postea, ~~quæ~~ ejus libro de humoribus, explicari. præterea dicendi genus quo galenus utitur in hoc libro, satis indicat eum non esse commentarium; ~~est enim~~ ~~brevis, maxime et concinnus, et~~ singulæ periodi, aphorismi videntur, quando quidem res ipsæ solum ponuntur, nulla demonstratione adhibita.

hoc libro gal. veram de humoribus cognitionem tradere nititur.

Dubitant multi an hic liber sit gal. qd dicendi genus, sic maxime breve atq. concisum, cum tamen galenus in dicendo soleat esse amplus et copiosus. nonnulla in hoc libro traduntur, contraria illis placitis, quæ extant in his libris quos omnes fatentur galeni esse. nam hic ponit sanguinem et ver esse calida et humida, cum tamen in libris de temperamentis eadem fecerit temperata. ad has objectiones respondent 1° totum parvum et multos alios gal. libros, concise et breviter esse scriptos. 2° nullum placitum in hoc libro poni quod non reperiatur in aliis libris Galeno adscriptis. sic in libris de facul. nat. sanguinem calidum et humidum facit. præterea gal. in fine 2i de fac. nat. aperte dicit se librum de humoribus scripsisse.

o elementum juxta Aristo. 5° metaphys. est id ex quo fit aliquid, cui inest; et est individuum secundum speciem. nam si ex eo aliquid non fiat, nullius rei elementum esse poterit. omne enim elementum pertinet ad genus causæ quæ materialis vulgo nominatur, materia vero omnis, inest in re, cujus materia est. nam si id ex quo fiat aliquid, in re jam effecta non remaneat, sed pereat, habet rationem principii non autem materiei, et ad privationem pertinet. materia autem a privatione differt, quod materia remaneat in re absoluta. primo vero minime. verum quoniam materia prima nullam suapte natura formam habet propriam, elementum proprie dici non consuevit; omne enim vere ac proprie elementum, aliquid actu est; neq. etiam materia tertia vel quarta, quæ in priora corpora resolvuntur, et ex prioribus corporibus constituta sunt, elementa vere dici possunt, sed tantum prima corpora ex quibus reliqua constant, hoc sibi vendicare videntur, ut elementa sint: idcirco in elementi definitione dicebatur, illud individuum esse secundum speciem. neq. etiam alia materia, posterioris primis corporibus, individua sunt secundum speciem, cum possint in prima corpora dissolvi. quapropter ignis, aer, aqua, et terra proprie elementa sunt dicenda. non negotamen quod Aristo. sæpe primam materiam elementum vocitet. sed latrinime aliquando elementi nomen accipit. duplex enim est elementum alterum incorporeum, quali est prima materia, alterum corporeum, quod proprie elementum dici solet, qualia sunt ignis, aer, aqua, et terra.

oo humor, juxta gal., est elementum animantium sanguine præditorum. humores vero elementis et temporibus confert merito. nam ignis est elementum summe calidum et siccum, et æstas est anni pars calida et sicca. bilis flava est humor calidus et siccus. eodem quoque modo aer est elementum summe calidum et humidum. ver est anni pars calida et humida sanguis est humor calidus et humidus. similiter aqua est elementum summe frigidum et humidum. hyems est anni pars frigida et humida. pituita est humor frigidus humidus. deniq. terra est elementum summe siccum et frigidum. autumnus est pars anni sicca et frigida. bilis atra est humor siccus et frigidus.

(A) qualitates duplices sunt. primæ et secundæ. primæ calor frigus, humor et siccitas sunt primæ qualitates, quas hic gal. appellat qualitates agentes, et patientes, i.e. principia actionis et passionis, quam interitus aliquis necessario comitatur. qualitates secundæ sunt gravitas, levitas, mollities, et cetera generis ejusdem

(B) humores, elementa, nec tempestates essentiam a quatuor prædictis qualitatibus non habent. sed ab illis habent, et ut adventitio quodam modo perficiuntur, etiam ab aliis evidentissime intelligantur. sed quoniam quæ vis forma essentialis tum sanguinis, tum pituitæ reliquorumque humorum nos latet, qualitates vero illorum agentes et patientes nobis cognitæ sunt, idcirco factum est, ut humores ab illis qualitatibus essentiam obtinere galenus pronunciaverit.

Hæc versio, aut potius paraphrasis libri galeni, ex manuscripto biblioth. regiæ excerpta est, qui 16 sæculo scriptus.

150 b.

Galeni in Hippocratem de Humoribus vel de Tempestiva humorum medicatione, opus,

interprete et illustratore Nicolao Vigero Melodunensi φιλιάτρῳ.

Quemadmodum ad orbis totius fabricam communia illa rerum omnium elementa[o], sic ad animantium corpora succi humores[oo] hodie dicti, ita demum ad universi temporis naturam, vicissitudinaria singularum ejusdem partium constitutio variæque tempestates se habent. non quod reapse eadem (si essentiam antedictorum trium spectes) aut (si mavis qualitatem) omnimoda similitudine invicem cohæreant; eoque prorsus nomine juste veniant conferenda. sed activis quidem et passivis qualitatibus[A] eadem cum sint (a quibus essentiam[B] interius obtinent, et eorum quæ ab his in nostro corpore[c] coaluisse spectantur, prima existunt initia) differunt sane, cum aliis in rebus multis, tum vero ipsis nomenclaturis.

Quandoquidem universi[d] elementa, ignis, aer, aqua, terra, uno omnium ore, et consensu dicuntur: at tempestates in quas tempus ipsum distribuitur, veris, æstatis, autumni, et hyemis nomina passim obtinere visuntur. ipsi denique humores, concordi omnium ore, nec abs re, flava[e] bilis, pituita, sanguis, melancholia nuncupantur: ex quorum coitione cætera animantia, maxime vero ipsi homines conflantur, et componuntur.

Porro antedicta omnia hac humiditate, siccitate, caliditate, et frigiditate temperata cum sint, sanguis quidem et aer, atq. etiam ver humida sunt et calida: idq. constanter affirmare ausim, et si nonnullis aliter de aere visum sit. gemina autem bilis, flava quidem ut æstas[f], et ignis, tum sicca tum calida: nigra ~~vero~~, in animalium humoribus ut terra, in rerum elementis, et autumnus in temporum occasionibus, frigida siccaq. existit. pituita deniq. et aqua. immo vero et hyems frigida et humida esse, vel ipsa luce manifestius comperiuntur.

Adde et id, ut ex quadruplici præfatorum elementorum classe symbola quædam sunt, quædam rursus asymbola, i.e. invicem partim consona, partim dissona: sic non in humoribus modo, sed et temporibus, viro optimo philosophandum. nam aër et ignis sicco et humido cum differant, calido conveniunt. ignis et terra, frigore et calore dissentiunt, sicca autem utraq. cum sint in eodem conspirant. quemadmodum terra et aqua, frigida utraq. cum sint, consentiunt in frigiditate: differunt autem siccitate, et humiditate. at aqua et aer humida cum sint, calore et frigore dissident.

Conformiter et tempestates et humores, penes antedictarum, tum activarum, tum passivarum qualitatum vires, partim consentire, partim dissentire ad invicem[g] manifesto videntur: ut miscellam quamdam efficiant ex dividentium[h] unione (quæ Græcis φιλέχθρος μίξις appellatur) consurgentem. ipsorum rursus elementorum unumquodq. licet idem interim manens, pari in loco sedem habeat, fere tamen assidua unius in alterum permutatione, ut quodamtenus degenerent: re vera tamen interim foventur ac permanentiam habent, alimento interim ad proportionem ipsi[i] dito respondente: quod me hercule a certa quadam et diviniori providentiæ[k] ratione contingere videtur. jam vero tempestates, seu partes anni variæ pro ipsa solis, austrum vel boream versus motione vicissim tum fiunt, tum appellantur. non itidem plane de humoribus nostratibus censendum. neq. enim iidem plane sunt, quin et manifestissime inter se dissident, tum loco, tum calore, tum facultate tum consistentia et qualitate ut invicem transmutari[l], ut communia elementa, sic et nostri corporis humores, cum necessum sit: neq. eamdem mutationis rationem et modum servare neq. item humores ipsos, ex æquo semper augeri necesse est. licet enim quamplurimos ex terreo in aquosum mutari videre sit, idq. certo naturæ ordine et ex aquoso in aereum

(c) προσυφέστα quod composita significat συνυπεφέντα i.e. componentia legendum putat Piccholomini, et hic de contentis et continentibus agi existimat. sed nihil mutandum.

(d) στοιχεῖα μὲν ἐξ ὧν ὁ κόσμος legendum putat Picchvlomini

(e) flava inutilis est vox nam galenus com. 5. in lib. 6. Epid. nec non hic et passim alibi dicit χολὴν absolute et absq. alia adjectione, pallidam, rarius flavam esse intelligendam Picch.

(f) æstas est calida et sicca, in regione secundo modo temperata, semotis influentiis et etiam accidentibus inferioribus quæ pluviosam æstatem reddunt, et tunc pestis grassabitur.

(g) observandum ἀλλήλων id. inter se, non significare conferendos esse, humores cum temporibus, aut has cum illis, sed humores inter se comparandos esse, eodemq. modo tempestates inter se, ut humores inter se conspirant, et discrepant. nam bilis cum sanguine calore convenit (si sanguinem calidum ponamus) utrumq. enim calidum est: et cum humore nigro siccitate, cum ambo sint sicca. a sanguine autem differt, quia bilis flava est sicca, sanguis autem penitus humidus: a succo vero nigro quia hic frigidus, illa calida existit.

(h) in mixtione quavis, remanent actu qualitates primæ, refractæ tamen viribus, sinq. mixta ea temperatione, quæ mixtioni conveniat. cum ergo hoc modo in mixtis sint elementa quæ ita contraria sunt, ut eorum pugna et discordia numquam cesset, hoc odium perpetuo duret, et unumquodq. reliqua omnia in suam naturam convertere nitatur, fit ut merito veteres mixtionem ex elementis conflatam, appellarint φιλέχθρον i. odiosam, invidia ardentem, et inimicitiarum plenam. illud autem elementum in mixto existens suum contrarium vincet, quod adjuvabitur a sui simili externo. ut si calidum externum sit vehementissimum, adjuvabit ita calorem in mixto existentem, ut frigus, quod in eodem inest, superet: contra vero, si frigus externum fuerit validum maxime.

(i) per quamdam metaphoram elementa dicuntur ali et augeri, nullum enim alimentum alitur, sed generatur, aut potius elementorum inter se perpetua est mutatio.

(k) providentia est ἐντάξια i. optimus rerum ordo, in fines per idonea media, in mente summi principii dei constituta.

(l) hoc sumi debet, proportione elementi, sic particula quædam terræ, potest verti in quodlibet aliud elementum, sive aquam, sive aerem, sive ignem.

a quo rursus in igneum transitus tandem fiat: in nonnullis tamen interturbato eo ordine a flegmate conversionem fieri in bilem flavam, ut a sanguine in melancholiam videre est.

Testis hujus rei vel locupletissimus[a]: terreus[b] sanguis et melancholicus esse potest; nec non et salsa pituita, quae sane et ipsa proxime ad glasteam[c] bilem accedit, adeoque in ipsam facile transmutabilis. apparet autem et bilis quaedam tum pituitosa, tum mucosa atque sanguis ejusmodi: exemplo vel promptissimo ab hydropicis et cachecticis ducto. haud dissimili admodum forma in calidioribus, siccioribusque naturis apparere solet flava illa bilis alterutrius humoris mixti nequaquam particeps, idque si perperam coxisse subjectorum ventriculos contigerit. atque hisce non coquentibus, necnon id genus cruditate laborantibus, etiam porracea bilis gignitur. nempe quam vomitione rejici, atque alvi dejectione vacuare facile cuique apparet. atque pro ordine mutationum fere procedit ordo victoriae humorum contra quam fiat in his, quae post[d] hanc victoriam et succorum dominatum mutantur.

Augescit autem, dominatumque plus minus ve sumit in alio alius, alias atque alias humor. pro certa non modo temperie, sed et varia anni parte, regione, aetate, et victus ratione generatus, quanquam et in omnibus omnes, necdum statis periodis[e] et temporibus tum gigni, tum augeri possint. per aestus[f] siquidem augetur amara bilis, aetate[g] praesertim temperamento, atque ipsa diaeta illi ad similem proportionem respondentibus. his inquam potissimum ac rebus quoque externis conformiter habentibus. etenim curae seu solicitudines, iracundia, moeror, laboriosa exercitatio, vigiliae, inedia et egestas copiosiorem bilis flavae progressum cumulant. quemadmodum contra somnus, aquae potus, marinarum rerum, caeterorumque id genus humidiorum, tum crassorum tum viscidorum esus, pituitosum succum multum congerunt. rursus volatilium[h] carnes, ova, omnia denique coctu facilia et euchyma, sanguineum succum ingeminant. nisi forsan universalis aut particularis quaedam totius aut partium, atque adeo individua peculiarisque naturae coquentis proprietas intercedat, nempe quae alimentum alioqui laudabile et optimum suopte genio pervertat ac labefactet. consimiliter et de melancholico, quin etiam et de mixtis inter se confuseque implicitis humoribus censendum, qui pro varie mixto ciborum quotidiano usu, etiam consentanea veluti miscellanea jure optimo consequentur.

jam vero increscit sanguis in adolescentiore, aut potius puero, quae causa est, ut saltandi, choreas ducendi, et ludendi insano quodam amore detineatur. bilis vero in juvene[i] abundans, iracundum ipsum, animosum, et acerbum reddit. at in ei qui jam confirmata, et constanti est aetate, atra bilis abundat: teterrimus scilicet hic humor et cujus in quacunque particulam irruperit, cohiberi furia haud facile potest, vixque[k] mutatur, adeo melior tandem redditur. nimirum si aetatem in qua abundat, suspicacem injuriarum tenacem, vixque placabilem et quodammodo emendatu impossibilem reddat. porro abundat in sene phlegma. unde pigritat haec aetas, obliviosa est et somnolentiae in die efficitur. nimirum si frigida humidaque sit senectus consimilem illi temperiem nanciscente pituita. quemadmodum tandem et inclinans aetas frigida siccaque est. ut pueritia calida et sicca[l] et ipsa juvenum aetas ad proportionem respondet humori in id genus aetate[m] abundanti, aut alio quovis dominii jure praepollenti.

Sedes autem et loci, non modo ubi horum singuli gignuntur, et persistunt, sed et qua moventur (emissaria practicorum vulgus appellat) sic fere habent: ut sanguinis quidem sit jecur, et tum venarum, tum narium utraque. flavae bilis, folliculus fellis, seu vesica illi propria, atque portiones hepatis illi vicinae, nec non anfractuosa illa aurium via et cavitas, quod vel ipsa rei evidentia facile cuivis comperire licet. phlegmatis vero sedes est stomachus, et cta: ipsique pituitae solennis via est per os. quemadmodum et atrae bilis locus est infra jecur et splenem: emissaria autem via (si vulgo credatur) per oculos.

jam vero ut cominus agamus, et proprius ad textum in hippocratem commentarium aggrediamur. naturorum quatuor humorum colores sic fere habere videntur, ut sanguinis quidem rubei sit color: pituitae albicans: bilis vero flavae colorum celebriores differentiae septem numero existant. quaedam enim peculiariter proprieque magis flava, quae elementaris proinde, ac veluti fundamentum et basis caeterarum dicitur: altera pallida, quaedam rubra, porracea alia, alia glastea. atrae vero bilis proprius magis color oleaceus, isque receptus est quo passim bilis atra vocatur.

est vero ad gustum sanguis dulcis, gemina autem bilis flava quidem amaria, atra vero acida. pituita denique primaria quidem sui sorte insipida, postea salsa, exinde acida, rursusque dulcis.

sunt autem atrae bilis differentiae quatuor. una enim ex faece sanguinis, altera ex flavae bilis supertorrefactione. tertia asphaltode bitumen ipsum colore et consistentia referens: quarta denique γυψώδης, i.e. gypsi formam quandam induens.

Ad haec sanguis et pituita secundum existentiam, crassa quidem sunt, itidem et

(a) λόγος habet textus, quod opinionem convertit Vicholy, tum quia Theophrastus in ea significatione sibi visus est aliquando usurpasse, tum quia huic loco erat accomodatum.

(b) i. melancholicus.

(c) i. isatidis sativae colorem, qui color proximus est nigrae bili.

(d) κατ' ἄμφω referri potest tum ad ἐπικράτησιν. i. ad victoriam tum ad τάξιν. i. ad ordinem.

(e) sic in temperamento bilioso, veris tempore crescit sanguis plus quam alia anni parte, tempore vero aestatis, bilis magis abundat quam alio tempore, etiam si temperamentum sit biliosum autumno humor niger, hieme pituita amplius generatur.

(f) aestate sicca et calida existente, augetur bilis.

(g) i.e. si aetas sit calida et sicca.

(h) κρέα significat anteriorem tibiae partem tenuem, quae etiam graecis frequentius dicitur προκνήμιον et ἀντικνήμιον. quantum externe et tenue in sura et tibia, ἀντικνήμιον appellatur. sed hic sumitur quatenus a κρέατος descendit. per quod existimarem Galenum intelligere carnes pedestrium animalium. nam in libro de cibis boni et mali succi, vocabulum κρέας et vocabulum σάρξ ita videntur distingui ut κρέας carnem potiorem ingredientiumque aliorum animalium, σάρξ vero carnem volatilium, et natantium significet. quamquam alibi in eodem libro ita confundantur, ut utrumque aliquando pro genere, aliquando pro specie, interdum pro volatilium, interdum pro ingredientium, interdum pro volatilium carne sumatur. sed hic, quemadmodum dixi vocabulum κρέας positum esse videtur, ut carnes pedestrium, σάρξ vero, ut volatilium significet.

(i) ὑπερήβων hic gal. appellat excessum ex juventute i.e. eum, qui aetatem puberem est transgressus. quamquam etiam apud Graecos ὑπερηβᾶν significat senescere, et transgredi juventutem.

(k) non ita resistit medicamentis adhibitis, ut plane incommutabilis esse videatur. sed haec de bile praeter naturam nigra videtur intelligendum.

(l) hic locus mendosus videtur cum gal. hipp. et praestantissimi quique medici adolescentiam calidam et humidam ponant. sed illud animadvertas diligenter, cum longum sit tempus adolescentiae adscriptum (ordiatur enim ab ipso natium ortu, et durat usque ad vigesimum quintum annum) non quavis ejus temporis parte esse calidam et humidam, sed quo ortui est propior, eo est calidior et humidior, quo vero ab eo remotior, et juventuti propinquior, eo minus humida, minusque calida, calore scilicet halituoso et suavi. ipse Galenus multis testimoniis, in 2° praesertim de temperamentis existentibus confirmat. praeterea, quum juvenes calidos esse sensu tactus percipimus. deinde cum celeres velocesque sint in agendo, calore pollent necesse est. siccos vero esse hinc potest intelligi, quia in adolescentia est plurimum caloris, qui tanto eo adolescentiae tempore in sanguinem agit, tenuiorem ac pinguiorem sanguinis partem in bilem convertens quae calida siccaque est. quo fit ut calida siccaque sit ea aetas in qua bilis dominatur. quapropter eadem ratione demonstravimus, et in juventute bilem flavam abundare, et juventutem esse calidam et siccam. Gal. etiam tertio aphorismorum eam aetati calidae et siccae similem fecit. quaeritur utri sint calidiores, an adolescentes, an juvenes. quid hac de re mihi videatur sentiendum, paucis absolvam, sumptis tribus hypothesibus. 1a judicium caloris esse ipsius tactus. altera calorem notis quibusdam contrahi posse, ut dicatur calor acer, mordax, tristis, feriens, vel suavis, jucundus, blandus, halituosus. tertia calorem posse conjungi et cum humiditate et cum siccitate, si cum siccitate mordacior acriorque existit, sin vero cum humiditate blandior. his ita constitutis, dicendum videtur, adolescentes esse calidiores juvenibus et juvenes esse calidiores adolescentibus, sed alio atque alio modo. nam adolescentes sunt calidiores juvenibus calore suaviore, jucundiore et magis halituoso. juvenes autem adolescentibus sunt calidiores calore acriore, mordaciore, molestiore et magis feriente.

(m) i.e. tale esse temperamentum ejus, qualis est humor qui in juventute dominatur. dominatur autem flava bilis calida et sicca. calida ergo et sicca juventus existimanda est. aetate vero declinantes frigidos et siccos dicimus, non quidem simpliciter, sed comparatione facta ad juventutem et adolescentiam, comparatione vero senum sunt paulo calidiores et sicciores. per se autem et natura sua si spectentur calidi sunt et sicci aetate declinantes. nam ex adustione et algoribus, et humi cubatu et vigiliis, atque repletione plusquam illi offenduntur, et horum quidem temperatura plus atrae bilis habet, atque ideo in ea multi insaniunt, veluti ex anni temporibus in autumno.

Quibusdam verò citra ordinem à pituita in bilem, & á sanguine in humorem nigrum. Testimonia autem huiusce opinionis sunt, terreus sanguis, & melancholicus, salsa pituita, quæ ad glasteam bilem proximè accedit, in eámque facilè transmutatur. Apparet quoque bilis tum pituitosa, tum mucosa, eiusmodi que sanguis, vt in hydropicis & cachecticis, quemadmodum in calidioribus, & siccioribus syncera flaua bilis. Atq; in iis ipsis apepsia laborantibus, bilis porracea & vomitionibus & deiectionibus conspicitur. Ordine itaq; mutationũ procedit temperationis ordo, contrarium autẽ accidit hisce quæ ipso ordine mutantur. Augetur autem ex alio vicissim alius humor, tẽperie, tempestate, regione, ætate, victus ratione procreatus, queadmodum in omnibus omnes statis periodis ac tempestatibus & generantur, & incremẽtum habent. Æstate nanq; augetur amara bilis, in iis maximè qui ad eam & ætate, & temperamẽto, & victus ratione proximè accedũt, præterea rebus externis. Etenim curæ, & iræ, & dolores, & labores, & exercitationes, & vigiliæ, & inediæ, & indigentiæ, plurimum flauæ bilis humorem accumulant. Quemadmodum certè & somni, & aquæ potiones, & marinorũ, & humidiorum omnium, & crassorum, & viscosorum esus, pituitosum. Atque pedestrium, & volatilium carnes & oua, & quę facilia coctu sunt omnia, quæq; probi sunt succi, sanguineum humorem accumulãt, nisi quædam *naturæ* proprietas quæ edũtur in prauam qualitatem mutet: eodem modo & humorem melancholicũ quædam procreant. verumtamen haud citra aliorum permixtionem, atq; iure, quum mixtis inter se alimẽtis vtimur, iis quoq; consentanei humores consequuntur. At augetur in adolescẽtia quidem sanguis, ob ídque ea ætate præditi iucũdi sunt, insanóque impetu ad puerilia nati feruntur, bilis verò iuueni, ipsum iracundum, animosum, & ad vindictam pronum ipsa efficit. In virili autem ætate, nigra bilis. Pessimus est hic humor, qui quãcunq; in partem impetu irruerit, in ea vix cõtineri ac cõmutari potest; atq; ipsis ætatẽ versutam, iniuriarũ memorem, & quodammodo implacabilem efficit. At in sene viget pituita, quę ætas pigra, obliuiosa, ac somnolenta est: humida nanque & frigida est; quemadmodum declinãs ætas sicca & frigida, adolescentia calida & humida; iuuentus deniq; pro humore proportione respondente & exuperante. Loci autẽ ipsorum & ortus, & permãsionis, & motus, sanguinis quidẽ sunt hepar, venæ, & ambæ nares; bilis verò folliculus fellis proprius, & quod circũ hepar, & per aures mouetur, quod cuiq; notum est; sed pituitæ stomachus, & lũbi & per os; quẽadmodum nigræ bilis, id quod sub hepate, & lien, & per oculos, vt dicitur. Color autẽ ipsorum humorum, sanguinis quidẽ ruber est; pituitæ verò albus; bilis autẽ flauę septem sunt species. Quędã etenim est flaua quæ & elementaris dicitur, altera pallida, tertia rubra, quarta porracea, quinta vitellina, sexta æruginosa, septima glastea. Nigræ autem bilis proprius color, oleaceus. Atque hic est qui dicitur niger. Est autem sanguis sapore dulcis; bilis flaua, amara; & nigra, acida; Pituita verò primò est qualitatis expers, secundò salsa; tertiò acida; & præterea dulcis. atræ verò bilis quatuor sunt differẽtiæ. Vna enim est ex sanguinis fæce, altera ex bilis flauæ assatione; tertia bituminosa, quod bituminis instar splendeat; quarta autem sanguinea. Ex his autem sanguis & pituita & atra bilis crassa sunt consistentia; tenuis verò & leuis; & sursum tendẽs bilis flaua;

A ἐνίοις δὲ ἀτάκτως ἀπὸ τοῦ φλέγματος εἰς ξανθὴν, καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος εἰς τὴν μέλαιναν. μαρτύρια δὲ τοῦ λόγου τὸ γεῶδες αἷμα καὶ μελαγχολικὸν, τὸ ἁλικὸν φλέγμα ἐγγύς που τῆς ἰσατώδους τυγχάνον χολῆς, καὶ ῥαδίως εἰς αὐτὴν μεταβαλλόμενον. φαίνεται δὲ καὶ φλεγματώδης χολὴ, καὶ μυξώδης, καὶ αἷμα τοιοῦτον, καθάπερ κἀπὶ τῶν ὑδαλέων καὶ καχεκτικῶν, ὥσπερ δῆτα κἀπὶ τῶν θερμοτέρων καὶ ξηροτέρων ἀμιγὴς ξανθή. καὶ τούτων αὐτῶν ἀπεπτησάντων, ἡ πρασώδης ἐμετουμένη τε καὶ διαχωρουμένη φαίνεται. τῇ μὲν οὖν τάξει τῶν μεταβολῶν, καὶ B ἡ τάξις πρόεισι τῆς ἐπικρατήσεως, τοὐναντίον δὲ τοῖς κατ' αὐτὴν μεταβάλλουσιν. αὔξει δὲ ἄλλῳ ἄλλος ἄλλοτε χυμὸς, κράσει, καὶ ὥρᾳ, καὶ χώρᾳ, καὶ ἡλικίᾳ, καὶ διαίτῃ γινόμενος, ὥσπερ ἅπασιν ἅπαντες τεταγμέναις περιόδοις, καὶ καιροῖς τοῖς ἑαυτῶν γινόμενοί τε καὶ ἐπίδοσιν ἔχοντες. θέρει γὰρ αὔξει πικρὰ, ἡλικίᾳ δὲ καὶ κράσει, καὶ διαίτῃ παραπλησία καὶ μάλιστα, ἔτι τε καὶ τοῖς ἔξωθεν. καὶ γὰρ καὶ φροντίδες, καὶ θυμοὶ, καὶ λῦπαι, καὶ πόνοι, καὶ γυμνάσια, καὶ ἀγρυπνίαι, καὶ ἀσιτίαι, καὶ ἔνδειαι πλείονα τὸν τῆς ξανθῆς χολῆς ἀθροίζουσι χυμόν. ὥσπερ δῆτα ὕπνοι καὶ ὑδροποσίαι, καὶ ἡ τῶν θαλασσίων, καὶ τῶν ὑγροτέρων πάντων, καὶ C παχυμερῶν καὶ γλίσχρων ἐδωδὴ, τὸ φλεγματικόν. κρέα τε καὶ πτηνῶν σάρκες, καὶ ὠὰ, καὶ εὔπεπτα πάντα, καὶ εὔχυμα τὸ αἱματικὸν, εἰ μή πού τις ἰδιότης μετατρέπει τὸ προσφερόμενον. ὡσαύτως καὶ τὸ μελαγχολικόν. ἀλλὰ δὴ καὶ συμπεπλεγμένως. ὀρθῶς καὶ ὅτε συμπεπλεγμέναις χρώμεθα ταῖς τροφαῖς, καὶ τὰ ἀκόλουθα ἕπεται. αὔξει δὲ μειρακίῳ μὲν τὸ αἷμα. διὸ καὶ χαρίεντες οἱ τοιοῦτοι, καὶ μανικῶς περὶ τὸ παίζειν διακείμενοι. χολὴ δὲ τῷ νεανίσκῳ, ὀργίλον αὐτὸν καὶ θυμώδη, καὶ πικρὸν παρασκευάζουσα. τῷ D ὑπερήβῳ δὲ μέλαινα· χείριστος ἐστὶν ὁ χυμὸς, καὶ ὅπου ἂν ὁρμήσῃ δυσκάθεκτος τυγχάνων, καὶ δυσμετάστρεπτος. ὕφαλόν τε τὴν ἑαυτοῦ ἡλικίαν καὶ μνησίκακον, καί πως δυσδιόρθωτον ἐργαζόμενος. ἔστι δὲ καὶ τῷ γέροντι φλέγμα. νωθρὰ ἡλικία αὕτη καὶ ληθαργικὴ καὶ κωματώδης. ὑγρὰ γὰρ καὶ ψυχρά· ὥσπερ ἡ παρηβῶσα ξηρὰ καὶ ψυχρά. καὶ ἡ μειρακιώδης θερμὴ καὶ ὑγρά· καὶ τῶν νεανίσκων ἡ τοῦ ἀναλογοῦντος χυμοῦ καὶ ἀμείνονος. τόποι δὲ αὐτῶν γενέσεώς τε καὶ διαμονῆς καὶ κινήσεως, αἵματος μὲν ἧπαρ καὶ φλέβες, καὶ ἀμφότεραι τῶν ῥινῶν. ξανθῆς δὲ κύστις ἡ ἰδία καὶ περὶ τὸ ἧπαρ, E καὶ δι' ὤτων, ὅπερ καὶ φαίνεται. φλέγματος δὲ στόμαχος, καὶ ψόαι, καὶ διὰ στόματος. ὥσπερ τῆς μελαίνης ὑπὸ τὸ ἧπαρ καὶ σπλῆνα, καὶ δι' ὀφθαλμῶν ὥσπερ λέγεται. χροιὰ δὲ αὐτῶν, αἵματος μὲν ἐρυθρά. φλέγματος δὲ λευκή. ξανθῆς δὲ εἴδη ἑπτά. ἡ μὲν γάρ τίς ἐστι ξανθὴ, ἥτις καὶ στοιχειώδης λέγεται, ἡ δὲ ὠχρὰ, ἡ δὲ ἐρυθρὰ, ἡ δὲ πρασώδης, ἡ δὲ λεκιθώδης, ἡ δὲ ἰώδης, ἡ δὲ ἰσατώδης. μελαίνης τὸ ἐλαιῶδες χρῶμα οἰκεῖον, καὶ τοῦθ' ὅπερ λέγεται μέλαινα. ἔστι δὲ καὶ κατὰ τὴν γεῦσιν τὸ αἷμα γλυκύ. πικρὰ ἡ ξανθὴ, καὶ ὀξεῖα ἡ μέλαινα. τὸ δὲ φλέγμα ἄποιον μὲν πρώτως, εἶθ' ἁλυκὸν, εἶτ' F ὀξὺ καὶ προσέτι γλυκύ. εἰσὶ δὲ καὶ τῆς μελαίνης τέσσαρες αἱ διαφοραί. ἡ μὲν γάρ ἐστι ἀπὸ τῆς τρυγίας τοῦ αἵματος. ἡ δὲ ἐξ ὑπεροπτήσεως τῆς ξανθῆς. ἡ δ' ἀσφαλτώδης, διὰ τὸ στίλβειν ἀσφάλτου δίκην. ἡ δὲ αἱματώδης. ἔστι δ' ἐπὶ τούτοις, τόθ' αἷμα, τότε φλέγμα παχέα τὴν σύστασιν, καὶ ἡ μέλαινα. λεπτὴ δὲ καὶ κούφη καὶ ἀνωφερὴς ἡ ξανθή,

ὥσπερ οἱ ἕτεροι δύο χυμοὶ βαρεῖς. τὸ δὲ αἷμα μεσάζει, τῷ μετέχειν θερμότητος. ἔοικε δὲ τὴν ὑγείαν χαρακτηρίζεσθαι τῇ τούτων ἰσότητί τε καὶ συμμετρότητι. ἐνδεόντων δὲ αὐτῶν, ἢ πληθυνόντων παρὰ τὸ δέον, ἢ ποσότητι, ἢ ποιότητι, ἢ τόπων μεταστάσει, ἢ συμπλοκῇ ἀτάκτῳ, ἢ σήψει κακωθέντων αἱ νόσοι συμβαίνουσιν. ὥσπερ καὶ λέγεται τὰς νόσους συμβαίνειν τῇ τῶν χυμῶν ἀμετρίᾳ· καθὰ καὶ τὴν ὑγείαν ἐπανέρχεσθαι ἀφαιρέσει καὶ προσθέσει, καὶ λεπτότητι, καὶ παχύτητι τῶν χυμῶν, καὶ ἁπλῶς τῇ εὐκρασίᾳ καὶ συμμετρίᾳ αὐτῶν. ὡς ἐν τῷ ἕκτῳ τῶν ἐπιδημιῶν τῷ Ἱπποκράτει ἄριστα λέγεται· χυμοὺς τοὺς μὲν ἐξάγειν, τοὺς δὲ ἐνθεῖναι, λεπτῦναι, κατακεράσαι· τῇ μὲν, τῇ δὲ μή. κατὰ γάρ τοι τὴν αἰτίαν τῶν παθῶν, τὴν ἀκολουθίαν τῶν βοηθημάτων ποιοῦνται. χρὴ γὰρ ἀκριβῶς εἶναι κεκραμένους ποιότητι, καὶ ἴσους ποσότητι τοὺς χυμούς, ἵν' ὑγεία τε διαμένῃ, καὶ μὴ οὖσα ἐπανελεύσηται. ὅθεν καὶ τῆς ὀνομασίας ἔτυχον ὄντες χυμοί, παρὰ τὸ χεῖσθαι ἅμα λεγόμενοι. δῆλον γὰρ ὡς εἰ τοῦτο ὑγεία, τὸ μὴ τοιοῦτο, νόσος ἂν εἴη, ὥσπερ καὶ δέδεικται. ἐπεὶ δὲ ἡ νόσος γένος εἰς διάφορα εἴδη διαιρουμένη, ἀνάγκη τὰς διαφορὰς ἀπό τινων διαφόρων αἰτιῶν προβαίνειν. αἴτια δὲ χυμοί, καὶ συμπτώματα. τὰ μὲν τοῖς ἔξωθεν ἐπισυμβαίνουσιν· οἱ δὲ ταῖς αὐξήσεσι καὶ μειώσεσιν ἐπί τε ἡλικίαις, καὶ χώραις, καὶ διαίταις, καὶ κράσεσιν, ἐξαλλαττόμενοι ὡς προείρηται. τοῦτο δὲ καὶ Ἱπποκράτης σημαίνειν ἔοικεν, ἄλλους κατ' ἄλλην ὥραν ἀνθεῖν τε καὶ δυναστεύειν τοῖς σώμασι χυμούς. καὶ τὰ χρώματα διάφορα εἶναι λέγων τοῖς ἀνθρώποις κατὰ τὴν ἐπικράτειαν τῶν ἐν τῇ κράσει δυναστευόντων χυμῶν. καὶ τὰ νοσήματα κατὰ τὴν τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ φύσιν πεφυκότα γίγνεσθαι. καὶ μὲν δὴ καὶ ἐν προοιμίῳ τοῦ περὶ χυμῶν. τὸ χρῶμα, φησί, τῶν χυμῶν, ὅπου οὐκ ἔστι ταραχὴ αὐτῶν, ὥσπερ τῶν ἀνθῶν, κατ' ἐπικράτειαν τῶν χυμῶν εἴωθεν ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν ἡλικιῶν ἐναλλάττεσθαι τοῖς ἀνθρώποις, καθάπερ ἄρα καὶ τὰ ἤθη τῆς ψυχῆς. ἠθοποιοῦσι γὰρ οἱ χυμοὶ καὶ ταύτην. καὶ τὸ μὲν αἷμα ἱλαρωτέραν ἀπεργάζεται· ἡ δὲ ξανθὴ ὀργιλωτέραν, ἢ θρασυτέραν, ἢ γοργοτέραν, ἢ καὶ ἀμφότερα. τὸ δὲ φλέγμα νωθροτέραν, καὶ ἠλιθιωτέραν. ἡ δὲ μέλαινα ὀργιλωτέραν, καὶ ἰταμωτέραν. ἐναλλάττεται δὲ τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καὶ ἐν ταῖς νόσοις, πρὸς τὸ εἶδος τοῦ πλεονάζοντος χυμοῦ, ὡς ἐπὶ τῶν παρακοπῶν. ὅσαι γὰρ αὐτῶν εἰσιν ἐφ' αἵματος, μετ' ᾠδῆς προσπίπτουσί τε καὶ γέλωτος. ὅσαι δ' ἀπὸ ξανθῆς θρασύτεραι καὶ πικρότεραι. διὰ τοῦτο καὶ Ἱπποκράτης φησίν, αἱ μὲν μετὰ γέλωτος γινόμεναι παραφροσύναι, ἀσφαλέστεραι. αἱ δὲ μετὰ σπουδῆς ἐπισφαλέστεραι, σπουδὴν τὴν θρασύτητα λέγων. ὅσαι δ' αὖ ἀπὸ μελαίνης σκυθρωπότεραι καὶ σιωπηλότεραι, καὶ ἀστειότεραι. ὅσαι δ' αὖ ἀπὸ φλέγματος ληρώδεις, καὶ ἀσταθμαίνουσαι. καὶ ἀλλαχῇ αὐτὸς μαρτυρεῖ, ὡς ἐν τῷ πρώτῳ τῶν Ἐπιδημιῶν φησι. Σιληνοῦ μὲν παρακόψαντος μετ' ᾠδῆς καὶ γέλωτος. ἐπὶ δὲ Φιλίσκου ἐν τῇ τρίτῃ Ἐπιδημίᾳ λέγεσθαι θρασεῖαν τὴν παρακοπήν· ἐξεμάνη γάρ, φησί, περὶ τὸ μέσον τῆς ἡμέρας. ξανθὴ γὰρ ἦν ἡ πρόφασις τῆς νόσου. ἐν Κυζικῷ δὲ τὰς Διδύμου θυγατέρας τεκούσας μεμηνέναι φησιν, εἶναι δὲ σκυθρωπὸν καὶ δύσθυμον τὸ εἶδος τῆς παρακοπῆς. σιωπῶσα γὰρ ἦν, καὶ οὐδενὸς πειθομένη· μέλαινα δὲ ἦν ἡ αἰτία τῆς νόσου. Πυθίωνα δὲ τὸν παρὰ τὸ τῆς γῆς ἱερὸν οἰκοῦντα, λῆρον

quemadmodum reliqui duo humores graues; sanguis verò, quod caloris sit particeps medium obtinet. Videtur autem sanitatem eorum humorum æqualitate & symmetria consignare; his verò deficientibus, vel exuperantibus præter modum, vel quantitate, vel qualitate, vel locorum translatione, vel complexu inordinato, vel putredine vitiatis morbi oboriuntur; quemadmodum & dicitur, morbos humorum intemperie accidere; sicuti & sanitatem tum detractione & additione, tum tenuitate & crassitie humorum, atque omnino ipsorum temperie & commoderatione restitui, vt in sexto Epidemiorum ab Hippocrate optimè dicitur: humores quidem alios educere, alios verò imponere, attenuare, temperare, hac re quidem, hac verò non: etenim pro morborum causa, remedia inuestiganda sunt. Oportet enim humores exquisitè esse qualitate temperatos, & quantitate æquales, vt & sanitas præsens permaneat, & absens redeat: Vnde etiam denominationem sortiti sunt humores qui ab humectando, quod simul humectent, dicuntur. Perspicuum enim est, si hoc sit sanitas, quod tale non est, id morbum vtique esse, quemadmodum demonstratum est. Quum autem morbus *vt* genus in diuersas species diuidatur, necesse est, differentias à quibusdam differẽtibus causis prouenire. Causæ verò humores, & symptomata; hæc quidem rebus externis accedentibus; illi verò incrementis, prætereáque ætatibus, & tempestatibus, & victus rationibus, & temperamentis permutantur, vt priùs dictum est: hoc autem & Hippocrates significare videtur, quum alios & alia tempestate florere, dominaríque humores asserit; atque etiam colores in hominibus differre dicit, pro humorum in temperamento dominantium exuperantia; morbósq; pro redundantis humoris natura procreari consueuisse. Et in proœmio libri de humoribus, *color*, inquit, *humorum, vbi non est eorum perturbatio, quemadmodum florum*, pro exuperantia humorum consueuit in ætatum successione mutari in hominibus; sicuti sanè & animi mores. Moratum siquidem ipsum efficiunt humores. Sanguis hilariorem quidem ipsum reddit. Flaua verò bilis iracundiorem, vel audaciorem, vel truculentiorem, vel etiam vtrumque. At pituita pigriorem & stupidiorem. Atra denique bilis ferociorem & impudentiorem. Immutantur autem animi mores & in morbis, pro specie humoris exuperantis, vt in deliriis. Ipsorum enim quæcunque à sanguine ortum ducunt, cum cantu, risúque accidunt. Quæcunque verò à flaua bile, audaciora & sæuiora. Ob ídque Hippocrates dicit. *Quæ cum risu fiunt deliria, securiora quæ verò cum studio, periculosiora;* studium audaciam appellat. Quæcunque verò ab atra bile, vultuosa magis, taciturniora, & vrbaniora. Quæcunque denique à pituita, nugatoria & instabilia. Atque alibi ipse testatur, vt in primo Epidemiorum, vbi Silenum quidem cum cantu risúque delirasse narrat. In tertio autem Epidemiorum, Philisci delirium temerarium fuisse: *Vehementer etenim*, inquit, *circa meridiem delirauit*; flaua namque bilis morbi erat causa. Quæ autem in Cyzico mulier gemellas filias pepererat, eam delirasse dicit, ipsámque taciturnam ac mœstam delirij speciem fuisse. Ipsa enim mulier taciturna erat, nec quemquam auscultabatur. Atra autem bilis morbi erat causa. Pithionem verò qui prope Telluris templum habitabat, insanum nugacem

bilis nigra seu atra: tenui vero et levi sursumque reptante substantia, flava bilis constat, quemadmodum ex reliquis humoribus, duo equidem ut suopte nutu graves, sic gravitate sua facile pessum eunt, flava bile contra sursum passim vergente. ambigit autem medium q. locum obtinet sanguis vel ipsius scilicet caloris, cujus est particeps moderatione.

Porro ut horum quatuor aquali moderatione humanae naturae sanitatem definiri ac contineri apparet, sic ipsismet plus justo, vel abundantibus vel deficientibus, aut qualitate, aut quantitate, aut sedis propriae mutatione, aut complexu horum confuso, aut putredinis corruptela depravatis, et id genus vitium facientibus humoribus, morbi interim fiunt. quod communiter etiam dicitur morbos accidere pro humorum intemperantia. quemadmodum et sanitatem restitui vulgo dicitur substractione, et additione, ac insuper tenuitate et crassitudine humoribus inducta: ut denique in universum dicam, temperie ac symmetria ipsorum. quemadmodum belle Hippocrati nostro dictum est sexto epidemiorum: humores, videlicet, quosdam exigendos esse e corporibus, alios vero inserendos seu addendos, quosdam tenuandos, alios deniq. temperandos. alia quidem atq. alia ratione: neq. enim pro sola humoralium morborum causa, consecutoria statim praesidiorum excogitatio temere et indiscriminatim venit suppeditanda: cum temperatos qualitate, et aequatos quantitate humores esse oporteat, ut praesens sanitas persistat atq. absens redeat. unde et χυμοὶ i.e. humores graecis appellationem sortiti sunt παρὰ τὸ χεῖσθαι, i.e. quod una veluti fundantur et fluant, aut quod una veluti fusi coeant et permisceantur. porro si id sanitas est, quod tale non apparet, morbum esse manifeste liquet, ut etiam fusius antea demonstravimus.

t dubitabat, persimilis factus illis, qui motum non esse dicebant, quia rationes quasdam contra se factas soluere nesciebãt. Sed meliùs opinor, & isti sibi consuluissent, si motum esse, vt euidens quiddam primò concessissent, tum obiectiones contra se factas diluere per otiũ studuissent. Et Erasistratus meliùs egisset, si arterias ideo sanguinẽ continere concessisset, quòd videamus ipsas acu etiã subtilissima perforatas illico sanguinem fundere: seorsúmque postea secũ discussisset, cur natura quæ nihil frustra molitur, duo receptacula genere distincta vnã rem continentia fabricasset: item & illud quo pacto in vniuersum corpus aër, quẽ respirando attrahimus, perueniat, si arteriæ sanguinẽ contineãt: vel, si non peruenit, quo modo prout libuerit, mouere nos possumus, aut qua ratione sine impedimẽto spiritus arterias mouere queat, cum sanguis ipsis reluctetur. Hasce quæstiones seorsum proponere, & sigillatim quámq; discutere æquum sanè fuerat eum etiã fortasse, qui infinitum concedit: nam quamuis solutu difficiles sint, non tamen ad rerum euidentiam submouendã satis valere debẽt. Atque vt ab eo exordiar, quod primũ diximus, perinde est, ac si quis in iis quæ ruminãt animãtibus plures ventres conspicatus, hunc credat pabulũ, illum potum, alium spiritum excipere: neque naturã, quæ nunquã frustra quicquam egit, vnius rei gratia multa receptacula fecisse. Quemadmodũ enim in illis, etiã si tot ventres vnam rem excipiãt, diuersum tamen vsum habuerũt, cuius gratia plures etiam existũt, sic in arteriis & venis se res habet. sanguinẽ enim ambę continent, vt præcedẽs oratio docuit: & constitutione dissimili sunt certi cuiusdã vsus causa, quẽ nos aliis in libris explicauimus. Deinde quod secundũ fuit, quo pacto aër attractus respirãdo in totũ corpus veniat, si sanguinẽ arterię contineãt: vel si non venit, quomodo nos mouere pro voluntate possimus: & demũ qua ratione tã distinctè pulsent arteriæ, sanguiníq; spiritus sine repugnãtia commisceri queat: quædã sibi dari volũt, de quibus inter omnes non constat. Assumũt enim, vt ab omnibus concessum, spiritũ arteriis à corde submitti, tum ex hoc reliqua concludũt, non animaduertẽtes hoc quoq; falsum esse, deprehendíq; facile posse, vbi ratio ista decipiat. Deteximus nos interdũ arterias magnas, opportunas, (opportunæ sunt, quæ in brachiis & cruribus existũt,) interrogauimúsq; Erasistrati sectatores, an ne tum quidẽ cùm detectæ forẽt, sanguis inesse arteriis videretur. Fatebãtur autẽ ex necessitate, simul quia ipse Erasistratus asseuerat, cùm pellis detrahitur, in arterias sanguinẽ migrare: simul quia sensus ita diiudicat: nã, vbi funiculo dissectã arteriã vtrinque ligauimus, & quod in medio comprehensum fuerat, incidimus, sanguine plenam ipsam esse monstrauimus. Sed quo modo reclamant, in totum corpus aër veniet, quem respirando attrahimus, si sanguinem arteriæ contineant? Quibus respondendum est, quæ necessitas hoc eos fateri cogat, cum possit totus, qui respirando admissus est aër, foràs etiam remitti, quemadmodum pluribus,

iisq; diligentissimis tam philosophis quam medicis visum est, qui cor inquiunt non aëris substantiã exposcere, sed frigiditatem solummodo, qua recreari desiderat: atque hunc esse respirationis vsum. Sumunt igitur Erasistrati sectatores & hac in re id, de quo dubitatur. Priùs istud ipsum demonstrandum fuerat: tum sigillatim quæque inuestigare debebant: sicut & nos fecimus, & omnes, quotquot ordine, rerum considerationem suscepere, quique non solùm inuestigare, sed tractare etiam res voluere. Demonstratum est autem à nobis in eo libro, quem de vsu respirationis edidimus, vel omninò parum, vel nihil prorsus aëris inspirati in cor descendere. Eodem pacto rursus aberrant, cum petunt, quo modo mouere nos possimus ad imperium voluntatis: quóve modo motus arteriarum non impediatur, sed tam distinctè procedat, si sanguinem arteriæ contineant. Aduersus quos subinde primò monstramus, arterias non solùm manuum, sed oculorum etiam iudicio, sine impedimento moueri: deinde rationem hanc inducimus, cuius assumptiones etiam ipsi veras fatentur: concedunt enim veram esse hanc adiunctionem: si sanguinem arteriæ continent, & à corde spiritu implentur, ordinem in motu seruare non possunt, nam huiusmodi adiunctionem ita per se sumptam: si sanguinem arteriæ continent, earum motus ordinem non seruabit: ne ipsi quidem, vt veram, affirmare audent, nec alius quisquam, qui mente præditus sit: cum possint arteriæ, non quia à corde repleantur, extendi, sed quia extenduntur, ideò repleri. Oporteret nos igitur fateri priùs, arterias à corde spiritu compleri, si eiusmodi adiunctum verum esse debuisset: nam, si vtrumque concesserimus, arterias, sanguinem continere, & à corde repletas extendi, proculdubio sequetur ordinem, quem in motu suaptè natura seruant arteriæ, intercipi: id quod altero tantùm assumpto nequaquam sequetur. Percontemur igitur eos, vbi arteriam aliquam detexerimus, hoc modo, si continent arteriæ sanguinem, & à corde repletæ distenduntur, ordinem in motu nullum seruabunt: at seruant, nam hoc ita esse videmus: non igitur & sanguinem continent, & à corde repletæ extenduntur. Hic Erasistrati sectatores, cum & assumptiones ambas, & adiunctionem, consequentísque oppositum concedant, nescio cur & illatum non concedant: nisi fortasse nesciunt (quod ne vulgares quidem latet) ex adiuncto & consequentis, id quod adiunctum definit, opposito, antecedentis oppositum inferri. Nam, cum antecedat in hac argumentatione, non solum arterias sanguinem continere, sed etiam (vt paulò ante monstratum est) à corde repletas extendi, illatum erit huiusce coniuncti negatio: quando namque in adiunctione totius enunciati id, quod antecedit, ex duabus assumptionibus coniunctum est, id quod sequitur, simplex est: deinde eius, quod sequebatur, opposito assumpto, coniuncti oppositum necessariò colligitur.

τε καὶ ἀκριβεστάτοις ἔδοξεν ἰατροῖς τε ἅμα καὶ φιλοσόφοις, οἳ μὴ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τῆς ποιότητος αὐτοῦ δεῖσθαί φασιν τὴν καρδίαν ἐμψύχεσθαι ποθοῦσαν, καὶ ταύτην εἶναι χρείαν τῆς ἀναπνοῆς. λαμβάνουσιν οὖν οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον, κἀνταῦθα τὸ ζητούμενον αὐτό, πρὶν ἀποδεῖξαι, δέον αὐτὸ τοῦτο πάλιν ἰδίᾳ ζητεῖν, ὥσπερ ἡμεῖς πεποιήκαμεν, καὶ πάντες ὅσοι τάξει περὶ τῶν πραγμάτων σκοπούμενοι, καὶ πάντες ὁμοῦ ζητοῦντές τε καὶ πράττοντες. ἀποδέδεικται δ' ἡμῖν ἐν τῷ περὶ χρείας ἀναπνοῆς, ὡς ἤτοι παντελῶς ὀλίγον, ἢ οὐδὲν ὅλως τῆς τοῦ πνεύματος οὐσίας εἰς τὴν καρδίαν μεταλαμβάνεται. τὰ δ' αὐτὰ διαμαρτάνουσιν, κἂν τῷ προβάλλειν, ὅπως αἱ κατὰ προαίρεσιν γεγυμνωμέναι, περιέχουσιν αἷμα. δείκνυμι ἐφεξῆς κινουμένας αὐτὰς ἀπαραποδίστως, οὐ πρὸς τὴν ἀφὴν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν ὄψιν. εἶτα ἐπερωτῶμεν λόγον, οὗ τὰ λήμματα καὶ πρὸς αὐτῶν ἐκείνων ὡμολόγηται. φασὶ γὰρ ἀληθὲς ὑπάρχειν τουτὶ τὸ συνημμένον. εἰ γὰρ καὶ αἷμα περιέχουσιν αἱ ἀρτηρίαι, καὶ παρὰ καρδίας πληροῦνται πνεύματος, διαφθαρήσεται τῆς ἐν αὐταῖς κινήσεως ἡ τάξις. αὐτὸ μὲν γὰρ καθ' ἑαυτὸ τὸ τοιοῦτο συνημμένον, εἰ αἷμα περιέχουσιν αἱ ἀρτηρίαι, διαφθαρήσεται τῆς ἐν αὐταῖς κινήσεως ἡ τάξις, οὔτ' ἐκεῖνοι τολμῶσιν ἀληθὲς εἶναι λέγειν, οὔτ' ἄλλος τις νοῦν ἔχων. δυναμένων γε δὴ τῶν ἀρτηριῶν, οὐ διὰ τὸ πληροῦσθαι παρὰ τῆς καρδίας διαστέλλεσθαι, ἀλλ' ὅτι διαστέλλονται, διὰ τοῦτο πληροῦσθαι. χρὴ τοίνυν προομολογεῖσθαι, τὸ παρὰ τῆς καρδίας αὐτὰς πληροῦσθαι πνεύματος, εἰ μέλλει τὸ συνημμένον ἀληθὲς ἔσεσθαι. ἀμφοτέρων γὰρ τεθέντων, τοῦ τε περιέχειν αἷμα, καὶ τοῦ παρὰ τῆς καρδίας πληρουμένας διαστέλλεσθαι, τῷ διαφθείρεσθαι τὴν κατὰ φύσιν ἐν αὐταῖς κινήσεων τὴν τάξιν, ἐξ ἀνάγκης ἕπεται, θατέρῳ μόνῳ κατ' οὐδεμίαν ἀνάγκην ἑπομένην. ἐρωτάσθω τοίνυν ὁ λόγος ἐπὶ τῶν γεγυμνωμένων ἀρτηριῶν, ὧδέ πως. εἰ αἱ ἀρτηρίαι καὶ αἷμα περιέχουσι, καὶ παρὰ καρδίας πληρούμεναι διαστέλλονται, διαφθαρήσεται τῆς ἐν αὐταῖς κινήσεως ἡ τάξις, ἀλλὰ μὴν οὐ διαφθείρεται. φαίνεται γὰρ καὶ τοῦτο, οὐκ ἄρα καὶ αἷμα περιέχουσι, καὶ παρὰ καρδίας πληρούμεναι διαστέλλονται. οἱ δέ γε περὶ τὸν Ἐρασίστρατον, καὶ τὰ δύο λήμματα, καὶ τὸ συνημμένον καὶ τὸ ἀντικείμενον τοῦ λήμματος ἐν αὐτῷ προσιέμενοι, οὐκ οἶδ' ὅπως οὐκέτι προσίενται τὸ συμπέρασμα, τυχὸν ἴσως ἀγνοοῦντες, ὅπερ οὐδὲ τοὺς ἐπιτυχόντας λέληθεν, ὡς ἐκ συνημμένου, καὶ τοῦ ἀντικειμένου, οὕτως εἰς ὃ λήγει τὸ ἀντικείμενον τοῦ ἡγουμένου περαίνεται. ἡγουμένου δὴ κατὰ τὸν λόγον ὄντος, οὐ μόνον τοῦ περιέχειν αἷμα τὰς ἀρτηρίας, ἀλλ' ὡς ἐδείχθη μικρῷ πρόσθεν, καὶ τοῦ, παρὰ καρδίας πληρουμένας διαστέλλεσθαι, τὸ συμπέρασμα γενήσεται τῆς τούτου συμπλοκῆς ἀποφατικόν. ὅταν γὰρ ἐν συνημμένῳ τῷ ὅλῳ ἀξιώματι, τὸ μὲν ἡγούμενον ᾖ, τὸ συμπεπλεγμένον, τὸ δὲ λῆγον, τὸ ἁπλοῦν, εἶτα προσληφθέντος τοῦ λήγοντος, τὸ ἀντικείμενον ἐξ ἀνάγκης περαίνεται τοῦ συμπεπλεγμένου.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζʹ.

Τὴν τῆς διαλεκτικῆς ἀνεπιστημοσύνην αἰτίαν εἶναι ὅτι οἱ ἄνθρωποι ἁμαρτάνουσι.

Πρὸς ταῦτ' οὖν οὐδὲν ἔχοντες λέγειν, ὥσπερ ἐπί τινα βωμὸν ἐλέους καταφεύγουσι, τὴν Πυῤῥονείαν ἀγροικίαν· οὐκ ὀρθῶς ἔχειν φάσκοντες, ὑποβάλλεσθαι διαλεκτικαῖς περιεργίαις ἰατρικὴν θεωρίαν, εἶθ' ἡμῶν ἐρωτώντων αὖθις αὐτούς, εἰ τοῖς ὁμολογουμένοις λήμμασιν, ἐπιφέρειν ὁποῖον ἔξεστιν, ἢ μέθοδός τίς ἐστι καὶ τέχνη ἡ διδάσκουσά τινων ὁμολογηθέντων τί περαίνεται. πρὸς μὲν ταῦτα οὐδὲν ἀποκρίνονται, μάχης δ' ὑπαρχούσης, τί γὰρ δὴ καὶ ἔχουσιν ἀποκρίνασθαι; νοοῦν ἔχειν ἐναργῶς οὐκ ἔστιν οὐδεμία μέθοδος, ἀλλ' ἔξεστιν ἁπλῶς ἐπιφέρειν ὁποῖον τοῖς δοθεῖσι λήμμασιν, ὡς ἔστι μὲν, οὐ χρηστέον δ' αὐτῇ πρὸς τὰς ἀποδείξεις, ἀλλ' ἀμφότερα δεινῶς ἄτοπα. τὸ μὲν γὰρ πρότερον εἰ φαῖεν, ὥσπερ οὖν ἤδη τις ἀναισχυντήσας ἀπετόλμησεν εἰπεῖν, ἑξῆς γε ἀκούσονται παρ' ἡμῶν τοιούτους λόγους, οἵουσπερ κἀκεῖνος ἤκουσεν. αἱ ἀρτηρίαι διχίτωνές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ τὸ αἷμα ξανθόν ἐστιν, οὐκ ἄρα πνεῦμα μόνον, ἀλλὰ καὶ αἷμα περιέχουσιν αἱ ἀρτηρίαι. καὶ γελασάντων γε αὐτῶν, συνείροντες ἡμεῖς, ἕτερον ἐπηνέγκαμεν λόγον τοιοῦτον. οἱ κόρακες μέλανές εἰσιν, ἀλλὰ καὶ οἱ κύκνοι λευκοί. οὐκ ἄρα πνεῦμα μόνον ἐν ταῖς ἀρτηρίαις περιέχεται, καὶ πάλιν γελώντες τρίτον γε τοιοῦτον. τὸ πῦρ θερμόν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ ἡ χιὼν ψυχρά, καὶ σὺ μωρός. οὐκ ἄρα ἐνδέχεται πνεῦμα μόνον ἐν ταῖς ἀρτηρίαις περιέχεσθαι. εἰ γὰρ ὅλως ἔξεστι τοῖς δοθεῖσι λήμμασιν ὁποῖον ἐπιφέρειν, καὶ μηδεμία μέθοδος ᾖ, τῆς τοῦ συμπεράσματος εὑρέσεως, τί κωλύει τοιούτοις ἐρωτᾶσθαι λόγοις; ἐὰν δ' ᾖ τις τέχνη καὶ μέθοδος, αἷσπερ ὁποῖον διαγινώσκεται, τίνων ὁμολογηθέντων τί περαίνεται, πότερον ὁ μὴ γινώσκων αὐτήν, ἢ ὁ γινώσκων μὲν μὴ χρώμενος εἶναι δοκεῖ σοι σωφρονεῖν μᾶλλον, ἢ ὅστις γινώσκει, τε κέχρηται; θαυμάζω δ' ὑμῶν ὦ Ἐρασιστράτειοι, πῶς ὑμνοῦντες ἑκάστοτε τὸν Ἐρασίστρατον, τἄλλα, καὶ ὡς Θεοφράστῳ συνεγένετο, φεύγειν τολμᾶτε τὰς λογικὰς μεθόδους, ὧν χωρὶς οὔτε Θεόφραστος, οὔτε Ἀριστοτέλης ἐνεχείρησέ τι γράφειν. ταῦτά τινες αὐτῶν μόγις αἰδεσθέντες, ὥσπερ ἐξ ὕπνου βαθέος ἐγερθέντες, οὐκ ἔτ' ἀγροίκως τε καὶ ἀχρείως, ἀλλ' ἤδη λογικῶς τε καὶ ἀνθρωπίνως ἐπιχειρήσαντες ἐπεχείρησαν διαλέγεσθαι, καὶ τί, φασιν, πλέον ἂν περαίνοιτο πρὸς τοῦ λόγου τοῦ, οὐχὶ καὶ αἷμα ἔχουσιν αἱ ἀρτηρίαι καὶ παρὰ καρδίας πληροῦνται πνεύματος, καὶ ἡμεῖς ἤδη μὲν ἔφαμεν αὐτὸ τοῦτο κακῶς ὑμᾶς ἐπιφέρειν. οὐκ ἄρα αἱ ἀρτηρίαι αἷμα περιέχουσιν. μὴ γὰρ τοῦτ' εἶναι τὸ περαινόμενον, ἀλλὰ τὸ μὴ δύνασθαι συνδραμεῖν εἰς ταὐτό, αἷμά τε περιέχεσθαι ταύταις, καὶ παρὰ καρδίας πληροῦσθαι πνεύματος. ἐφεξῆς δέ τοι πάλιν ἐκ τούτου ποτέ, καὶ τὸ περιέχειν αὐτὰς αἷμα συνάγομεν. ἔσται γὰρ ὁ λόγος τοιοῦτος. εἰ αἷμα περιέχουσιν αἱ ἀρτηρίαι, οὐ παρὰ καρδίας πληροῦνται πνεύματος. ἀλλὰ μὴν αἷμα περιέχουσιν, αἱ ἀρτηρίαι· οὐκ ἄρα παρὰ καρδίας πληροῦνται πνεύματος. ἐφ' ᾧ πάλιν εἰ βουληθείημεν τῶν ἔμπροσθεν ἀναμνήσαντες, αὖθις ἐρωτήσομεν ὧδε. εἰ αἱ ἀρτηρίαι πλήρεις αἵματος ὑπάρχουσιν. καὶ αὗται σφύζουσι τεταγμένως, καὶ ταῖς ἀπ' αὐτῶν πεφυκυίαις οὐ κωλύουσιν ὡσαύτως κινεῖσθαι, ἢ διὰ τὸ πληροῦσθαι παρὰ τῆς καρδίας πνεύματος σφύζουσιν, ἢ δι' ἄλλην αἰτίαν, ἀλλὰ μὴν οὐ τὸ πρῶτον, ἄρα τὸ δεύτερον. ἐφεξῆς δ' αὖ αὖθις, ἐρωτήσομεν ὡδί, ἢ διὰ

CAPVT VII.

Imperitiam dialecticæ errandi occasionem hominibus præbere.

AD hæc itaque cùm non habeant quid opponant, ad pyrronicam rusticitatem, tanquam in asylum quoddam, confugiunt, non æquum esse clamantes medicas considerationes dialecticis curiositatibus subiicere, móxque à nobis denuo percontati, nunquid ex assumptionibus concessis quoduis inferri liceat: & an facultas, & ars aliqua extet, quæ doceat ex quibusdam concessis quædam inferre, nihil respondent. Sed, si certamen procederet, quidnam respondere possent (modò sibi constare vellent) nisi artem planè nullam extare colligendi, sed ex datis assumptionibus quiduis sine vllo discrimine inferri posse? vel extare quidem, non tamen ea opus esse ad demonstrationes conficiendas? sed ambo vehementer absurda sunt. Nam, primum si dixerint, sicuti quidam olim perfricatæ frontis ausus est dicere, tales deinceps à nobis interrogationes audient, quales ille audiuit: Arteriæ duas tunicas habent, sanguis fuluus est, ergo non solum spiritum, sed & sanguinem arteriæ continent. Ridentibus illis, aliud statim subiunxi argumentum, corui nigri sunt, colores albi sunt, igitur non solus spiritus ab arteriis continetur. Hîc denuò cùm riderent, tertium subieci: ignis calidus est, nix frigida est, tu stupidus es, ergo non solus spiritus in arteriis continetur. Nam si quodcunque ex assumptis concessis inferri per vos licet, nullâq; conclusionis deducendæ reperta ars est, quid me prohibet vobiscum sic argumentari? Sin ars & disciplina quædam excogitata fuit, quæ singulis in rebus discernere nos docet, & quid è quibusdam concessis inferatur, quisnam vobis ô Erasistratici sapere plus videtur, num qui eam artem non nouit, aut noscit quidem, sed non vtitur: an potiùs, qui & noscit, & vtitur? Non possum Erasistratici vos magnopere non admirari, qui, cùm inter Erasistrati laudes, & alia multa, & illud in primis iactetis conuixisse Theophrasto Erasistratum, rationales disciplinas aspernari audeatis: sine quibus nec Theophrastus, nec Theophrasti magister Aristoteles scribere quicquam aggressus est. Ob hæc ipsorum quidam vix tandem erubescentes, & tanquam è profundo somno excitati, non ampliùs indoctè, & ferinè, sed eruditè, & humanè ad me conuersi disceptare cœperunt. Et quid, dicebant, plùs conficitur hac oratione, quàm nòn & sanguinem arteriæ continent. & à corde spiritu replentur. Túmq; nos asserebamus illud eos malè ita inferre, non igitur sanguinem arteriæ continẽt; neque enim istud esse, quod inferri debeat, sed illud, non posse in idem concurrere, vt & sanguinem arteriæ contineant, & à corde spiritu repleantur. Subinde rursus ex hoc aliquando sanguinem ipsas continere deduximus, fuítque deductio talis: Si sanguinem arteriæ continent, à corde spiritu non implentur: sed sanguinem arteriæ continent· igitur à corde spiritu non implentur. Ab his rursus, si voluerimus in memoriã reducere, quæ superiùs dicebamus, ita percontabimur: Si plenę sanguinis magnę arterię sunt, ordinémque in pulsando seruant, & item alias quę ab eis oriuntur, eodem tenore moueri non prohibent, vel quia spiritu replentur à corde, vel aliqua alia de causa pulsant: non primum, ergo secundũ. Item deinceps interrogabimus ita: Vel, quia spiritu

à corde complentur, extenduntur: vel quia distenduntur, arteriæ complentur: non ob primum: ergo ob secundum: nam cùm vis quædam arteriarum tunicis insit qua distendantur, quidquid ipsis circumquaque vicinum est attrahunt, vndecunque in eas concedat. Exemplis adhuc magis intelliges, quid intersit inter id quod extenditur, quia repletur: & id quod impletur, quia distenditur. Vtres & sacculi, si replentur, extenduntur: fabriles autem folles ideo replentur, quia extenduntur: arterias igitur, vel vt vtres, vel vt folles, impleri perspicuum esse debet vnicuique. Quonam autem pacto rei veritas se habeat, à nobis quidem est in aliis commentariis plenè demonstratum: quanquam non parum, & nunc constiterit extentas arterias extremis partibus, & foraminibus ex quocunque loco sibi vicino attrahere, quicquid ipsarum sinus implere idoneum fuerit: nam vel hoc, vel oppositum verum est: offendimus autem oppositum falsum esse: hoc igitur verum esse relinquit.

A τὸ πληροῦσθαι τοῦ παρὰ καρδίας πνεύματος αἱ ἀρτηρίαι διαστέλλονται, ἢ ὅτι διαστέλλονται, πληροῦνται. ἀλλὰ μὴν οὐ τὸ πρότερον, ἄρα τὸ δεύτερον, τῷ εἶναί τινα δύναμιν ἐν τοῖς χιτῶσιν αὐτῶν ὑφ' ἧς διαστέλλονται, πᾶν ἕλκεται τὸ συνεχὲς ἐκ παντὸς μέρους αὐτῶν, ὅθεν ἂν ἐγχωρῇ. νοήσαις δ' ἂν ἔτι μᾶλλον, ἐπὶ παραδειγμάτων τὴν διαφορὰν πληρουμένων διαστέλλεσθαι, καὶ διαστελλομένων, πληροῦσθαι. οἱ μὲν γὰρ ἀσκοὶ καὶ οἱ θύλακοι πληρούμενοι, διαστέλλονται. αἱ φῦσαι δὲ τῶν χαλκέων διαστελλόμεναι, πληροῦνται. τὰς τοίνυν ἀρτηρίας, ὅτι μὲν, ἢ κατὰ τὸν πρότερον, ἢ κατὰ τὸν δεύτερον τρόπον ἀναγκαῖον πληροῦσθαι, παντὶ δῆλον. B ὅπως δ' ἔχει τἀληθές, ἐπιδέδεικται ἡμῖν καὶ δι' ἄλλων ὑπομνημάτων αὐτάρκως, ἀτὰρ οὐχ ἥκιστα καὶ νῦν πέφανται, τὸ διαστελλομένας αὐτὰς, ἕλκειν ἐκ παντὸς τοῦ πλησιάζοντος διά τε τῶν περάτων τε καὶ τρημάτων, ὅ, τι περ ἂν ἑτοιμότατα δύνηται πληρῶσαι τὴν διαστολὴν αὐτῶν. ἢ γὰρ τοῦτο πάντως, ἢ θάτερον. ἐδείχθη δὲ ψεῦδος ἐκεῖνο, δῆλον ὡς τοῦτ' ἀληθές.

CAPVT VIII.

Motrix facultas à corde in tunicas arteriarum venit, quà se pandunt omnes simul, & spiritum attrahunt.

QVocirca cum ambigunt, quo modo spiritus in totum corpus à corde feratur, si plenæ sanguinis arteriæ sint, difficile non est eiusmodi dubitationem soluere, & dicere non ferri, sed trahi spiritum in arteriis: nec à corde solo, sed vndequaque: sicut Herophilo placet, & ante Herophilum, Praxagoræ, Philotimo, Diocli, Plistonico, Hippocrati, & aliis sexcentis. Vim tamen quæ arterias extendit, à corde ceu fonte quodam manare, à nobis est in aliis libris explicatum, & ab omnibus antedictis viris concessum: longéque magis inuestigatorem naturæ decet ita opinari, quàm putare spiritum per arterias, ceu per lapideos canales ferri: facultatibus etenim agendi, non corporis mole, viuentia à non viuentibus differunt. Verùm de his in præsentia disputare non intendimus: neque enim vt in finem vsq; sermonem hunc persequeremur, eum inceperamus, cùm satis supérque hisce de rebus aliàs à nobis disceptatum sit, præsertim verò in libris, quos de placitis Hippocratis, & Platonis emisimus: cæterùm, vt ostenderemus, quibus rebus decepti sectatores Erasistrati in absurdam adeo sententiam deuenerint, harum opinionum mentionem facere coacti sumus, quibus si vnum etiam addidero, quod è corporum dissectione collegimus, finem dicendi faciam: est autem id quod dicimus, huiusmodi. Arteriam vnam è magnis, & conspicuis quampiam, si voles, nudabis: primóque pelle remota ipsam ab adiacenti, suppositóque corpore tamdiu separare non graueris, quoad filum circum immittere valeas: deinde secundum longitudinem arteriam incide, calamúmque & concauum, & peruium in foramen intrude, vel æneam aliquam fistulam, quò & vulnus obturetur, & sanguis exilire non possit: quoadusque sic se arteriam habere conspicies, ipsam totam pulsare videbis: cùm primùm vero obductum filum in laqueum contrahens, arteriæ tunicas calamo obstrinxeris, non ampliùs arteriam vltra laqueum pulsare videbis, etiamsi spiritus, & sanguis

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

C *Κινητικὴ δύναμις παρὰ τῆς καρδίας εἰς τοὺς τῶν ἀρτηριῶν χιτῶνας κομίζεται, ᾗ πάντες διαστέλλονταί τε ἅμα καὶ τὸ πνεῦμα ἕλκουσι.*

Ὥσθ' ὅταν ἀπορῶσι πῶς εἰς ὅλον τὸ σῶμα παρὰ τῆς καρδίας κομισθήσεται τὸ πνεῦμα πεπληρωμένων αἵματος τῶν ἀρτηριῶν, οὐ χαλεπὸν ἐπιλύσασθαι τὴν ἀπορίαν αὐτῶν, μὴ πέμπεσθαι φάντας, ἀλλ' ἕλκεσθαι, μήτ' ἐκ καρδίας μόνης, ἀλλὰ πανταχόθεν, ὡς Ἡροφίλῳ τε καὶ πρὸ τούτου Πραξαγόρᾳ, καὶ Φιλοτίμῳ, καὶ Διοκλεῖ, καὶ Πλειστονίκῳ, καὶ Ἱπποκράτει, καὶ μυρίοις ἑτέροις ἀρέσκει. D ὅτι μέν τοι τῆς διαστελλούσης τὰς ἀρτηρίας δυνάμεως, ἡ πηγή τίς ἐστιν ἡ καρδία, καὶ τοῦθ' ἑτέρωθι πρὸς ἡμῶν ἐπιδέδεικται, καὶ τοῖς προειρημένοις ἅπασιν ἀνδράσιν ὡμολόγηται, καὶ πολλῷ φυσικώτερόν ἐστιν οὕτω δοξάζειν, ἢ ὡς διά τινων ἀψύχων σωμάτων ἡγεῖσθαι φέρεσθαι δι' αὐτῶν τὸ πνεῦμα. δυνάμεως γὰρ μεταλήψει, τὸ ζῶον, τοῦ μὴ ζῶντος, οὐκ οὐσίας ὑπεροχῇ διαφέρει. ἀλλ' οὐ νῦν περί γε τούτου πρόκειται λέγειν, οὐδ' ἂν ἐπεξέλθοιμι τελέως τὸν λόγον, ὃν ἠρξάμην αὐτοῦ. δέδεικται γὰρ ἐν ἑτέροις ἱκανῶς περὶ τούτων, καὶ μάλιστ' ἐν τοῖς περὶ τῶν Ἱπποκράτους καὶ Πλάτωνος δογμάτων E ὑπομνήμασιν, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ δεῖξαι τίσιν ἀπατηθέντες οἱ περὶ τὸν Ἐρασίστρατον, οὕτως ἄτοπον δόξαν προσήκαντο καὶ τούτων τῶν δογμάτων ἠναγκάσθην μνημονεῦσαι, καὶ νῦν ἔτι προσθεὶς αὐτοῖς, ἕν τι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων, ἐνταῦθά που καταπαύσω τὸν λόγον. ἔστι δὲ τὸ φαινόμενον τόδε. τῶν προφανῶν τε ἅμα καὶ μεγάλων ἀρτηριῶν εἰ ἐθελήσαις ἡντιναοῦν γυμνῶσαι, πρότερον μὲν τοῦ δέρματος, ἔπειτα δὲ καὶ τῶν ὑποκειμένων τε καὶ παρακειμένων σωμάτων, ὡς περιβάλλειν αὐτῇ δύνασθαι βρόχον, καὶ μετὰ ταῦτα κατὰ μῆκος χαλάσας, κοῖλον ἐνθεῖναι κάλαμον, ἤ τινα F χαλκοῦν αὐλίσκον εἴσω τῆς ἀρτηρίας διὰ τοῦ χαλάσματος, ὡς ἐπιφράττεσθαι πρὸς αὐτοῦ τὸ τραῦμα, καὶ κωλύεσθαι τὴν αἱμορραγίαν, ἄχρι μὲν ἂν οὕτως ἔχουσαν ἐπισκέπτῃς. θεάσῃ σφύζουσαν ὅλην. ἐπειδὰν δὲ βρόχον περιβαλὼν σφίγξῃς τὸν χιτῶνα τῆς ἀρτηρίας πρὸς τὸν κάλαμον, οὐκ ἔτ' ὄψει τὰ μετὰ τὸν βρόχον ἐπισφύζοντα, καίτοι τοῦ τε αἵματος τε καὶ τοῦ

πνεύματος φορὰ, διὰ τῆς τοῦ καλάμου κοιλότητος ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς ἀρτηρίας ὡσαύτως ἐπιγίγνεται, καὶ εἴπερ οὕτως εἶχον ἀρτηρίαι τὸ σφύζειν, ἔσφυζον, ἂν καὶ νυνὶ τὰ περὶ τοῖς πέρασιν αὐτοῖς μόρια τὰ μετὰ τὸν βρόχον· οὐ μὴν γίγνεται. δῆλον οὖν ὡς εἰ μὲν δύναμις ἀπερημοίη, οὐ κινεῖσθαι παρὰ τῆς καρδίας αὐτὰς, διὰ δὲ τῶν χιτώνων αὐτὴν ἐπιπέμπεσθαι. τὰ δὲ ὑπὲρ Ἐρασιστράτου περὶ κινήσεως τῶν ἀρτηριῶν εἰρημένα, ψευδῆ παντελῶς ἐστιν. πρὸ γὰρ τοῦ παύσασθαι τῆς γεγυμνωμένης ἀρτηρίας τὴν κίνησιν, ἐν τοῖς μετὰ τὸν βρόχον μέρεσιν, ὅπερ οὐκ ἐχρῆν γίγνεσθαι, πρὸ τοῦ βρόχου αὐτῇ περιβαλεῖν, ἔνεστι θεάσασθαι πᾶσαν ἑνὶ χρόνῳ κινουμένην, οὐ τὸ μὲν αὐτῶν πρότερον μόριον, τὸ δ' ὕστερον, ὅπερ Ἐρασίστρατος βούλεται, καί τοι καὶ ταῦτ' αὐτῷ δεινῶς ἄτοπα. πρὶν μὲν γὰρ αἷμα περιέχειν αὐτὴν, ἴσως ἄν τις οὕτως ὠκεῖαν εἶναι τὴν τοῦ πνεύματος φορὰν συνεχώρησεν, ὡς λανθάνειν τὴν αἴσθησιν ποῖά ποτ' ἐστὶ μόρια τῆς ἀρτηρίας τὰ διαστελλόμενα πρότερα. πεπληρωμένης δὲ αἵματος, οὐκ ἐγχωρεῖ τὸ πνεῦμα τάχα οὕτως ὡς πρόσθεν ἀπὸ τῆς καρδίας ἐπὶ τὰ πέρατα τῆς ἀρτηρίας διεξέρχεσθαι. ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο οὕτως ἔφην, ἴσως οὐ συγχωρήσειεν ἥ γε μετὰ τὸ τακαστῆναι τὸν κοῖλον κάλαμον εἰς τὴν ἀρτηρίαν τῶν κάτω μερῶν αὐτῆς κίνησις πρὶν περιβληθῆναι τὸν βρόχον. ἀκινησία δὲ, περιβληθέντων, ἐναργῶς ἐνδείκνυται δύναμιν ἀπὸ καρδίας ἐπιπέμπεσθαι τοῖς χιτῶσι τῶν ἀρτηριῶν τὴν διαστέλλουσαν αὐτὰς, οὐχ ὕλην διὰ τῆς κοιλότητος. ὡς γὰρ καὶ τὸν τοῦ ποδὸς δάκτυλον κινῆσαι προελόμενοι, παραχρῆμα κινοῦμεν αὐτὸν, οὐ τὸν λογισμὸν ἔχοντες ἐν αὐτῷ τῷ μορίῳ, διαδοθείσης δέ τινος ἐπ' αὐτὸν ἐν ἀχαρεῖ χρόνῳ δυνάμεως, οὕτω κἀπὶ τῆς καρδίας καὶ τῶν ἀρτηριῶν γίγνεται. ταῖς μὲν γὰρ δυνάμεσι τὸ τάχος τῆς κινήσεως ὁμολογεῖ, ταῖς δ' ὕλαις ἀντιμαρτυρεῖ. ταῦτ' εἴ τις φυλάττοιτο θέσιν ὡς Ἀριστοτέλης εἴωθεν λέγειν, οἶδ' ὅτι βεβαίως ἀποδεικνύναι τὸ προκείμενον αὐτοῦ δόξει, μὴ φυλάττοντι δὲ φιλονείκως ἅπερ ἔθετο, μήθ' ὑπὸ τούτου πείθεσθαι, μήθ' ὑφ' ἑτέρας ἀποδείξεως, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀλλὰ πρὸς τοῖς φαινομένοις, ἐξ ἀνατομῶν, καταψεύδεσθαι. καὶ γράφουσι μὲν πολλοὶ τρόπους τινὰς ἀνατομῶν, ὡς δείξειν ἐπαγγέλλονται κενὰς αἵματος εἶναι τὰς ἀρτηρίας, εἶτ' οὐδεὶς ἐξ αὐτῶν ἀληθής ἐστιν. εἴρηται γὰρ δή που καὶ πρὸς Ἐρασιστράτου πολὺ μείζονα. τούτων τοίνυν ἀναισχύντως ψευδόμενος ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ἐξ ὧν πεπορισμένος, ἀλλ' οὐκ ἦν εἰς τοσοῦτο Ἐρασίστρατος ἀναίσχυντος ὡς γράφειν ἐπιχειρεῖν, ἃ δὴ ἰδεῖν ἦν ἀδύνατον.

A ad arteriam, quæ eſt vltra filum, ſicuti priùs faciebat, per concauitatem calami feratur: quod ſi propterea pulſabant arteriæ, pulſarent etiam nunc partes, quæ ſunt vltra laqueum: ſed non pulſant: igitur perſpicuum eſt, quoniam moueri poſſe deſinunt, nòn per ſpiritum in concauitatibus diſcurrentem, ſed ob virtutem in tunicas tranſmiſſam, arterias à corde moueri. Nam quæ Eraſiſtratus de motu arteriarum prodidit, falſa prorſus ſunt. Ante enim quàm nudata arteria in partibus, quæ vltra laqueum ſunt, moueri deſiſtat, videre licet (quod nec fieri antea oportebat, quàm ea laqueo obligaretur) B totam vno tempore moueri non autem hanc quidem partem priùs (vt vult Eraſiſtratus) illam verò poſteriùs. Atque hæc ipſi vehementer abſurda contingunt. Nam ſi priùs quàm ſanguis in arterias veniret, aliquis forſitan conceſſiſſet celeriter adeò ſpiritum in arterias ferri, vt quænam pars arteriarum priùs, & quæ poſteriùs attolleretur, ſenſum lateret: cum plenæ ſanguine fuerint, fieri non poteſt, vt ſpiritus tam citò, ſicut ante à corde in extremas arterias perueniat. Quòd ſi hoc, vt dixi, aliquis forſan concederet: ſaltem poſt immiſſionem concaui calami, motus arteriæ vltra calamum, antea quàm filum obſtringas: & C obſtricto filo quies eiuſdem ſubſecuta, planè demonſtrat non corpus aliquod per arteriarum concauitates à corde protrudi, ſed motricem qualitatem per earum tunicas ab eodem ſubmitti, quæ illas diſtendit. Vt enim ſi digitum pedis mouere decreuimus, ipſum ſtatim mouemus, non quia decernens facultas in digito reſideat, ſed quia momento temporis vis quædam in eum tranſmittitur, ita & à corde quædam motrix facultas in omnes arterias illico delegatur: facultatibus enim mouendi celeritas conuenit: corporibus eadem aduerſatur. Hanc poſitionem ſiquis, vt Ari- D ſtoteles dicere ſolebat, tenuerit quæ propoſuerit ſcio, certè demonſtrabit: ſin contentionis cupidus tenere noluerit, neque hac, neque alia demonſtratione perſuaderi poterit: & ab iis quæ in corporum diſſectionibus manifeſtè conſtant, diſſentire cogetur: etiamſi quaſdam diſſecandi formulas aliqui conſcripſerint, in quibus ſe pollicentur arterias vacuas ſanguine monſtraturos, ſed vbi ad rem ventum eſt, mendaces deprehenduntur: quod tamen mirum eſſe nemini debet, cum & Eraſiſtratus ipſe longè maiora ſe E monſtraturum recipiat. Verùm qui in diſſectione corporum mentitur, is nullam ſibi fidei partem relinquit: quanquam Eraſiſtratus nequaquam fuit adeo impudens, vt ea ſcribere ſit aggreſſus, quæ à quoque conſpici nunquam poſſent.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΜΕΛΑΙΝΗΣ ΧΟΛΗΣ.

GALENI DE ATRA BILE LIBER.

ΠΕΡΙΟΧΗ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Ὁπόσα ἐστὶ τὰ τῶν χυμῶν εἴδη; περὶ ἀνάγκης τῆς μελαίνης χολῆς γενέσεώς τε καὶ περὶ νούσων τῶν ὑπὸ τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ γινομένων.

ARGVMENTVM LIBRI.

Quot sint humorum species? de necessitate generationis atræ bilis, ac de morbis qui ab humore melancholico oriuntur.

CAPVT PRIMVM.

Propositum Operis.

A

DE atra bile quidam sanè longiùs, quàm medicæ artis operibus vsui sit, sermonem produxerunt, quidam verò breuiùs quàm par sit de ea loquuti sunt, sicuti alij nihil prorsus, quos vtique non immeritò quis magis accuset, quam eos qui nonnihil etiam ex iis quæ minùs vtilia sunt, addidere: longè enim facilius est, id quod est superuacuum auferre, quàm (si quidem nihil prosus traditum sit) inuenire. Igitur Hippocrates mihi de ea primus, quod ad artis opera conducit, pertactasse videtur, quemadmodum rursum Erasistratus rem totam omisisse. Etenim Plistonici, Praxagoræ & Philotimi sectatores, qui de humoribus copiosissimè disseruerunt, quædam mihi eorum quę ab Hippocrate minùs distinctè prodita sunt, commodè distinxisse videntur, quædam verò nihilominus pronuntiasse. Inter recentiores autem de melancholia à Rupho Ephesio præstantissimè admodum scriptum est, atque ita vt nihil præterea desiderari non immeritò quis possit asserere, si modò ea animo æquiori, non studio contentiosè contradicẽdi intelligantur: quod frequentissimè recentiorum medicorum non pauci affectant, atque hi potissimùm qui se ipsos Erasistrateos & Asclepiadeos atque Methodicos vulgò appellant. Ex quibus nonnulli & sophismata struxerunt, quibus sermonem de tumoribus ad medicæ artis opera nullius esse vsus demõstrare contendunt. Primùm igitur nos, vt consueuimus, quod vtile est enarrabimus: mox transeuntes ad quæsita quæ hanc tractationem consequi videntur, non cunctabimur: postremò eorum etiam contentiosas rationes dissoluere, qui artem quæ circa humores versatur, prorsus inutilem esse ducunt. Verùm ne

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ὑπόθεσις τοῦ βιβλίου.

ΠΕΡΙ μελαίνης χολῆς, ἔνιοι μὲν ἐπὶ πλέον, ἢ ὡς τοῖς ἔργοις τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἐστὶ χρήσιμον, ἐξέτειναν τὸν λόγον. ἔνιοι δὲ, καὶ τοῦ δικαίου μέτρου καθεῖλόν τι, καθάπερ ἔνιοι παντάπασιν οὐδὲν εἶπον; οἷς ἂν τις μᾶλλον μέμψοιτο, τῶν προσθέντων ἄχρηστον. τί ῥᾶον γὰρ ἀφελεῖν τὸ περιττὸν, τοῦ, τοῦ μηδόλως εἰρημένου, αὐτὸ ἅπαν ἐξευρεῖν. Ἱπποκράτης μὲν οὖν μοι B δοκεῖ, τὸ χρήσιμον εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα, πρῶτος εἰπεῖν. ὥσπερ αὖ πάλιν Ἐρασίστρατος, ὅλον παραλιπεῖν. οἱ γὰρ περὶ Πλειστόνικόν τε καὶ Πραξαγόραν, καὶ Φιλότιμον, ἐπιπλεῖστον ἐργασάμενοι τὸν περὶ τῶν χυμῶν λόγον, ἔνια μὲν μοι δοκοῦσι χρησίμως διορίσασθαι τῶν ἀδιορίστως Ἱπποκράτει γεγραμμένων. ἔνια δὲ, καὶ ψευδῶς ἀποφήνασθαι. τῶν δὲ νεωτέρων, ἄριστα γέγραπται περὶ μελαγχολίας, τῷ Ἐφεσίῳ Ῥούφῳ. καί τις εὐλόγως ἂν φαίη, μηδὲν ἐνδεῖν, τοῖς κατὰ φύσιν ἀκούουσιν, οὐκ ἐριστικῶς ἀντιλέγειν προαιρουμένοις. ὅπερ ἐπιπλεῖστον, οὐκ ὀλίγοι τῶν νεωτέρων ἰα- C τρῶν ἐζήλωσαν. καὶ μάλιστα οἱ καλοῦντες ἑαυτοὺς Ἐρασιστρατείους, καὶ Ἀσκληπιαδείους, καὶ μεθοδικούς. ὧν ἔνιοι, καὶ σοφίσματα συνέθεσαν, ἐπιδεικνύναι πειρώμενοι τὸν περὶ τῶν χυμῶν λόγον ἄχρηστον εἶναι πρὸς τὰ τῆς ἰατρικῆς τέχνης ἔργα. πρῶτον μὲν οὖν ἡμεῖς, ὡς εἰθίσμεθα, τὸ χρήσιμον εἰπόντες. εἶτ᾽ ἔπειτα, εἰς τὰ κατ᾽ ἀκολουθίαν τοῦδε ζητούμενα μεταβάντες, οὐκ ἀποκνήσομεν ὕστερον, οὐδὲ τὸ διαλύσασθαι τοὺς ἠρωτημένους λόγους, τοῖς ἄχρηστον ἡγουμένοις εἶναι τὴν περὶ τοὺς χυμοὺς τέχνην. ὅπως δ᾽

μή τις ἀσάφεια περὶ τὸν λόγον γίγνοιτο, καθ' ἑκάστου χυμοῦ φύσεως ἓν ὄνομα θέμενοι, οὕτω πειρασόμεθα διὰ παντὸς ἑρμηνεύειν αὐτόν. οὐκ ἐνδέχεται δὲ πρᾶξαι καλῶς τοῦτο, χωρὶς τοῦ διελθεῖν αὐτῶν τὰς ἰδέας. τοῦτ' οὖν ἤδη πράξωμεν, ἀπὸ τοῦ γνωριμωτάτου πᾶσιν ἀνθρώποις ἀρξάμενοι χυμοῦ.

disputatio nostra obscurior euadat, vnicuique humori ex illorum natura nomen vnum imponentes, sic deinceps in tota tractatione eos perpetuò appellabimus: at id commodè nequaquam fieri poterit, nisi priùs eorum species explicauerimus. Proinde rem aggrediamur, à notissimo omnibus hominibus humore sumentes exordium.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Περὶ κοινῆς τῶν χυμῶν διαφορᾶς.

Φαίνεται δ' οὖν, ἐάν τε ἀρτηρία τις, ἢ φλὲψ τρωθῇ, παραχρῆμα τῶν περιεχόντων αὐτὸν ἀγγείων ἐκχεόμενος. ἐρυθρότερος μὲν ἐκ τῶν φλεβῶν. ξανθότερος δὲ τοὐπίπαν ἐκ τῶν ἀρτηριῶν. ἀλλὰ πήγνυταί γε ἑκάτερος εὐθέως. οὐ μόνον ἐκπίπτων τοῦ σώματος, ἀλλὰ καὶ κατ' αὐτὸ περιεχόμενος ἔτι, καθ' ὃν ἂν οὖν εἴπον. καὶ τὴν γε πῆξιν αὐτοῦ τελευτῶσαν εἰς θρόμβον ὁρῶμεν, οὕτω γὰρ ἔθος ὀνομάζειν τοῖς Ἕλλησι τὸ πεπηγὸς αἷμα. φαίνεται δὲ πηγνύμενον, οὐ μόνον ἐν τοῖς κατὰ τὴν κοιλίαν τε, καὶ τὰ ἔντερα χωρίοις. ἀλλὰ καὶ κατὰ τὴν κύστιν, ἐν ᾗ τὸ οὖρον ἀθροίζεται, καὶ κατὰ πνεύμονά τε, καὶ τὴν τραχεῖαν ἀρτηρίαν. ὥσπερ γε κἀν τῷ μεταξὺ θώρακός τε, καὶ πνεύμονος, ἔν τε ταῖς μήτραις, ἐπὶ γυναικῶν. ἐπικρατεῖ μὲν οὖν, ὡς τὸ πολύ, κατὰ τὸν χυμὸν τοῦτον, ἡ ἐρυθρὰ χρόα, καὶ τό γε κάλλιστον αἷμα, τοιοῦτο ἀκριβῶς ἐστι. φαίνεται δ' ἐνίοτε καὶ ξανθότερον τοῦδε, καὶ μελάντερον. ὥσπερ γε τῇ συστάσει, παχύτερον, καὶ λεπτότερον. εὑρίσκεται δ' ἐνίοτε καὶ τὸ τῶν φλεβοτομηθέντων αἷμα, λεπτὴν ὑγρότητα περιέχον, ἥτις, ἐν τῷ πήγνυσθαι διακρινομένη, τὴν ἐπιπολῆς αὐτοῦ καταλαμβάνει χώραν. εὔλογον γὰρ δήπου κἀκ τοῦ ποτοῦ, συναναφέρεσθαί τι τῷ γεννηθέντι κατὰ τὸ ἧπαρ αἵματι, τὴν ἔκκρισιν λαμβάνον ὕστερον, οὐ μόνον διὰ τῶν οὔρων, ἀλλὰ καὶ διὰ τῶν ἱδρώτων. καὶ κατὰ τὴν καλουμένην, ἄδηλον αἰσθήσει διαπνοήν, φαίνεται δ' ἐνίοτε, καὶ φλεγματώδης χυμὸς ἐποχούμενος τῷ αἵματι, καθάπερ γε καὶ σύμπαν ἱκανῶς παχύτερον, καὶ μελάντερον, ὡς ἐοικέναι πολλάκις ὑγρᾷ πίττῃ. καλεῖται μὲν οὖν τὸ ἐκ τῶν φλεβῶν, καὶ τῶν ἀρτηριῶν ἐκχεόμενον, ὁποῖον ἂν ᾖ, μιᾷ προσηγορίᾳ τῇ τοῦ αἵματος, οὐδεμιᾶς τῶν εἰρημένων αὐτοῦ διαφορῶν, ἴδιον ἐχούσης ὄνομα. καὶ πήγνυται πᾶν αὐτίκα, κἂν εἰς σαρκῶδες μόριον ἄχρι βάθους διαιρεθὲν ἐκχυθῇ. παραπλήσιος δέ τις αἵματι παχεῖ καὶ μέλανι, χυμὸς ἕτερος ὁρᾶται πολλάκις ἐκκρινόμενος, ἐμούντων τε, καὶ διαχωρούντων, οὐ μὴν πηγνύμενός γε, κἂν ἐπὶ πλεῖον ὁμιλῇ τῷ πέριξ ἀέρι. καὶ τούτου γ' αὐτοῦ, ποτὲ μὲν αἴσθησις γίνεται, τοῖς ἐμοῦσιν, ὀξέος τε ἅμα καὶ στρυφνοῦ. ποτὲ δὲ, οὐδεμίαν ἔχοντος ἐμφανῆ ποιότητα, μήτ' οὖν γλυκύτητα, καθάπερ τὸ αἷμα, μήθ' ἁλυκότητα, καθάπερ ἐνίοτε τὸ αἷμα, καὶ τὸ φλέγμα, μήτε πικρότητα, καθάπερ ἡ ξανθὴ χολή. πρόδηλον οὖν ἐστι, νοσῶδες μὲν εἶναι τὸ ἁλυκὸν αἷμα, καὶ τὸ φλέγμα. τοὐπίπαν δὲ τὸ μὲν αἷμα γλυκὺ φαίνεται. τὸ δὲ φλέγμα ἄποιον καθάπερ ὕδωρ. ἀλλ' ἐκτρεπόμενόν γε τῆς κατὰ φύσιν ποιότητος, οὐχ ἁλυκὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀξὺ γίνεται. μεταλαμβάνει δέ ποτε καὶ γλυκείας ποιότητος. ἀλλὰ καὶ τοῦτον τὸν χυμόν, ὁποῖος ἂν ᾖ, φλέγμα καλοῦσιν, εἰ μόνον εἴη λευκόν. ἔχει δὲ τὸ κοινὸν ἁπάντων χυμῶν γνώρισμα, τὸ μὴ πήγνυσθαι. πρόδηλον δ' ὅτι διαφέρει μηδέν, ἁλμυρόν, ἢ ἁλυκόν, ὀνομάζειν ὅντινα χυμόν.

CAPVT II.

De communi humorum differentia.

Videtur autem hic humor quum vel arteria, vel etiam vena fuerit vulnerata, illico ex vasis ipsum continentibus effundi, rubeus sanè magis ex venis, flauior autem ex arteriis manans: verùm confestim vterq. concrescet non solùm extra corpus fluens, verumetiam in quouis ipsius loco contentus: atque hanc ipsius concretionem in θρόμβον, hoc est grumum, terminari videmus: sic enim Greci sanguinem concretum appellare consueuerunt. Concrescere autem solet non solùm in ventriculi atque intestinorum spatiis, verumetiam in vesica, in qua vrina colligitur, adhuc etiam in pulmone, atque aspera arteria, sicuti in media inter thoracem atque pulmonem regione, necnon in mulierum vtero. Igitur magna ex parte in hoc humore rubeus color exuperat, & talis exactè optimus sāguis existit, apparet autem nonnunquam hoc ipso flauior, ac nigrior, sicuti & consistentia crassior atq; tenuior. Quin inuenitur quandoque & sanguis, qui vena secta mittitur, tenuem in se humiditatem habens, quæ vbi sanguis concrescit, secernitur & regionem ipsius superiorem occupat. Nempe rationi consentaneum est, vt ex potu quippiā cum sanguine, qui in iecore est genitus, per corpus deferatur, quod quidem mox non solùm per vrinas, sed etiam per sudores, & per sensui latentem transpirationem excernitur. Interdum etiam videre licet pituitosum humorē cum sanguine delatum, quemadmodum & totum aliquando sanguinem crassiorem, atque nigriorem ita, vt subinde liquidam picem referre videatur. Qui igitur ex venis & arteriis effunditur, qualiscunque sit vnicam sanguinis appellationem habet, quum nulla ex illius differentiis antè enumeratis proprium nomen obtineat. Et totus statim concrescit, etiam si in carnosam partem ad profundum vsque diuisus effundatur. Atq; alius etiam humor quidam sanguini crasso & nigro similis sæpenumero tum per vomitum, tum per deiectionem excerni conspicitur, non tamē, etsi diutiùs aëri ambienti fuerit expositus, omnino densatur. Atque hic ipse humor aliquando à vomentibus acidus simul & acerbus sentitur, quandóque verò nullam præ se fert manifestam qualitatem, neque dulcedinem, quemadmodnm & sanguis: neque salsedinem, vt sanguis interdum, & pituita: neque amaritudinem, sicuti flaua bilis. Igitur perspicuum est sanguinem salsum, atque pituitā morbosa esse. Namque maiori ex parte sanguis dulcis apparet, pituita autem omnis qualitatis expers, veluti aqua: verùm naturali qualitate permutata, non modò salsa, sed acida etiam fit: quin & non raro dulcem qualitatem acquirit. Hunc itaque humorem, qualiscunque fuerit, pituitam appellant, si modò albus extiterit, seruetque commune omnium humorum indicium, quòd scilicet non concrescat. Constat autem nihil interesse, vel salsum vel salsuginosum quemcumq; humorem appelles,

etenim eandem rem vtrumque nomen significat. Est autem præter hos alius quidam humor, qui sanè eum vomentibus perpetuò amarus apparet, non semper autem flauus, sed quandoque pallidus, semper autem qui flauus est, pallido crassior videtur. Quamobrem ex hisce rectè admodum coniectantur qui optimè de humoribus sentiunt, quod ex commixtione tenuis humiditatis, & consistentia aquosæ, flaua bilis pallidum colorem induat. Appellant autem huiuscemodi humiditatem alij quidem aquosam, alij verò serosam, quæ sanè eiusdem generis existit, cuius est sudor, & vrina; sicuti verò flaua bilis tenui humiditati commixta, & colore pallidior, & consistentia humidior euadit: sic vbi plurimùm ipsa resoluitur, crudorum ouorum vitellis similis apparet, atque ob id vitellina appellatur. Igitur hæc bilis siue pallida sit, siue flaua, siue vitellina in vasis generationem habet. At in ventriculo quædam bilis alia gignitur, quæ à porraceo colore appellatione desumpta porracea nuncupatur, quemadmodum & alia, ab æruginis similitudine, æruginosam dicas. Est verò & alia quædam bilis quæ à colore glanci glasti glastea nominatur, atque his omnibus commune est, quales sunt, citra concretionem permanere. Iam verò & rubram bilem quidam nominarunt, quæ consistentia, sanguini tenui proxima est. Verùm eo quòd non concrescit, idcircò eam bilem nuncupauerunt. Hæc igitur fortasse latiùs disseruimus quàm ad propositum negotium pertinere videatur. Id autem factum est hortante nos sermonis communitate, tum cognitionis vtilitate, atque etiam doctrinæ compendio, vt de hisce nonnihil pertractaremus. Verùm ad sermonem de atra bile redeamus.

CAPVT III.

De differentiis atræ bilis à cæteris humoribus.

QVoniam igitur non concrescit, ex hoc à sanguine nigro distinguitur, non tamen ab his, quæ propriè nigra nominantur. Hæc siquidem talia sæpiùs vomuntur, ac deiiciuntur, ab atra bile quàm plurimum differentia non modò facultate, verùm etiam qualitatibus, quæ sensu percipiuntur. Nam hæc neque acerbum saporem neque acidum manifestè participant, quum atra bilis non solùm ad gustum his qui illam euomunt, verùm etiam ad olfactum tum his, tum aliis etiam, talis esse appareat: adhuc nigra nequaquam terram fermentat, sicuti illa, quæ etsi acerrimo aceto quàm similis sit, suarum tamen partium crassitie illi quàm maximè contraria existit; atque idcircò quibus corporis partibus pura, atque impermixta adhæret, eas prorsus exedendo vlcerat; etenim acetum eo quòd est tenuium partium, permeat, at bilis atræ crassitudo, quum ipsis stabilem sedē exhibeat, corrosionis causa fit. Igitur quemadmodum ex dictis indiciis atra bilis ab his, quæ nigra vocantur (siue quispiam ea humores, siue deiectiones, siue edulia nominet) manifestè distinguitur; sic & ex hoc quòd neq; muscæ, neque aliud quoduis animal eam velit degustare, sicuti nec meram salsuginem, neque enim in ea degere valet animal: cuius rei mare mortuum appellatum abundè firmum præbet indicium. Atq; idcircò illius generatio perniciosa esse cēsetur, quum ex humore atro supra modū assato contingat. Cæterùm ea bilis atra, quæ ex flaua bile superassata gignitur tantò ac dicta perniciosior est æstimanda,

A ἄμφω γὰρ τὰ ὀνόματα ταὐτὸ σημαίνει πρᾶγμα. ἔστι δὲ καὶ ἕτερός τις χυμός, ἀεὶ μὲν πικρὸς τοῖς ἐμοῦσιν αὐτὸν φαινόμενος, οὐκ ἀεὶ δὲ ξανθός, ἀλλ᾽ ὠχρός ἐστιν ὅτε· καὶ παχύτερος διαπαντὸς ὁ ξανθὸς τοῦ ὠχροῦ φαίνεται. ὥστ᾽ ἐκ τούτων τεκμαίρονται προσηκόντως, οἱ περὶ χυμῶν ἄριστα γνόντες, ὑγρότητος ἐπιμιξίᾳ λεπτῆς, καὶ ὑδατώδους τῇ συστάσει, τὴν ξανθὴν χολὴν, ὠχρὰν φαίνεσθαι. καλοῦσι δ᾽ ἔνιοι μὲν, ὑδατώδη τὴν ὑγρότητα ταύτην, ἔνιοι δ᾽, ὀρρώδη, τοῦ τοῦ γένους οὖσαν ἐξ οὗ, τό τε οὖρόν ἐστι, καὶ ὁ ἱδρώς. ὥσπερ δὲ, μιγνυμένης τῆς λεπτῆς ὑγρότητος, ἡ ξανθὴ χολὴ,

B κατά γε τὴν χρόαν ὠχροτέρα, καὶ τὴν σύστασιν ὑγροτέρα γίγνεται· οὕτως ὅταν ἐπὶ πλέον αὐτὴ διαφορηθῇ, τῇ τῶν ὠμῶν ᾠῶν λεκίθῳ παραπλησία φαίνεται, καὶ διὰ τοῦτο, καλεῖται λεκιθώδης. αὕτη μὲν οὖν ἡ χολὴ, κἂν ὠχρὰ, κἂν ξανθὴ, κἂν λεκιθώδης φαίνηται, τὴν γένεσιν ἐν τοῖς ἀγγείοις ἴσχει. κατὰ δὲ τὴν γαστέρα, πρασοειδής τις ἑτέρα γίνεται. καλοῦσι γὰρ οὕτως αὐτὴν, ἀπὸ τῆς χρόας τῶν πράσων παρονομάζοντες. ὥσπερ γε καὶ τὴν ἰώδη, παρὰ τὸ, τῷ ἰῷ ὁμοιοῦσθαι. ὠνόμασται δὲ καὶ ἰσατώδης τις χολὴ, παρὰ τὴν τῆς ἰσάτιδος χρόαν, τῆς γλαυκῆς, αὗται πᾶσαι, κοινὸν ἔχουσι τὸ

C διαμένειν. οὕτως οὖν καὶ τὴν ἐρυθρὰν ἔνιοι χολὴν ὠνόμασαν, ἐγγὺς οὖσαν αἵματι λεπτῷ κατὰ τὴν σύστασιν, ἀλλ᾽ ὅτι μὴ πήγνυται, διὰ τοῦτο χολὴν αὐτὴν προσαγορεύουσι. ταῦτα μὲν οὖν ἴσως, ἐπὶ πλέον, ἢ κατὰ τὴν προκειμένην εἴρηται πραγματείαν, τῇ τε κοινωνίᾳ τοῦ λόγου, καὶ τῷ χρησίμῳ τῆς γνώσεως, ἔτι τε τῷ συντόμῳ τῆς διδασκαλίας, προτρεψαμένης με διελθεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. ἐπὶ δὲ τὸν περὶ τῆς μελαίνης χολῆς λόγον ἐπανέλθωμεν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

D *Πῶς ἂν διαφέρῃ τῶν λοιπῶν χυμῶν ἡ μέλαινα χολή.*

ΟΤι μὲν οὖν οὐ πήγνυται, διώρισται μὲν ἀπὸ τοῦ μέλανος αἵματος, οὐ μὴν ἤδη γε καὶ ἀπὸ τῶν μελάνων, ἰδίως ὀνομαζομένων. ἐμεῖταί τε γὰρ, καὶ διαχωρεῖται πολλάκις τοιαῦτα, πάμπολυ διαφέροντα τῆς μελαίνης, οὐ τῇ δυνάμει μόνον, ἀλλὰ καὶ ταῖς αἰσθηταῖς ποιότησιν. οὔτε γὰρ στρυφνότητος, οὔτε ὀξύτητος μετέχει σαφῶς ταῦτα, τῆς μελαίνης χολῆς, κατά τε τὴν γεῦσιν ἐμφαινούσης τοῖς ἐμοῦσιν αὐτὴν, καὶ κατὰ τὴν ὄσφρησιν, οὐκ ἐκείνοις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλ-

E λοις. οὐ μὴν οὐδὲ ζυμοῖ τὴν γῆν, ὡς ἐκείνη. ἀλλ᾽ εἰ καὶ κατὰ τοῦτ᾽ ἔοικεν ὄξει δριμυτάτῳ, τῷ παχυμερεῖ τῆς οὐσίας ἐναντιώτατα διάκειται, καὶ διὰ τοῦθ᾽, οἷς ὁμιλήσειεν αὖ τοῦ σώματος μέρεσιν ἄκρατος, ἑλκοῖ πάντως αὐτὰ διαβιβρώσκουσα. τὸ μὲν γὰρ ὄξος, ἅτε λεπτομερὲς ὂν, διεξέρχεται. τὸ δὲ τῆς μελαίνης χολῆς πάχος, ἕδραν μόνιμον αὐτῇ παρέχον, αἴτιον τῆς ἀναβρώσεως γίγνεται. ὥσπερ δὲ τοῖς εἰρημένοις γνωρίσμασι, σαφῶς διορίζεται τῶν μελάνων ~~εἴτε~~ χυμῶν ἐθέλεις λέγειν, εἴτε διαχωρημάτων, εἴτ᾽ ἐδεσμάτων, ἡ μέλαινα χολή· οὕτω κἂν τῷ μήτε μυῖαν, μήτ᾽ ἄλλο τι ζῶον ἐθέλειν αὐτῆς

F γεύσασθαι, καθάπερ οὐδὲ τῆς κατακορεστάτης ἅλμης. οὐδὲ γὰρ ἐν ἐκείνῃ διαζῇ ζῶον, ὡς ἡ καλουμένη νεκρὰ θάλασσα, τεκμήριον. καὶ διὰ τοῦτ᾽, ἔοικεν ἡ γένεσις αὐτῆς, ὀλέθριος ὑπάρχειν, ὑπεροπτηθέντος τοῦ μέλανος χυμοῦ συμβαίνουσα. πολὺ δὲ δήπου τῆσδε, τὴν ἐκ τῆς ξανθῆς χολῆς ὑπεροπτηθείσης γινομένην μέλαιναν ὀλεθριωτέραν εἶναι νομιστέον

ὅσῳ περ καὶ ὁ χυμὸς τοῦ χυμοῦ δραστικώτερος, ἡ ξανθὴ χολὴ τῆς οἷον ὑποστάθμης τοῦ αἵματος. ἣν ἀμόργῃ, καὶ τρυγὶ παραπλησίαν ἔφασαν ἔχειν τὴν γένεσιν, οἱ περὶ τὰ τῆς τέχνης ἔργα σπουδάσαντες. ἀλλ' ὥσπερ, ἐπ' ἄλλων πολλῶν πραγμάτων, ὁμωνύμων μὲν ἀλλήλοις, ἐναντίας δὲ φύσεως αὐτῶν, ἡ τῆς προσηγορίας κοινότης ἔσφηλέ τινας, οὕτω κἀπὶ τῶν εἰρημένων δυοῖν χυμῶν, ἔνιοι σφαλέντες, ᾠήθησαν ἐπ' ἀγαθῷ πολλάκις ἐμεῖσθαί τε, καὶ διαχωρεῖσθαι μελαίνης χολῆς. ἐγὼ δ' ἐκ μειρακίου, παρὰ Πέλοπι τῷ διδασκάλῳ, μαθὼν ἑκατέρου τῶν χυμῶν τὰ γνωρίσματα, κἄπειτα παραφυλάξας αὐτὰ, δι' ὅλου τοῦ ἐμοῦ βίου μέχρι δεῦρο, τὸν μὲν τῆς ἀκριβοῦς μελαίνης χολῆς χυμὸν, ὀλεθρίως ἐκκρινόμενον ἐθεασάμην ἀεί. τὴν δὲ τῶν μελάνων κένωσιν, οὐκ ὀλιγάκις ἐπ' ἀγαθῷ γινομένην. ἀρκεῖ μὲν οὖν, καὶ τοῦτο γινώσκεσθαι μόνον εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα. καὶ μάλιστα ἐάν γε μετὰ διορισμοῦ τῶν καιρῶν, ἐν οἷς ἐκκρίνεται, μάθοι τις τὸν λόγον, ὃν ἐν τοῖς ἑξῆς ἐγὼ διηγήσομαι. τῷ δὲ, μήπω διὰ μακρᾶς πείρας ἐγνωκότι τὸ γινόμενον ἐφ' ἑκατέρᾳ τῇ κενώσει, θαυμάζειν ἴσως, ἢ ἀπιστεῖν, εἰκός ἐστιν, εἰ τοῦ μοχθηροτάτου χυμοῦ κενουμένου βλάπτεται τὸ σῶμα. τοὐναντίον γὰρ εὔλογον εἶναι δόξει, τῶν βλαπτόντων ἐκκενουμένων, ὑγιεινότατον αὐτὸ γίνεσθαι. κατὰ τοῦτο οὖν τὸν λόγον, καὶ ἡ τῶν μελάνων κένωσις. ἀλλ' ὁ διὰ μακρᾶς πείρας πεισθεὶς, ὅτι, ὡς ἄρτι μοι λέλεκται γίνεσθαι, ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν αἰτίαν τοῦ συμβαίνοντος, καὶ μάλιστα ὅταν ἐθελήσῃ τὰ γεννῶντα τὴν μέλαιναν χολὴν εὑρεῖν, ὧν ἤδη μὲν ἡ ἀρχὴ τῆς εὑρέσεως εἴρηται. βέλτιον δὲ καὶ τὸ σύμπαν τοῦ λόγου προσθεῖναι. τοῦ γὰρ ἐκ τῆς κοιλίας τε, καὶ τῶν ἐντέρων, εἰς ἧπαρ ἀναδιδομένου χυλοῦ, τὸ μέν τοι λεπτομερέστερόν ἐστι τῇ συστάσει, τὸ δὲ παχυμερέστερον, ὥσπερ καὶ τῶν ἐδεσμάτων αὐτῶν αἱ οὐσίαι διαφέρουσι. γινωσκόντων δ' ἡμῶν ἅπαντα, τὴν διοικοῦσαν τὸ σῶμα φύσιν, ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ ζώου πράττειν, ὁρώντων τε, καὶ τοὺς ἐκκριτικοὺς πόρους τῶν ἀχρηστοτέρων μορίων τῆς τροφῆς τε, καὶ τοῦ ποτοῦ, θαυμαστὸν οὐδὲν εἶναι δοκεῖ, καὶ τῆς ὑποστάθμης τοῦ αἵματος, ἐπιτεχνήσασθαί τινα κένωσιν αὐτήν, ἥτις, ὁποία μέν ἐστι, καὶ διὰ τίνων γὰρ μορίων, αὖθις ἐπισκεψόμεθα.

quantò nimirum humor alter altero efficacior exiſtit, flaua inquam bilis, altero qui eſt veluti ſanguinis ſedimentum, quem amurcæ quidem & fæci ſimilem generationem habere dixerunt, qui in artis operibus ſtudioſè ſunt verſati. Verùm quemadmodum in multis aliis rebus, quæ quum idem nomen ſortiantur; naturas tamen contrarias poſſident, appellationis communitas nonnullos decepit, ſic & in duobus narratis humoribus multi aberrantes, frequenter aliquid bilis atræ ſalubriter tum euomi, tum etiam deiici exiſtimarunt. Ego verò quum adhuc adoleſcens à Pelope preceptore vtriuſque humoris ſigna didicerim, deinde toto vitæ meæ tempore vſque ad hunc diem ea obſeruauerim, ſemper quidem exactæ bilis atræ humorem excerni ad perniciem animaduerti, eorum verò quæ nigra appellantur euacuationem, non rarò ſalubrem extitiſſe. Igitur hoc tantùm ad artis opera nouiſſe ſufficiet: præcipuè ſi quis cum diſtinctione temporum in quibus fit excretio, etiam rationem didicerit, quam ego in ſequentibus explicabo. At qui in vtraque euacuatione longa experientia non eſt exercitatus, mirabitur fortaſſe, & non immeritò, & adhuc nequaquam credet, prauo videlicet humore euacuato corpus lædi: quum contra rationi conſentaneum eſſe videatur, vt moleſtantibus humoribus euacuatis corpus ipſum ſaluberrimum relinquatur: ſecundùm hanc igitur rationem & nigrorum euacuationem fieri cenſendum. Verùm qui longa experientia fuerit perſuaſus, quid, vt ſupra dictum eſt, his qui circa artis opera verſantur vſu venit, is ſanè quænam ſit huius rei cauſa quàm facillimè inueniet, ac præſertim quum noluerit ea quæ atram bilem generant inueſtigare: quorum inueniendorum principium iam dictum eſt. At melius erit vniuerſum ſermonem adiicere. Nam humoris illius, qui ex ventriculo atque inteſtinis ad iecur transfertur, pars quædam conſiſtentia tenuior, quædam verò craſſior exiſtit, quemadmodū & eduliorum ſubſtantiæ inter ſe differre conſpiciuntur. Quum autem cognoſcamus naturam, quæ corpus gubernat, omnia ad animalis ſalutē efficere, videamúsq; etiam meatus cōſtitutos ad excernendā partem inutiliorem alimenti ac potus; nihil mirum videri debet, ſi eadem natura ſedimenti etiam ſanguinis euacuationem non inartificioſè molita ſit, quæ qualiſve ſit, & per quas partes perficiatur, rurſum cōſiderabimus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ τῶν ἑνὸς μέρους νόσων ἐπὶ μελαγχολικῷ χυμῷ γινομένων.

Νυνὶ δὲ προτέρου, ἀπὸ τῆς πείρας ἐγνωσμένων, ἀρχὴν ποιησάμενοι τῆς διὰ τοῦ λόγου γινομένης σκέψεως, ὅσα πεπείσμεθα χρόνῳ πολλῷ βασανίσαντες, εὑρηκέναι ταῦτα ἐροῦμεν. ὁρᾶται δὴ τὸ κατὰ τὰς φλεβοτομίας αἷμα, παχύτερον, καὶ μελάντερον, ἐν ταῖς τῶν ξηρῶν, καὶ θερμῶν σωμάτων φύσεσιν, ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὰς τοιαύτας ὥρας, καὶ χώρας, καὶ καταστάσεις, ἐπιτηδεύματά τε, καὶ δίαιταν ἐν ἐδέσμασι παχυχύμοις τε, καὶ αὐχμώδεσιν, ὁποῖόν ἐστι φακῆ, καὶ κοχλίαι, καὶ κρέα ταύρεια, καὶ τράγεια, καὶ μᾶλλον εἰ ταριχευθείη. τῆς τοιαύτης ὕλης ἐστὶ, καὶ μέλας οἶνος παχύς τε, καὶ αὐστηρός. οὕτω δὲ καὶ τῶν νοσημάτων, ὅσα κατὰ θερμὴν καὶ ξηρὰν δυσκρασίαν γὰρ, καθάπερ οἱ καῦσοι, παχὺ καὶ μέλαν ἀποφαίνουσι τὸ αἷμα. τοιοῦτον δ' αὖθις καὶ ὁ μακρὸς οὗτος λοιμὸς,

CAPVT IV.

De vnius partis morbis qui ob melancholicum humorem fiunt.

NVnc autem ab iis quæ per experientiam deprehendimus futuræ diſputationis initium ſumentes, ea dicamus, quæcunque longo tempore perueſtigantes, nobis perſuademus adinueniſſe. Sanguis qui vena ſecta mittitur, nigrior eſſe videtur in ſiccis & calidis corporum temperamentis, ſicuti & in huiuſcemodi anni temporibus, & regionibus, conſtitutionibus, vitæ ſtudiis, victus ratione, cibis craſſis & ſiccis; quales ſunt lens, cochleæ, & carnes taurinæ atque hircinæ, & præſertim ſale aſſeruatæ. Conſimilis etiam materiæ eſt vinum nigrum, craſſum & auſterum. Pari etiam ratione quicunque morbi fiunt ex calida ſiccáque intemperie, cuiuſmodi ſunt febres ardentes, craſſum & nigrum ſanguinem efficiunt. Eiuſmodi etiam ſanguinem reddidit hæc longa peſtilentia, quæ in

quæ in longa æstate facta est, atque eorum qui seruati sunt non paucis deiectio per ventrem inferiorem accidit eorum, quæ nigra appellantur, in nono die magna ex parte, vel etiã in septimo, vel in vndecimo quorum ipsorũ plures differentiæ apparuerũt quum nonnulla ad atræ bilis naturam proximè accederent, nonnulla neque in deiiciendo mordacia sentirentur, neq; malè olerentur, plurima verò in horum medio viderentur constituta. Quibus verò ægrotis huiuscemodi ventris deiectio non accidit, iis corpus vniuersum nigris pustulis commaculatum est, quæ sanè illis non dissimiles erant, quas græci ἐξανθήματα appellant. Nonnunquam etiam quædam veluti squama illis exiccatis, atque discussis decidebat, sed paulatim, ac multis diebus post crisim. Quicunque autem atram bilem exquisitam deiecerunt, omnes interierunt: indicat enim ea iam sanguinem fuisse immodicè assatum, atque adustum. Quin & in multis, alias huiuscemodi pustulas citra febrem est videre, circa cutem crassiorem redditam, atque exiccatam: natura nimirum ipsa quicquid melancholici humoris superuacuum est foràs detrudente, ex quo genere is morbus consistit, qui elephas nuncupatur. Vbi autem vnà cum febre tale quippiam acciderit, tunc à melancholico humore in cutem decumbẽte gignitur is morbus, quem medici carbunculũ appellarũt: si verò citra febrem ad eam decũbat, quũ sanguini fuerit admixtus, elephantẽ gignere natura aptus est: quum verò solus existit, ab initio quidem nigrũ tumorem progignit, qui tempore procedente, ad appellatum cancrum terminatur: quum verò acrior atque contumacior extiterit hic humor, cute corrosa, vbi autẽ mitior fuerit, cancrũ latentẽ nuncupatũ citra vlcus efficiet: etenim euidenter omnes huiuscemodi affectus, & præsertim cancer à melancholico humore ortum habet: nempe quum manifestè appareat venæ, ad locũ affectũ peruenientes, quę crassum atq; nigrũ humorẽ continent. Semper enim natura tentat sanguinem expurgare, quod in ipso prauũ est secernẽs, & à partibus principalibus quandoq; ad ventriculũ, atq; intestina, quandoque etiã ad exteriorẽ superficiẽ repellens. Quare quæcunq; huiuscemodi excrementa, tenuioris substantiæ existunt, cutem ipsam egrediuntur, nonnunquã sanè per insensilem transpirationem, quandoque etiam sensibiliter, quemadmodum sudores: quæcunque autem sunt crassioris, cutis quidem densitatem permeare non valẽt, sed ibi intercepta, si nempe calida sint, carbunculos generant, si verò minùs talia sunt, cancros. Quum verò humor niger qualitates obtineat mitiores sanguini commistus subrubros elephantas progignit: processu autem temporis hi nigriores euadunt. Cæterùm natura sæpiùs vasorum quæ sunt in sede venam aperiens, huiusmodi humorem excernit sanguini admixtum, vnde etiam nomen huic symptomati, hæmorrhoida, imposuere: ex qua sanè qualisnam sanguis sit qui excernitur, opus est addiscere: nunquid is sit talis, qualem habent qui supra modum exercentur, & athletæ, & ex vulgaribus hominibus, qui integram retinent veletudinem, & bonis scatent humoribus, an hoc ipso nigrior & crassior existat. At qui natura huiuscemodi sanguinem sæpenumero ad eas quæ sunt in cruribus venas transmittit, à quo distentæ, ac dilatatæ varicosæ redduntur, & cutis quæ huiuscemodi venas attingit, tempore procedente nigrescit. In quibus cutem copia tantum sanguinis influit, qui melancholicus non sit,

ὁ ἐπὶ τοῦ μακροῦ θέρους γενόμενος, εἰργάζετο, καὶ τῶν γε διασωθέντων, οὐκ ὀλίγοις ἔκκρισις διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἐγίγνετο τῶν καλουμένων μελανῶν, ἐπὶ τῆς ἐννάτης ἡμέρας τοὐπίπαν, ἢ ἑβδόμης, ἢ ἑνδεκάτης. ὧν καὶ αὐτῶν ἐφαίνοντο διαφοραὶ πλείους, ἐνίων μὲν ἐγγυτάτω τῆς μελαίνης ἡκόντων, ἐνίων δ' οὔτε δῆξιν ἐν ταῖς διαχωρήσεσιν ἐχόντων, οὔτε ὀσμὴν δυσώδη. πολλῶν δ' ἐν τῷ μεταξὺ τούτων καθεστηκότων. ὅσοις δὲ τῶν νοσούντων ἡ διὰ τῆς κάτω γαστρὸς ἔκκρισις οὐκ ἐγένετο τοιαύτη, τὸ σῶμα πᾶν περιεξηνθήσε μέλασιν ἐξανθήμασιν ὁμοίοις. ἐνίοις τε δὲ καὶ οἷον λεπὶς ἀπέπιπτε ξηραινομένων τε καὶ διαφορουμένων αὐτῶν, κατὰ βραχὺ δὲ ἐπὶ πλείοσιν ἡμέραις, μετὰ τὴν κρίσιν. ὅσοι δὲ διεχώρησαν ἀκριβῆ τὴν μέλαιναν, ἀπέθανον ἅπαντες. ἐνδείκνυται γὰρ ἡ τοιαύτη κατωπτῆσθαι τὸ αἷμα. φαίνεται δὲ καὶ ἄλλα χωρὶς τοῦ πυρέξαι, πολλοῖς ἐξανθήματα γινόμενα κατὰ τὸ δέρμα, παχυνόμενόν τε καὶ ξηραινόμενον τὸ πλεονάζον τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ τῆς φύσεως ὠθούσης αὐτὸ ἐκτός. ἐξ οὗ γένους ἐστὶ, καὶ ὁ καλούμενος ἐλέφας. ὅταν δ' ἅμα πυρετῷ γένηταί τι τοιοῦτο, τὸν ὀνομαζόμενον ἄνθρακα γεννᾷ, τὸ κατασκῆψαν εἰς τὸ δέρμα τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. χωρὶς δὲ πυρετοῦ κατασκῆπτον, ὅταν μὲν αἵματι μεμιγμένον ᾖ, τὸν ἐλέφαντα γεννᾶν πέφυκεν, ὅταν δὲ μόνον, ἐν ἀρχῇ μὲν ὄγκον ἐργάζεται μέλανα, τῷ χρόνῳ δ' εἰς τὸν καλούμενον καρκῖνον τελευτᾷ, ἐπειδὰν μὲν δριμύτερον καὶ κακοηθέστερον ᾖ, διαβιβρωσκομένου τοῦ δέρματος. ὅταν δ' ἐπιεικέστερον, ἕλκους χωρὶς ἐργάζεται τὸν ὀνομαζόμενον κρυπτὸν καρκῖνον. ἐναργῶς γὰρ ἅπαντα τὰ τοιαῦτα πάθη, καὶ μάλισθ' ὁ καρκῖνος ὑπὸ μελαγχολικοῦ γίνεται χυμοῦ. σαφῶς φαινομένων τῶν εἰς τὸ πεπονθὸς μόριον ἡκουσῶν φλεβῶν, παχὺν καὶ μέλανα περιεχουσῶν χυμόν. ἐκκαθαίρειν μὲν γὰρ τὸ αἷμα διὰ παντὸς ἡ φύσις πειρᾶται. διακρίνουσά τε τὸν μοχθηρὸν ἐξ αὐτοῦ, κἀκ τῶν κυρίων μορίων ὠθοῦσα, ποτὲ μὲν εἰς τὴν γαστέρα τε καὶ τὰ ἔντερα, ποτὲ δὲ εἰς τὴν ἐκτὸς ἐπιφάνειαν. ἀλλ' ὅσα μὲν τῶν τοιούτων λεπτομερεστέρας οὐσίας ἐστὶ, διεξέρχεται τὸ δέρμα, ἔνια μὲν κατὰ τὴν ἄδηλον τῇ αἰσθήσει διαπνοήν. ἔνια δ' αἰσθητικῶς, καθάπερ οἱ ἱδρῶτες. ὅσα δὲ παχύτερα, διεξελθεῖν μὲν οὐ δύναται τὴν πυκνότητα τοῦ δέρματος, ἐγκαταλαμβανόμενα δὲ, τὰ μὲν θερμὰ, τοὺς ἄνθρακας ἐργάζεται. τὰ δὲ μὴ τοιαῦτα τοὺς καρκίνους. ὅταν δ' ἐπιεικὴς κατὰ τὰς ποιότητας ὁ μέλας εἴη χυμὸς, αἵματί τε συμμιγεὶς, τοὺς ὑπερύθρους ἐλέφαντας ἐργάζεται. χρονίζοντες δὲ καὶ οὗτοι, γίνονται μελάντεροι. πολλάκις δ' ἡ φύσις, ἀναστομώσασα φλέβα τῶν κατὰ τὴν ἕδραν ἀγγείων ἐξέκρινε τὸν τοιοῦτον χυμὸν αἵματι μεμιγμένον, ἀφ' οὗ δὴ καὶ τοὔνομα τῷ συμπτώματι τίθενται τὴν αἱμορροΐδα. καὶ χρὴ καταμανθάνειν ἀπ' αὐτῆς, ὁποῖόν ἐστι τὸ ἐκκρινόμενον αἷμα, πότερον οἷον ἔχουσιν, οἵτε γυμναστικοὶ, καὶ οἱ ἀθληταὶ, καὶ τῶν ἰδιωτῶν οἱ τελέως ὑγιεινοί, καὶ εὔχυμοι. ἢ μελάντερόν τε καὶ παχύτερον τοῦδε. καὶ μέντοι καὶ ὡς ἡ φύσις ἀποτίθεται τὸ τοιοῦτο αἷμα πολλάκις εἰς τὰς κατὰ τὰ σκέλη φλέβας, ὑφ' οὗ διατεινόμεναί τε καὶ διευρυνόμεναι κιρσώδεις ἀποτελοῦνται, καὶ μελαίνεταί γε τῷ χρόνῳ τὸ δέρμα, τὸ κατὰ τὰς τοιαύτας φλέβας. ἐφ' ὧν δ' αἵματος πλῆθος μόνον εἰσρέον, ἄνευ τοῦ μελαγχολικοῦ ὑπάρχει,

ἀσθενεστέρας οὔσας φύσει τὰς τῇδε φλέβας, ἀνευρύνει κατασκήπτον, οὐδενὸς τοιούτου συμβαίνοντος, ὡς ἐφ' ὧν γε αὖ τὸ μελαγχολικὸν αἷμα τοὺς κιρσοὺς ἐργάσηται. κίνδυνος γὰρ ἐπὶ τούτων ἐστὶν, ἐὰν ἐκτέμνῃ τις τὰς πεπονθυίας φλέβας, ἁλῶναι μελαγχολίᾳ. καὶ τοῦτο πολλάκις ἑωρᾶτο γινόμενον, οὐ μόνον κατὰ τοὺς κιρσοὺς, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰς ὑπὸ τοῦ τοιούτου χυμοῦ γινομένας αἱμορροΐδας. ἕλκος δέ τις ἔχων ἐν κνήμῃ χρόνου πολλοῦ, τὴν ὑπερκειμένην φλέβα κιρσωδεστέραν οὖσαν ἐκτμηθεὶς, αὐτίκα μὲν ἐθεραπεύθη τὸ ἀρχαῖον ἕλκος, ὃ δὲ ἐκ τῆς τομῆς ἔσχεν ἐξαιρεθείσης τῆς φλεβὸς, ἀνίατον ἔμεινεν. ὕστερον δέ ποτε μετ' ἐνιαυτὸν εἷς τῶν ἐν Περγάμῳ διδασκάλων ἡμῶν Στρατόνικος τοὔνομα μαθητὴς Σαβίνου τοῦ Ἱπποκρατείου, φλέβα τεμὼν ἐν ἀγκῶνι ἀνθρώπου, καὶ θεασάμενος αἷμα παχὺ, καὶ μέλαν ἐκκρινόμενον, ἐπαφεῖλε κατὰ τὴν ὑστεραίαν ὀλίγον. εἶτα κατὰ τὴν τρίτην τε, καὶ τετάρτην ὁμοίως ὀλίγον, καθήρας τε μετὰ ταύτας τὰς τρεῖς φαρμάκῳ μέλανα χυμὸν ἐκκενοῦντι, καὶ τὴν δίαιταν αὐτῷ εὔχυμον παρασκευάσας, ἐπὶ τὴν θεραπείαν τοῦ ἕλκους ἐτράπετο.

incumbens quidem in venas quæ inibi natura imbecilliores sunt, eas dilatat nullo sanè tali contingente, quale accidit, vbi melancholicus sanguis varices procreauerit: his namque periculum imminet, siquis venas affectas excidere aggrediatur, ne melancholia corripiantur. Hoc enim sæpiùs fieri visum est, non modò in varicibus, verùm etiã in hæmorrhoidibus, quæ ex huiuscemodi humore consistunt. Quidam quum longo tempore vlcus in crure habuisset, vena quæ superposita erat, varicosiore excisa, statim quidem vlcus antiquum curatum est: quòd verò ex incisione sublatæ venæ contraxit, insanabile permansit: postremò autem, iam anno exacto, vnus ex meis preceptoribus Pergami, Stratonicus nomine, Sabini Hippocratici discipulus, homini in cubito venam secuit: & quum sanguinem crassum ac nigrum excerni vidisset, paulum etiam postridie detraxit, necnon tertio & quarto die similiter modicum: atque vbi medicamento nigrum humorem educente hominem purgasset, atque ei victum boni succi præscripsisset, his nimirum tribus peractis ad vlceris curationem se conuertit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Τὴν μέλαιναν χολὴν γίνεσθαι ἀναγκαῖον.

ΟΤΙ μὲν οὖν ἐν ταῖς φλεψὶ, καὶ ταῖς ἀρτηρίαις, οἱ χυμοὶ περιέχονται πάντες, ἐνδείκνυται, καὶ ἡ μὲν ποικιλία τῆς χρόας τε καὶ συστάσεως αὐτοῦ. δηλοῖ δὲ καὶ τὰ νῦν εἰρημένα. καὶ πρὸς τούτοις ὅσα κατὰ τὸ περὶ φύσιος ἀνθρώπου γέγραπται τῷ Ἱπποκράτει, περὶ ὧν ἐπὶ πλέον μὲν, ἐν τῷ περὶ τῶν κατ' αὐτὸν στοιχείων διῆλθον, ἀναγκαῖον δ' ἐστὶ καὶ νῦν εἰπεῖν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς ῥήσεως αὐτοῦ, τῆσδε. Τὸ δὲ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου ἔχει ἐν ἑωυτῷ αἷμα καὶ τὸ φλέγμα, καὶ χολὴν διττὴν ξανθήν τε καὶ μέλαιναν. καὶ ταῦτά ἐστιν αὐτέῳ ἡ φύσις τοῦ σώματος, καὶ διὰ ταῦτ' ἀλγέει, καὶ ὑγιαίνει. ὑγιαίνει μὲν οὖν μάλιστα, ὁκόταν μετρίως ἔχῃ ταῦτα τῆς πρὸς ἄλληλα κρήσιος, καὶ δυνάμιος, καὶ τοῦ πλήθεος, καὶ μάλιστα ἢν μεμιγμένα ᾖ. ἀλγέει δ' ὁκόταν τι τουτέων ἔλασσον, ἢ πλέον ἤδη χωρισθῇ ἐν τῷ σώματι, καὶ μεμιγμένον ᾖ τοῖσιν πᾶσιν. ἀνάγκη γὰρ ὅταν τι τουτέων χωρισθῇ, καὶ ἐφ' ἑωυτοῦ στῇ οὐ μόνον τοῦτο τὸ χωρίον, ἔνθεν ἐξέστη, ἐπίνοσον γίνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἔνθα αὖ στῇ, καὶ ἐπιχυθῇ ὑπερπιμπλάμενον, ὀδύνην τε καὶ πόνον παρέχει. καὶ γὰρ ὅταν τι τουτέων, ἔξω τοῦ σώματος ἐκρυῇ, πλέον τοῦ ἐπιπολάζοντος, ὀδύνην παρέχει ἡ κένωσις. ἤν τ' αὖ πάλιν εἴσω ποιήσηται τὴν κένωσιν, καὶ τὴν μετάστασιν, καὶ τὴν ἀπόκρισιν ἀπὸ τῶν ἄλλων πολλὴ αὐτῷ ἀνάγκη διπλῆν τὴν ὀδύνην παρέχειν κατὰ τὰ εἰρημένα, ἔνθεν τε ἐξέστη, καὶ ἔνθα ὑπερέβαλεν. ἐκ τούτων, ὅτι μὲν ὑγιαίνει τὸ ζῶον, ὅταν ἔχῃ ταῦτα συμμέτρως τῆς πρὸς ἄλληλα κράσεως, νοσεῖ δὲ ὅταν, ἤτοι καθ' ὅλον τὸ σῶμα, τοῦτ' ἔστιν ἐν ἅπασι τοῖς ἀγγείοις πλεονεξία τις ᾖ αὐτῶν ἐστιν. ἢ καθ' ἕν τι γίνηται μόριον, ὁ τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης ὡμιληκὼς, ἀληθεύειν φήσει τὸν Ἱπποκράτην. τὰ μὲν γὰρ ἐν ἑνὶ μέρει νοσήματα διὰ τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν γινόμενα, ὀλίγον ἔμπροσθεν διελθὼν, ἐδήλωσα, ὅτι καὶ διὰ κιρσῶν ἄρσιν ἢ αἱμορροΐδος, ἐμελαγχόλησαν ἕτεροι.

CAPVT V.

Atræ bilis generationem esse necessariam.

QVod igitur in venis, & arteriis humores omnes vnà cum sanguine continentur, ostendit ipsius varietas tum in colore, tum in consistentia: quinetiam & ex his quæ modò dicta sunt, abundè patet, præterea & ex his quæ in libro de natura humana ab Hippocrate scripta sunt, de quibus latiùs sanè in libris de Elementis ex illius sententia, pertractauimus: At nunc etiam necesse est ex his aliquid in medium afferre: inde autem exordiemur, vbi hæc habet. *Atqui corpus hominis in se ipso sanguinem habet, & pituitam, & duplicem bilem, flauam scilicet & atram, atque hæc ipsi est corporis natura, & ob hæc dolet, & bene valet. Igitur tum præsertim bene valet, quum hæc inuicem moderatè fuerint temperata quoad eorum tum facultatem, tum multitudinem, & potißimùm si fuerint commixta: dolet autem quum horum aliquod vel iusto minùs, vel plus euaserit, aut fuerit in corpore segregatum, neque aliis omnibus commixtum sit. Necesse est enim vbi horum quoduis fuerit secretum, & per se ipsum steterit, non locum tantum à quo excesit morbo obnoxium reddi, verùm etiam & eum in quo constiterit, ac fuerit detentum, eò quòd supra modum repleatur, nihilominus affici, atque vtrobique dolorem ac laborem facessere. Etenim quum horum aliquod extra corpus supra quàm redundet effluxerit, ea nimirum vacuatio dolorem affert. Quòd si rursum intus fiat euacuatio, & transmutatio, atque ab aliis secretio, duplici dolore tunc corpus affici est necesse quemadmodum dictum est, tum vnde erupit, tum vbi exuperauit.* Igitur tunc animal sanum esse quum hæc temperamenti mediocritatem obtinuerint, ægrotare autem vbi vel in toto corpore, hoc est in omnibus vasis, alicuius eorum redundantia fuerit, vel in parte quapiam vna fiat, nemo qui in artis operibus sit versatus, Hippocratem vera dixisse non fatebitur. Quum enim morbos quæ in vna parte à melancholico humore fiunt, paulò ante enumerarem, id etiam declaraui, quod alij ex varicum, vel hæmorrhoidis ablatione, melancholia correpti sunt:

proinde & in partibus, quæ in corporis profundo latent rationi consentaneum est similes affectus progigni, his qui in cute consistunt: atque ea nimirum ratione si flaua bilis in vnam quampiam partem decubuerit, erysipelas generabitur, si verò atra, carbunculus, & cancer: nempe quum quæ in corporis profundo sunt partes, nequaquam adamantinam constitutionem obtineāt, sed & ipsæ iisdem affectibus sint subiectæ. In quibus igitur fieri potest vt firmiter efficientem causam agnoscamus, manifestè in his tum flaua bilis, tum atra conspiciuntur, quæ intestinorum aliàs aliud erodunt (nempe id cui potissimùm inhæserint) atque nonnunquam prorsus insanabilem dysenteriam efficiunt: quamobrem in Aphorismis scripsit Hippocrates, *Dysenteria, si ab atra bile ortum habeat, letale.* Ego autem antea dixi omnes ex atra bile exulcerationes insanabiles esse, nisi quis curationem id appellare voluerit, si affecta particula, tota circumquaque ad partem sinceram vsque dissecta, abscindatur. Igitur quemadmodum intestina citra vllius auxilij spem vlcerantur ab atra bile, à flaua autem difficulter curationem admittunt: sic & constat vnicuique aliarum partium euenire quæcunque in profundo sunt sitæ, & adhuc intestinis longè nobiliores existunt. Adde quòd adhuc intestinorum curatio facilior est eò quòd medicamenta, quæ per sedem iniiciuntur, statim locis affectis occurrunt: quod sanè in aliis particulis nequaquam facilè fieri potest. Non igitur contemnendam, aut paruam artis partem, indiscussam reliquerunt, qui nihil de atra bile considerauerunt, adhuc verò magis qui neque de flaua aliquid dixerunt, qui autem neque de vtrisque, neque de pituita sunt meditati, non omninò enumerare queas quot necessaria artis præcepta omiserint. Porrò Erasistratus de atra bile nihil omninò scriptum reliquit, de flaua autem, & pauca quidem, sed quæ non omnia vera sint: sic enim de ea scripsit. *Biliosa autem humiditas, quòd quidem necessariò excernenda sit, plures qui superueniunt affectus testantur, nempe morbus regius, & inflammationes, quæ circa iecur oriuntur aliique complures. Id autem considerare, vtrum hæc generetur in ea quæ in ventriculo fit alimenti confectione, vel mixta cum his quæ assumuntur, exteriùs adueniat, nihil medicam artem iuuare potest.* Hæc quidem de flaua bile tradidit Erasistratus in primo vniuersalium sermonum. Qui verò illi contradicunt, aiunt quòd, sicuti ipse fatetur flauam bilem in corpore redundantem officere, satiùs sanè esset si nequaquam ipsa generaretur: hoc verò quum fieri non possit, saltem quàm minimam gigni. Atqui nec quominùs generetur omninò prohiberi potest, nec vllo pacto (siquidem id fieri possit) causa generationis ipsius nequaquam cognita, vt quàm minimùm illius gignatur quis poterit prouidere. Igitur substantia huiuscemodi humoris in cibis, & potibus continetur: quæ tamen prorsus inter se differunt, alia enim plurimùm illius obtinent, alia minimùm, & alia fortè nihil. Si autem in corpore generatur, tum in quibus potissimùm partibus, tum etiam cuius efficientis causæ vi ea gignatur, medicis necessarium est cognoscere? Verùm hic sermo communi sermoni de humorum generatione coniunctus est, de quibus ne meminit quidē Erasistratus. Quare quòd ad ipsum pertinet,

καὶ κατὰ τὰ μὴ φαινόμενα δὲ μόρια, κατὰ τὸ βάθος τοῦ σώματος, εὔλογον ὅμοια πάθη γίνεσθαι, τοῖς κατὰ τὸ δέρμα συνισταμένοις. οὐ γὰρ δή που, χολῆς μὲν ξανθῆς, εἴς ἔντι μόριον κατασκηψάσης, ἐρυσίπελας γενήσεται. μελαίνης δὲ, ἄνθραξ τε, καὶ καρκῖνος. οὐ δή που γε τὰ κατὰ βάθος τοῦ σώματος, ἀδάμαντος ἔχει κατασκευὴν, ἀλλὰ κἀκεῖνά γε, τοῖς αὐτοῖς ὑπόκειται πάθεσιν. ἐφ' ὧν γοῦν οἷόν τέ ἐστι βεβαίως διαγνῶναι τὴν ἐργασαμένην αἰτίαν ἐναργῶς ἐπὶ τούτων φαίνεται καὶ ξανθὴ, καὶ μέλαινα χολὴ διαβιβρώσκουσαι τῶν ἐντέρων ἄλλοτ' ἄλλο, καθ' ὅ, τι περ ἂν μάλιστα ἐπειχθῶσι, καί ποτε τελέως ἀνίατον ἐργαζόμεναι τὴν δυσεντερίαν καὶ διὰ τοῦθ', Ἱπποκράτης ἐν ἀφορισμοῖς ἔγραψε. δυσεντερίη ἢν ἀπὸ χολῆς μελαίνης ἄρξηται, θανάσιμον. ἐγὼ δὲ πρόσθεν εἶπον, ἀνίατα πάντ' εἶναι τὰ διὰ μέλαιναν χολὴν ἑλκωθέντα, πλὴν εἴ τις ἴασιν ἐθέλει καλεῖν, ὅταν ἐκκόψῃ τὸ πεπονθὸς μόριον ὅλον ἐν κύκλῳ περιτεμὼν, ἄχρι τῶν ἀπαθῶν. ὥσπερ οὖν ἔντερον, ἀβοηθήτως μὲν ὑπὸ μελαίνης χολῆς ἑλκοῦται, δυσβοηθήτως δὲ ὑπὸ τῆς ξανθῆς χολῆς· δῆλον ὅτι, καὶ τῶν ἄλλων μορίων ἕκαστον, ὅσα κατακέκρυπται μὲν ἐν τῷ βάθει, κυριώτερα δὲ μακρῷ τῶν ἐντέρων ἐστί. πρὸς τῷ καὶ τὴν θεραπείαν ἐπὶ μὲν τῶν ἐντέρων, εὐκολωτέραν εἶναι τῶν ἐνιεμένων διὰ τῆς ἕδρας φαρμάκων, αὐτοῖς τοῖς πεπονθόσι προσπιπτόντων εὐθέως, ἐπὶ δὲ τῶν ἄλλων μορίων, οὐδὲ τοῦτο γενέσθαι ῥᾳδίως δυναμένου. οὔκουν τὸ τυχὸν, οὐδὲ μικρὸν τῆς τέχνης μέρος ἀθεώρητον εἴασαν, οἱ μηδὲν ἐπισκεψάμενοι περὶ μελαίνης χολῆς, ἔτι δὲ μᾶλλον, οἱ μηδὲ περὶ τῆς ξανθῆς. ὅσοι δὲ μὴ περὶ τούτων ἐπεσκέψαντο μηδὲ περὶ φλέγματος, οὐδ' ἀριθμῆσαι δυνατὸν, ὁπόσα παρέλιπον τῆς τέχνης ἀναγκαιότατα θεωρήματα. περὶ μὲν οὖν τῆς μελαίνης χολῆς, οὐδὲν ὅλως ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψε, περὶ δὲ τῆς ξανθῆς, ὀλίγα τε ἅμα, καὶ οὐδὲ ταῦτ' ἅπαντ' ἀληθῆ. λέγει μὲν γὰρ οὕτω περὶ αὐτῆς. ἡ δὲ χολώδης ὑγρασία, ὅτι μὲν ἀναγκαία ἐστὶν ἀποκρίνεσθαι, πολλὰ τῶν ἐπιγινομένων παθῶν μάρτυρες. οἱ ἴκτεροι γὰρ καὶ αἱ περὶ τὸ ἧπαρ γινόμεναι φλεγμοναὶ, καὶ ἄλλα πλείω. πότερον δὲ ἐν τῇ περὶ τὴν κοιλίαν κατεργασίᾳ τῆς τροφῆς γεννᾶται ἡ τοιαύτη ἢ μεμιγμένη, ἐν τοῖς προσφερομένοις ἔξωθεν παραγίνεται; οὐδὲν χρήσιμον πρὸς ἰατρικὴν ἐπεσκέφθαι; ταῦτα μὲν ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ἐν τῷ πρώτῳ τῶν καθόλου λόγων περὶ τῆς ξανθῆς χολῆς. ἀντιλέγοντες δ' αὐτῷ; φασὶν ὡς εἴπερ αὐτὸς ὁμολογεῖ, βλάβην ἐργάζεσθαι τὴν ξανθὴν χολὴν πλεονάσασαν, ἄμεινον μὲν ἦν αὐτὴν μηδόλως γεννᾶσθαι. τοῦτο δ' εἴπερ ἀδύνατον, ἀλλ' ὡς ὀλιγίστην. καὶ μὴν οὔτε γεννᾶσθαι δυνατόν ἐστι κωλύειν ὁντιναοῦν. οὔτε εἴπερ τοῦτό γε δυνατὸν, ἀλλὰ προνοεῖσθαί γε τοῦ βραχυτάτην αὐτὴν γεννᾶσθαι χωρὶς τοῦ τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως ἐπίστασθαι τοῦ πράγματος δυνατόν. ἡ μὲν οὖν οὐσία τοῦ χυμοῦ τούτου κατά γε τὰ σιτία, καὶ τὰ ποτὰ περιέχεται. πάντως δὲ δή που διαφορᾶς οὔσης ἐν αὐτοῖς, τὰ μὲν πλέον αὐτῆς, τὰ δ' ἔλαττον ἔχει, τὰ δὲ ἴσως οὐδέν. εἰ δ' ἐν τῷ σώματι γεννᾶται, κατά τινά τε μάλιστα μόρια γίνεται τοῦτο, καὶ τίνος αἰτίας ἐργαζομένης αὐτὴν, ἀναγκαῖον ἐπίστασθαι τοὺς ἰατρούς, ἔζευκται δ' ὁ λόγος οὗτος τῷ κοινῷ λόγῳ περὶ γενέσεως χυμῶν, ὑπὲρ ὧν οὐδ' ὅλως Ἐρασίστρατος ἔγραψεν. ὥσθ' ὅσον ἐστὶν ἐπ' αὐτῷ,

μήτε τῶν ἐδεσμάτων ἡμᾶς ἐπίστασθαι, τίνα μὲν εὔχυμά ἐστι, τίνα δὲ κακόχυμα, μήτε τῶν ἐπιτηδευμάτων, ἔτι δὲ μᾶλλον, μηδ᾽ αὐτῆς τῆς φύσεως τῶν ἀνθρώπων. καίτοι γ᾽ ἐνίους ὁρῶμεν ὅπως ἂν διαιτῶνται, πολὺν ἀθροίζοντας, ἤτοι τὸν πικρόχολον, ἢ τὸν μελαγχολικὸν, ἢ τὸν τοῦ φλέγματος χυμόν. ὅτι γὰρ καὶ αὐτὸς αἴτιος γίγνεται νοσημάτων οὐ σμικρῶν, ἐν ἑτέρῳ δέδεικται λόγῳ. ὡμολόγησε δὲ καὶ ὁ Ἐρασίστρατος αὐτὸς ὑπὸ τοῦ χυμοῦ τοιούτου γίνεσθαί τινα πάθη. καίτοι πάντῃ τρόπῳ φυλαττόμενος αἰτιᾶσθαι τοὺς μοχθηροὺς χυμούς. ἀλλὰ τούς γε γλίσχρους καὶ παχεῖς, αὐτὸς ἀπεφήνατο, παραλύσεως αἰτίους γίνεσθαι, γράψας οὕτως. τὸ μὲν οὖν πάθος, συμβαίνει παρεμπτώσεως ὑγρῶν γινομένης εἰς τὰ τοῦ πνεύμονος ἀγγεῖα, τὰ ἐν τοῖς νεύροις, δι᾽ ὧν αἱ κατὰ προαίρεσιν κινήσεις συντελοῦνται. καὶ μετ᾽ ὀλίγα. ἡ δὲ παρέμπτωσίς, φησι, γίγνεται τῆς τροφῆς, ἀφ᾽ ἧς τὰ νεῦρα τρέφεται. αὕτη δὲ, γλίσχρος, καὶ ὁλκιμος, καὶ δυσέκκριτος. ὅτι δὲ καὶ ἀποπληξίας, καὶ λητάργου, καὶ ἐπιληψίας ἑτέρων τε πολλῶν, ὁ τοιοῦτος χυμὸς ἀθροιζόμενος αἴτιός ἐστιν, οὐκ ἔτ᾽ εἶπεν.

nec licebit cognoscere quæ cibaria, nec quæ vitæ studia, atque adhuc magis nec quæ ipsorum hominum natura bonis vel prauis humoribus gignendis magis sint idonea: & si multos videamus, qui quacunque victus ratione vtantur, quamplurimum congerunt humoris vel biliosi, vel melancholici, vel pituitosi. Etenim quod is quoque humor non leuium morborum causa euadat, alibi à nobis est demonstratum: quoniam & Erasistratus ipse confessus est ab huiuscemodi humore quosdam affectus procreari. Quamuis enim vtcunq; caueat prauis humoribus causam ascribere, tamen lentos, & crassos ipse neruorum resolutionis causas esse pronuntiauit, ita scribens. *Itaque affectus accidit, per humorum intercidentiam in spiritus vasa, quæ in neruis sunt, quibus voluntarij motus perficiuntur.* Et paulò post *Intercidentia autem,* inquit, *fit alimenti, à quo nerui nutriuntur: ipsum autem lentum est & tractile, ac difficile potest excerni.* Quòd verò huiuscemodi humor apoplexiæ, & lethargi, & morbi comitialis, necnon aliorum quamplurimorum affectuum causa existat, adhuc non dixit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Περὶ τῶν αἰτιῶν τὴν μὲν πολλὴν μέλαιναν χολὴν ἢ ὀλίγην συναθροιζουσῶν.

ΑΛΛ᾽ οὐ πρόκειταί μοι νῦν, τὴν τῶν ἄλλων χυμῶν δύναμιν ἐξηγήσασθαι, περὶ μελαίνης χολῆς προθεμένῳ γράφειν, ἣν Ἱπποκράτης φησὶν, ἀναγκαίαν μὲν ἔχειν τὴν γένεσιν, ὅπως δὲ μὴ γίνηται πλείων, ἐδίδαξεν, ἐξ αὐτῶν τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἀρξάμενος. ἔν τε γὰρ τοῖς ζώοις, ὅσα θερμότερα, καὶ ξηρότερα ταῖς κράσεσίν ἐστιν, ἐν τούτοις φαίνεται γίνεσθαι πλέον, ἔν τε ταῖς θερμοτέραις ἅμα, καὶ ξηροτέραις ὥραις τε, καὶ χώραις, καὶ καταστάσεσιν, ἐπιτηδεύμασί τε, τοῖς μετὰ κόπων, καὶ φροντίδων, καὶ ἀγρυπνιῶν, ἐδεσμάτων τε τῶν παχυμερῶν, καὶ ξηροτάτων. ἀλλὰ καὶ τὸ χρῶμα τοῦ σώματος παντὸς μελάντερόν ἐστι τοῖς τὴν τοιαύτην πεφυκόσιν ἀθροίζειν χολὴν, ἔν τε τοῖς καυσώδεσι νοσήμασιν, ὅσα χωρὶς ὑγρότητος ἔχει τὴν γένεσιν, ἐφ᾽ ὧν καὶ εἰ αἱμορραγήσει ποτὲ, ἢ στάξει, μέλαν ῥεῖ. τὰ μὲν οὖν τοιαῦτα φαινόμενα, τὰς αἰτίας ὑφ᾽ ὧν ὁ μελαγχολικὸς γίνεται χυμὸς, ἐνδείκνυται. περὶ δὲ τῆς καθάρσεως αὐτῶν, ταυτὶ τὰ φαινόμενα, τὴν ὁδὸν τῆς εὑρέσεως ὑπαγορεύει. κακοπραγῶν ἐν χρόνῳ πλείονι σπλὴν, εἴτε διὰ φλεγμονὴν, εἴτε διὰ σκίῤῥον, εἴτε δι᾽ ἀτονίαν, ἀχροίας ἐργάζεται κατὰ πᾶν τὸ σῶμα, πρὸς τὸ μελάντερον ἐκτρεπομένον. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἀεὶ μελάντερός ἐστι τοῦ ἥπατος, καὶ μάλιστα, τῶν τῆς θερμῆς, καὶ ξηρᾶς κράσεως ζώων, ὁποῖα τὰ καρχαρόδοντα πάντα ἐστὶν, ὥσπερ γε πάλιν, ὁπόσα κράσεως ψυχροτέρας, καὶ ὑγροτέρας, ἢ κατ᾽ ἐκεῖνα τετύχηκεν ὄντα, καθάπερ, οἱ ὗες, οὐ πάνυ μέλας ὁ σπλὴν αὐτοῖς ἐστι. τοῖς δὲ βουσὶ, καὶ κατὰ φύσιν μὲν ἔχουσι, μελάντερος ὁ σπλήν ἐστιν. γηράσασι δὲ, πολλαπλασίῳ δή τινι μελάντερος γίνεται. ἀλλὰ καὶ ἡ γεῦσις τοῦ σπλάγχνου τούτου, καίτοι γε ἑψομένου, φαίνεται στρυφνὸν ἔχουσά τι, καὶ οὐδαμῶς ὅμοιον ἥπατι. διὰ τούτων μὲν οὖν ὑπαχθέντες οἱ ἄριστοι τῶν παλαιῶν ἰατρῶν τε, καὶ φιλοσόφων

CAPVT VI.

De causis quæ atram bilem augent vel diminuunt.

CÆterùm in præsentia aliorum humorum facultatem explicare nequaquam instituimus: nempe quum de atra bile proposuerimus pertractare: quam sanè necessariam generationem habere, Hippocrates asseruit. Quo pacto autem non generetur copiosior, edocuit ab ipsis euidentibus auspicatus. Nam & in animantibus, quæcunque temperamento sunt calidiore & ficciore, apparet in ipsis quamplurimum gigni, nec non in calidioribus & ficcioribus anni temporibus, regionibus, & constitutionibus, & vitæ studiis, quæ in laboribus, & curis, & vigiliis nec non in cibariis crassis, atque immodicè siccis aguntur. Verùm & totius corporis color nigrior est, in his qui huiuscemodi bilem congerere natura sunt apti. Adhuc & in morbis ardentibus, quicunque citra humiditatem generationem habent: in quibus si quando sanguis erumpit aut distillat, ater fluit. Hæc igitur quæ euidentia sunt, causam indicant à quibus melancholicus humor generatur. De ipsius autem purgatione, hæc etiam euidentia inuentionis viam ostendunt, lien diu malè affectus, seu ex inflammatione, seu ex scirrho, seu ex imbecillitate, ad nigrius conuersus colorem vitiatum in toto corpore efficit. Quin & ipse semper iecore nigrior existit, & præsertim in animalibus temperamento calidioribus & sicci oribus: qualia sunt serratos dentes habentia, quemadmodum contra, ea quæ temperamentum quàm illa sortita sunt frigidius, ac humidius, veluti sues, liene sunt non admodum nigro. At bobus, si etiam secundum naturam se habeant, lien nigrior est, vbi autem consenuerint, longè etiam nigrior euadit. Cæterùm viscus hoc, licet elixum, quippiam acerbum gustui refert, vt iecori nequaquam simile appareat. His igitur persuasi præstantissimi veterum, tum medicorum, tum philosophorum

à liene iecur expurgari pronunciauerunt, nempe quum attrahat quicquid in sanguine fæculentum est: id autem tale quid existit, vt dictum est, quale est fæx in vino, atque in oleo amurca. Verùm iuniores, qui sectas constituere affectãt, sicuti & alia plurima falsò tradiderunt, ita & hoc nihil scilicet medicum ad artis opera humorum speculatione indigere. Præ omnibus autem & id nempe medicamenta purgantia, frustra purgantia nominari, etenim aiũt ea omnes humores, qui in corpore continentur, æquè euacuare, non tantùm eos qui videntur noxam inferre. Hippocrates autem ea purgare, tanquam confessum quodpiam assumens, demonstrat vniuerso vitæ tempore, in corpore humano quatuor humores contineri, neque ætatem esse aliquam, neque anni tempus, neque corporis naturam in qua non omnes consistant: ex hoc autem quòd medicamenta flauam bilem attrahentia eis qui morbo regio laborant auxiliantur: quæ verò ὑδραγωγά, hoc est aquam educẽtia, appellantur, hydropes ad vtrium similitudinem, ἀσκίτας nuncupatos euacuant: atque adhuc ea quæ extrahunt nigra, elephantes, & cancros prohibent augeri: hinc veteribus satis constare visum est, vnumquodque purgantium medicamentorum familiarem sibi humorem attrahere. At si verum esset omnes humores qui in vasis continentur, alteratos quidem à medicamento pro illius facultate æquè euacuari: simile vtique fuerit auxilium ab aliquo horum medicamentorum purgari, & secta vena sanguine exinaniri. Cur igitur medicamentum aquam educens hydericis exhibemus, quum liceat vena secta sanguinem euacuare? cur autem in his plurimùm aquosi humoris euacuatur, minimùm autem biliosi: contra verò in his qui regio morbo laborant, biliosi plurimùm, minimùm autem aquosi educitur? cur inquam iuuantur hydropes qui ascitæ dicuntur, à medicamentis quæ aquam educunt, vbi moderatè fuerint purgati, quum tamen nemo ex his qui euacuationes per medicamenta purgantia factas, & eas quæ fiunt per venæ sectionem, æquas vires obtinere autumant, his vnquam mittere sanguinem ausus sit: quin etiam multi per ea medicamenta quæ aquam subducunt euacuationes obeunt: omnes autem vrinam cientibus vtuntur: etsi in illis etiam opus erat, asserentes ex sanguine qui à renibus alteretur, vrinæ generationem fieri, potiùs hydericis venam secare, quàm medicamentis vrinam cientibus eos curare. Meliùs siquidem fuerit semel quicquid superfluum est auferre, quàm idem sæpiùs & multorũ dierum interuallo ac paulatim efficere. Cæterùm scriptum iam à nobis est contra hanc opinionem vno seorsim commentario cui titulus est, in vanam opinionem de vrinarum secretione: proinde haud perperam quamplurimi homines seipsos iis committunt qui irrationali exercitatione magis quàm illis qui rationali quadam peruersione artem tractant. Id enim quod eorum quidam dicere consueuerunt, verissimum est: longè meliùs ipsos tum sanorũ, tum ægrotantium victus rationes cognoscere, iis qui sophisticè nugantur. Qui sanè præter cętera & vitam nostram consumunt, dum ea primùm legimus quæ eorum sectæ principes scripserunt, deinde audimus quæcunque afferunt illorum sectatores, ac demum illorum etiam sophismata cogimur dissoluere.

A ἀπέφηναν τὸ καθαίρεσθαι τὸ ἧπαρ ἀπὸ τοῦ σπληνὸς, ἕλκοντος εἰς ἑαυτὸν, ὅσον ἰλυῶδες ἐν αἵματι, τοιοῦτο δὲ τοῦτό ἐστιν, ὡς ἔφην ὁποῖον ἐν οἴνῳ μὲν, ἡ τρὺξ, ἐν ἐλαίῳ δὲ ἀμόργη. τοῖς δὲ νεωτέροις αἱρέσεις προστήσασθαι προῃρημένοις, ὥσπερ ἄλλα λέλεκται πολλὰ ψευδῶς, οὕτω καὶ τὸ μηδὲν δεῖσθαι τὸν ἰατρὸν εἰς τὰ τῆς τέχνης ἔργα, τῆς περὶ τοὺς χυμοὺς θεωρίας. καὶ πρό γε πάντων ἔτι, τὰ καθαίροντα φάρμακα, μάτην ὀνομάζεσθαι καθαίροντα. κενωτικὰ γάρ ἐστιν ὁμοτίμως, ἁπάντων τῶν ἐν τῷ σώματι χυμῶν, οὐ μόνον τῶν δοκούντων βλάπτειν. Ἱπποκράτης δὲ, ὡς ὁμολογουμένῳ τῷ καθαίρειν αὐτὰ χρησάμενος, ἀποδείκνυσι ἐν ἅπαντι τῷ
B τῆς ζωῆς χρόνῳ, περιέχεσθαι κατὰ τὸ σῶμα τ' ἀνθρώπου, τοὺς τέτταρας χυμοὺς, μήτ' ἡλικίαν εἶναί τινα, μήτ' ὥραν τοῦ ἔτους, μήτε σώματος φύσιν, ἐν ᾗ μὴ πάντες εἰσίν. ἐκ γὰρ τοῦ, τὰ μὲν τῆς ξανθῆς χολῆς ἑλκτικὰ φάρμακα, τοὺς ἰκτερικοὺς ὀνινάναι, τὰ δ' ὑδραγωγὰ καλούμενα τοὺς ἀσκίτας ὑδέρους ἐκκενοῦν, κωλύειν δ' αὐξάνεσθαι τοὺς ἐλέφαντάς τε καὶ καρκίνους, τὰ τῶν μελάνων ἑλκτικὰ, δῆλον εἶναι τοῖς παλαιοῖς ἐφαίνετο, τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμὸν ἕκαστον τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων ἕλκειν. εἰ δ' ἀληθὲς
C ἦν, ἅπαντας ἕλκεσθαι τοὺς ἐν τοῖς ἀγγείοις περιεχομένους χυμοὺς, ἀλλοιουμένους ὑπὸ τοῦ φαρμάκου, κατὰ τὴν ἐκείνου δύναμιν, ὅμοιον ἂν ἦν τὸ καθαρθῆναι διά τινος τῶν τοιούτων φαρμάκων, τῷ φλεβοτομηθῆναι. τί ποτ' οὖν, τὸ ὑδραγωγὸν φάρμακον ἐπὶ τῶν ὑδέρων δίδομεν, ἐνὸν τοῦ αἵματος ἐκκενῶσαι, τέμνοντας φλέβα; διὰ τί δὲ πλεῖστον ἐπὶ τούτων ἐκκενοῦται τὸ ὑδατῶδες, ἐλάχιστον δὲ ὁ πικρόχολος χυμός. ἔμπαλιν δ', ἐπὶ τῶν ἰκτεριώντων, ὁ πικρόχολος χυμὸς πλεῖστος, ἐλάχιστος δ' ὁ ὑδατώδης; διὰ τί δὲ ὠφελοῦνται μὲν ὑπὸ τῶν ὑδραγωγῶν φαρμάκων, ὅ-
D ταν συμμέτρως κενωθῶσιν, οὐδεὶς δὲ τῶν ὁμοτίμως εἶναι πεπεισμένων τὰς διὰ τῶν καθαρτικῶν κενώσεις, ταῖς φλεβοτομίαις, ἐτόλμησεν ἀφελεῖν αὐτοῖς τοῦ αἵματος. ἀλλ' ἔνιοι μὲν καὶ διὰ τῶν ὑδραγωγῶν φαρμάκων τὰς κενώσεις ποιοῦνται, πάντες δὲ τοῖς οὐρητικοῖς χρῶνται καί τοι κἀπὶ τούτων ἐχρῆν τοὺς φάσκοντας ὑπὸ τῶν νεφρῶν ἀλλοιούμενον τὸ αἷμα, τὴν τῶν οὔρων γένεσιν ἐργάζεσθαι, φλεβοτομεῖν τοὺς ὑδερικοὺς μᾶλλον, ἢ διὰ τῶν οὐρητικῶν φαρμάκων θεραπεύειν. ἄμεινον γὰρ ἅπαξ τὸ περιττὸν ἀποχεῖν τοῦ πολλάκις, ἐν πολλαῖς ἡμέραις, κατὰ βραχὺ πράτ-
E τειν αὐτό. γέγραπται δὲ οὖν μοι καὶ περὶ ταύτην τὴν δόξαν ἴδια, καθ' ἓν ὑπόμνημα, τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον, πρὸς τὴν καινὴν δόξαν, περὶ τῆς τῶν οὔρων διακρίσεως. εἶτ' οὐχὶ καλῶς, οἱ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, ἑαυτοὺς ἐπιτρέπουσι τοῖς ἀλόγῳ τριβῇ μᾶλλον, ἢ λογικῇ διαστροφῇ τὴν τέχνην μεταχειριζομένοις. ὅπερ γὰρ εἰώθασι λέγειν ἔνιοι αὐτῶν, ἀληθέστατόν ἐστιν, ὡς πολλῷ βέλτιον αὐτοὶ γινώσκουσι τά τε τῶν ὑγιαινόντων, καὶ τὰ τῶν νοσούντων διαιτήματα, τῶν σοφιστικῶς ληρούντων. οἵγε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἔτι καὶ κατατρίβουσιν ἡμῶν τὸν βίον ἀναγινωσκόντων μὲν πρῶτον, ἃ γεγρά-
F φασιν οἱ τῆς αἱρέσεως αὐτῶν ἡγεμόνες. εἶτ' ἀκουόντων, ἃ συναγορεύοντες αὐτοῖς λέγουσιν, εἶτα ἀναγκαζομένων λύειν αὐτῶν τὰ σοφίσματα.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῆς τοῦ σπληνὸς χρείας.

Ἱπποκράτης μὲν οὖν φαίνεται καλός τε καὶ ἀγαθός τις ἀνὴρ γεγονέναι, μὴ φιλοτιμίας, ἢ φιλοδοξίας, ἀλλ' ἀληθείας ἐραστής, εἰ δὲ καὶ δόξης, ἢ τιμῆς αὐτὸν ἐπιθυμῆσαι φαίη τις, ἀλλά καὶ κτήσασθαί γε αὐτὴν ῥᾷστον ἦν ἐκείνῳ τῷ ἀνδρὶ, οὐ βουληθέντι τούτῳ φιλονεικεῖν ἐν λόγοις, αἱρέσεσιν ἐνδόξοις ἑαυτοῦ πρεσβυτέραις. οὐδεμία γὰρ ἦν ἱκανῶς ἔνδοξος. οἱ δὲ μετ' αὐτὸν ἀπλήστως, ὀρεχθέντες ἀδίκου δόξης, αἱρέσεις ἰδίας συνεστήσαντο μοχθηρὰς, ἀντιλογίας πρὸς τοὺς ἑαυτῶν πρεσβυτέρους ποιησάμενοι. καί τοι τινες ἐξ αὐτῶν, ἤθοις ἐπιεικοῖς οὐκ ἀμελῶς ἔχοντες, ἐν οἷς καὶ τὸν Ἐρασίστρατον ἄν τις οἰηθείη. ἀλλὰ καὶ τοῦτον ἡ πρὸς Ἱπποκράτην φιλονεικία, μαχόμενα γράφειν ἑαυτῷ κατηνάγκασε. πῶς γὰρ οὐκ ἄν τις μαχόμενα φαίη, προνοητικῶς, τοῦ ζώου, τὴν φύσιν ἅπαντα διαπλάσασαν τὰ μόρια, μάτην ἐν αὐτοῖς ὅλον τὸ τοῦ σπληνὸς σπλάγχνον πεποιηκέναι; πῶς δ' οὐκ ἄν τις γνοίη τινὰς τῶν ὁμοδοξούντων αὐτῷ, κατεγνωκότας φαίνεσθαι τῶν εἰρημένων τ' ἀνδρὶ περὶ σπληνὸς, καὶ διὰ τοῦτο, τὸ σπλάγχνον τοῦτο φάσκοντας προπαρασκευάζειν τῷ ἥπατι τὸν ἐκ τῶν σιτίων χυμὸν, εἰς αἵματος χρηστοῦ γένεσιν; εἶθ' οἷον ἄλλο τι μεσεντέριον ποιοῦντας τῷ λόγῳ, τὸ ἐπίπλοον, οὐ μὴν ἐννοοῦντας γε, ὡς ἐχρῆν τὰς φλέβας ἐξ ἁπάντων τῶν ἐντέρων εἰς τοῦτο ἀναφέρειν τὸν θρέψιμον χυμὸν, οὐκ ἐκ μόνης τῆς γαστρός; ὅτι δὲ φιλονεικῶν ὁ Ἐρασίστρατος, οὐ πεπεισμένος ἄχρηστον ἰατροῖς εἶναι τὴν περὶ τῶν χυμῶν θεωρίαν, οὔτ' ἐν ᾧ μέρει τοῦ ζώου γίνεται τὸ αἷμα διῆλθεν, οὔθ' ὑπὸ τίνος αἰτίας, οὔτε κατὰ τίνα τρόπον, ἐναργὲς τεκμήριόν ἐστι, τὸ, μηδενὸς τῶν διὰ μέλαιναν χολὴν, ἢ ὅλως τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν γινομένων παθῶν μνημονεῦσαι; καί τοι, μὴ μόνον τῶν πρὸ αὐτοῦ φιλοσόφων τε, καὶ ἰατρῶν, ἀλλὰ καὶ πάντων ἀνθρώπων ὀνομαζόντων τι πάθος μελαγχολικὸν, ἐπιχειρούντων τε τῇ θεραπείᾳ, δι' ἐλεβόρου τοῦ λευκοῦ καθάρσεως. οὐδεὶς γὰρ οὕτως ἀπαίδευτός ἐστι τῶν ἐν Ἕλλησι τεθραμμένων, ὡς μήτ' ἀνεγνωκέναι, μήτ' ἀκηκοέναι τὰς Προίτου θυγατέρας μανείσας ὑπὸ Μελάμποδος ἰαθῆναι καθαρθείσας οὕτως; ὥς τε οὐ πρὸ διακοσίων ἐτῶν ἢ τριακοσίων, ἀλλὰ πολὺ πλεόνων, ἐνδόξου τῆς καθάρσεως ταύτης οὔσης, καὶ πάντων τῶν ἐν τῷ μεταξὺ χρόνῳ κεχρημένων τῷ φαρμάκῳ. βέλτιον οὖν ἦν πρὸς ὁμόσε χωρήσαντας τὸν Ἐρασίστρατον ἐπιδεῖξαι σφαλερῶς φιλονεικοῦντα, μήτε μελαγχολίαν, μήτ' ἄλλως μηδεμίαν μανίαν, ἐπὶ μελαίνῃ χολῇ γίνεσθαι. καθάπερ γε, μὴ δὲ καρκῖνον, μὴ δὲ ἐλέφαντα, μὴ δὲ τὰς θηριώδεις ἐν φρενίτισι παρακοπὰς, μὴ δὲ κιρσοὺς, μηδ' αἱμορροΐδας. μηδ' ὅτι πολλοὶ κατὰ τὰς ἀναιρέσεις αὐτῶν ἐμελαγχόλησαν. ἀλλ' οὐκ ἐτόλμησεν οὐδὲν τοιοῦτο εἰπεῖν, αἰδούμενος, οἶμαι, καταγνωσθῆναι πρὸς τῶν ὁμιλούντων ἐπιμελῶς τοῖς ἔργοις τῆς τέχνης, ἐν οἷς τὰς ἐπιδείξεις, οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐκ ἐν λόγοις σοφιστικοῖς ἐποιοῦντο. φρασάτω τις οὖν μοι, τῶν ἀπ' αὐτοῦ τὴν αἰτίαν τοῦ, τὸν σπλῆνα μέλανα φαίνεσθαι, τοῖς θερμοῖς καὶ ξηροῖς τῇ κράσει ζώοις, ὡς μὴ δὲ βρωθῆναι δύνασθαι,

CAPVT VII.

Contra Erasistratum de lienis vsu.

Hippocrates igitur vir quidam honestus ac probus fuisse videtur, neque ambitionis, aut gloriæ, sed veritatis amator. Quòd si gloriam & honorem ipsum appetiuisse quis dicat: certè eam consequi huic viro quàm facillimum fuit: siquidẽ ipse in suis libris contendere cum præstantioribus sectis se vetustioribus voluisset, & si nulla prorsus fuerit admodum illustris. Verùm qui post ipsum inexplebili cupiditate immeritam gloriam affectarunt, proprias sectas prauas constituerunt, postquam contradictiones aduersus ipsis antiquiores adduxerunt. quamuis ex his nonnulli morum probitate atque elegantia præditi essent, inter quos Erasistratum quoque quispiam annumerauerit: sed & hunc contra Hippocratem contentio quæ cum ipsiusmet placitis pugnant scribere coëgit. Nam quo pacto pugnantia non dixeris, animalis naturam omnes ipsius particulas prouidenter conformasse, frustra autem eis totum lienis viscus procreasse. Quis inquam non norit quosdam etiam ex ipsius sectatoribus, viri dicta de splene apertè damnasse: ac propterea pronunciasse, huiuscemodi viscus ciborum succum ad probi sanguinis generationem iecori præparare? interim veluti quoddam mesenterium omentum suo sermone efficientes, vt qui ignorent oportere venas ex omnibus intestinis ad iecur nutritorium succum deferre, non ex solo ventriculo. Quòd autem Erasistratus, contentionis sanè studio, non quòd omninò crederet, contemplationem de humoribus medicis inutilem esse, neque in qua animalis parte sanguis generetur, expresserit, neque à qua causa, neque quo pacto, ex hoc quod mox dicam, euidens indicium licet assumere: ipsum nempe nullius affectus qui atra bile oriatur, neque omnino ab humore melancholico prorsus meminisse? etsi non modò ipso priores philosophi ac medici, verùm etiam omnes homines aliquem affectum melancholicum nominare consueuerunt, cuius curationem purgatione per album veratrum aggrediuntur. Nemo enim inter græcos enutritus, ita est ruditer institutus, qui non legerit vel audiuerit Prœti filias furore percitas à Melampode sic purgatas fuisse. Vnde non solùm vsque ad ducentos, vel trecentos annos, sed & multò plures, purgatio hæc celebris permansit, ita vt omnes homines inter id temporis eo medicamento vterentur. Melius igitur erat Erasistratũ contra cominus congredientes firma contentione demonstrare, neque melancholiam, neque vllam denique insaniam ab atra bile prouenire: sicuti nec cancrum, neque elephantem, neque ferinas in phreniticis amentias, neque varices, neque hæmorrhoidas, neque multos in iis tollendis melancholia correptos fuisse. Verùm nihil huiusmodi enunciare ausus est, veritus (vt puto) ab iis improbari, qui in artis operibus diligentiùs sunt versati: in quibus veteres medici non in sophisticis rationibus demonstrationes struxerunt. Velim igitur quispiam ipsius sectatorum mihi causam dicat, cur animalium quæ calido & sicco temperamento sunt, atrum quidem lienem est videre, ita vt nec comedendo idoneus sit,

nam in suibus & si non æquè vt iecur est edendo: non tamen omnino esui ineptus est. At in Leonibus, & Leænis, & Pantheris, & Leopardis, & Vrsis, & Lupis, qui eorum carnibus vesci delectantur à liene abstinent, tanquam minùs esui apto: quum vtique oporteret, si quidem is primus comestis & bibitis fruitur, maximè ipso iecore, si fieri posset, edendo aptiorem esse: sin minùs, non omnino deteriorem porrò. Quum dixerit Erasistratus, de huiusmodi rebus, ratiocinationes vt sibi inuicē prorsus consentiant opus esse: haud quidem satis percipio cur rationes, quæ ab euidentibus facilè redarguuntur quas neque ipsi earum authores omninò tueri valuerunt, quidam admittere non vereantur. Erasistratus igitur vbi silentio præteriisset humoris substantiam quo nerui nutriuntur, deinceps ob vsum ad resolutionis neruorum curationē, eam demum coactus descripsit, lentum inquiens atque ὅλκιμον, id est tractile, atque excretu difficile alimentum esse quo nerui aluntur. Id autē non aliunde quàm ex his quæ circa neruos apparent, ratiocinatus est. Etenim si elixentur, aut putrescant in huiusmodi humorem resoluūtur, atque quum in naturali habitu sunt prorsus exangues existunt. Cæterùm nisi concedatur vnamquamque particulam peculiari humore propriæ substantiæ nutriri: vnde probabilis fiat illius ratio non habebit. Atqui si quidem vnamquamque particulam nutrit proprius humor, non conueniet vt animantium quæ serratos dentes habēt, lien dulce obtineat alimentum. Nam quum in his potissimum lienis forma acerbam atque acidā qualitatem referēs euidenter appareat, liquidò etiā patet humorē ipsum nutrientē eiusmodi esse. Igitur huiusmodi animaliū opifex non despexit ex sanguine, quicquid veluti limus ac fæx subsidet in sanguine ab ipso expurgare, quemadmodū neque biliosum, atq; serosum recrementum: proinde si in corpore omnes humores videntur contineri (id enim Hippocrates ex eo ostendit, quòd omnes in sanis excernantur propriis vnicuique medicamentis attracti) ars quæ animalia format, aliquod instrumentum efficere, quòd melancholicas superfluitates attrahat, non vtique despexerit. Nec verò aliam erit particulam excogitare quæ huic humiditati excipiendæ propria sit, ipso splene prætermisso. Num igitur adhuc quæres per quodnā vas hæc sanguinis crassitudo ad ipsum deferatur? neque credes per eandem non solùm lienem attrahere, verùm etiam ventriculum familiarem sibi humorem in longioribus inediis. Nam si adhuc eorum memor quæ in commentariis de facultatibus naturalibus demonstrauimus: nec horum quicquam inquires, neque quo pacto per easdem venas ex ventriculo per totum animal nutrimentum deferatur. Atqui rursus defertur per easdem venas ad ventriculum: tum in purgationibus quas perficiunt assumpta medicamenta, tum in iis quas natura in morborum crisibus molitur, sicuti in bene valentibus nonnunquā optimus etiam sanguis ad ventriculum commeat, ipsum nimirum nutriturus, quod in longioribus inediis contingit. Quin etiam quandoque ex toto corpore per easdē venas quamplurima excrementa confertim excernuntur. Hæc autem omnia in commentariis de facultatibus naturalibus à nobis sunt demonstrata. Oportet autem eum qui contradicit, non ad conclusiones demonstrationum eas rationes adducere quas in illis tractationibus redarguimus, sed nostras demonstrationes falsas esse demonstrare.

ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ὑῶν, εἰ καὶ μὴ παραπλήσιος ἥπατι κατὰ τὴν ἐδωδὴν, ἀλλ' οὐκ ἄβρωτός ἐστιν. ἐπὶ δέ γε λεόντων, καὶ λεαινῶν, καὶ παρδαλέων τε, καὶ λεοπάρδων, ἄρκτων τε, καὶ λύκων, οἱ τὰς σάρκας αὐτῶν ἡδέως ἐσθίοντες, ἀφίστανται τοῦ σπληνὸς, ὡς ἀβρώτου. καίτοι γ', εἴπερ πρῶτος ἀπολαύει τῶν ἐσθιομένων τε, καὶ πινομένων, ἐχρῆν αὐτὸν, μάλιστα μὲν, εἰ οἷόν τε, καὶ αὐτοῦ τοῦ ἥπατος ἐπιτηδειότερον εἰς ἐδωδὴν ὑπάρχειν. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ μὴ χείρω γε πάντως. εἰρηκότος οὖν αὐτοῦ τοῦ Ἐρασιστράτου, τοὺς περὶ τῶν τοιούτων λογισμοὺς, ἀλλήλοις δεῖν ὁμολογεῖν πάντως οὐκ οἶδ' ὅπως, ὑπομένουσί τινες ἀποδέχεσθαι λόγους ἀπὸ τῶν φαινομένων ἐλεγχομένους, οὓς οὐδὲ οἱ πατέρες αὐτῶν αὐτοὶ διαπαντὸς ἐδυνήθησαν φυλάξαι. σιωπῶν γοῦν Ἐρασίστρατος περὶ τῆς οὐσίας τοῦ τρέφοντος χυμοῦ τὰ νεῦρα, γράφειν αὐτὴν ἠναγκάσθη, διὰ τὸ χρήσιμον εἰς τὴν τῶν παραλελυμένων ἴασιν, γλίσχρον εἶναι λέγων, καὶ ὅλκιμον, καὶ δυσέκκριτον τὴν τροφὴν, ὑφ' ἧς τὰ νεῦρα τρέφεται. καὶ μὴν τοῦτό γε, οὐκ ἄλλοθέ ποθεν, ἢ ἐκ τῶν φαινομένων περὶ τὰ νεῦρα, συνελογίσατο. καὶ γὰρ ἑψόμενα, καὶ σηπόμενα, τὴν διάλυσιν εἰς τὸν τοιοῦτον ἔχει χυμόν. ἔν τε τῷ κατὰ φύσιν ἔχειν, ἄναιμα τελέως εἰσίν. ἀλλ' εἰ μὴ συγχωρηθείη τῶν μορίων ἕκαστον, οἰκείῳ τῆς ἰδίας οὐσίας τρέφεσθαι χυμῷ, τὸ πιστὸν οἰχήσεται τοῦ λόγου. καὶ μὴν εἴπερ οἰκεῖος ἕκαστον τῶν μορίων τρέφει χυμὸς, οὐκ ἐνδέχεται τὸν τῶν καρχαροδόντων ζώων σπλῆνα γλυκεῖαν ἔχειν τὴν τροφήν. εἴπερ οὖν ἐπὶ τούτων μάλιστα φαίνεται σαφὴς ἡ ἰδέα τοῦ σπληνὸς, ὡς ἂν τὴν στρυφνὴν καὶ ὀξεῖαν ἐναργῶς ἔχοντος ποιότητα, πρόδηλον ὅτι καὶ ὁ τρέφων αὐτὴν χυμὸς, τοιοῦτός ἐστιν. οὔκουν ἂν ἠμέλησεν ὁ δημιουργὸς τῶν τοιούτων ζώων ἐκκαθαίρειν τοῦ αἵματος, ὅσον ἰλυῶδες αὐτοῦ, καὶ τρύξ ἐστι. καθάπερ οὐδὲ τὸ πικρόχολον, καὶ ὀρρῶδες περίττωμα. εἴπερ οὖν φαίνονται κατὰ τὸ σῶμα πάντες οἱ χυμοὶ περιεχόμενοι, τοῦτο γὰρ Ἱπποκράτης ἀπέδειξεν, ἐκ τοῦ πάντας ἐκκρίνεσθαι τοῖς ὑγιαίνουσιν, ἑλκομένους ὑπὸ τῶν οἰκείων ἑκάστου φαρμάκων, οὐκ ἂν ἠμέλησεν ἡ διαπλάττουσα τὰ ζῶα τέχνη, ποιῆσαί τι τοῦ μελαγχολικοῦ περιττώματος ἑλκτικὸν ὄργανον. οὐ μὴν οὐδ' ἄλλο τι δυνατὸν ἐπινοῆσαι, τοιαύτης ὑγρότητος οἰκεῖον μόριον, ὑπερβάντα τὸν σπλῆνα. ἆρ' οὖν ἔτι ζητήσεις διά τινος ἀγγείου τὸ παχὺ τοῦ αἵματος φέρεται πρὸς αὐτόν. ἀπιστήσεις δὲ διὰ μιᾶς φλεβὸς, οὐ σπλῆνα μόνον ἕλκειν, ἀλλὰ καὶ τὴν γαστέρα τὸν οἰκεῖον χυμὸν, ἐν ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις; εἰ μεμνημένος ὧν ἀπεδείξαμεν ἐν τοῖς περὶ φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασιν εἴης, οὔτε τούτων ζητήσεις οὐδὲν, οὔτε πῶς διὰ τῶν αὐτῶν φλεβῶν, ἐκ κοιλίας εἰς ὅλον τὸ ζῶον ἡ τροφὴ φέρεται, καταφέρεται δὲ πάλιν ἐπ' αὐτὴν διὰ τῶν αὐτῶν. ἔν τε γὰρ ταῖς ὑπὸ τῶν φαρμάκων καθάρσεσι, κἀπειδὰν ἡ φύσις ἐκκαθαρῇ τὸ κατὰ τὰς ἐν ταῖς νόσοις κρίσεις, ὥσπερ γε κἀπὶ τῶν ὑγιαινόντων πολλάκις, αὖθίς τε τὸ χρηστότατον αἷμα φέρεται πρὸς τὴν γαστέρα, θρέψον αὐτὴν ἐν ταῖς μακροτέραις ἀσιτίαις, ἐκκρίνεταί τε διὰ τῶν αὐτῶν φλεβῶν, ἐξ ὅλου τοῦ σώματος, ἀθρόως ἐνίοτε πολλὰ τῶν περιττωμάτων. ἀποδέδεικται δὲ περὶ τούτων ἁπάντων, ἐν τοῖς τῶν φυσικῶν δυνάμεων ὑπομνήμασι. καὶ χρὴ τὸν ἀντιλέγοντα, μὴ πρὸς τὰ συμπεράσματα τῶν ἀποδείξεων ἐρωτᾶν λόγους, οὓς ἐν ἐκείνοις τοῖς γράμμασιν ἐξηλέγξαμεν, ἀλλὰ τὰς ἡμετέρας ἀποδείξεις ἀποδεικνύναι ψευδεῖς.

ἢ εἰ μηδὲν τούτων πράξειε, σιωπᾷν αἰδούμενον, ὥσπερ Ἐρασίστρατος ἐποίησεν.

vel si horum nihil præstiterint, verecundè tacere, quemadmodum fecit Erasistratus.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Πρὸς Ἐρασίστρατον περὶ τῆς μελαινῶν ἐκκρίσεως.

Οὐδὲν μὲν οὐδαμόθι περὶ τῆς τῶν χυμῶν γενέσεως, καὶ δυνάμεως εἰπών, ἔνθα δὲ ἐπεχείρησε θεραπείαν γράψαι παραλύσεως, ἀναγκασθεὶς ἐμνημόνευσε τοῦ τρέφοντος τὰ νεῦρα χυμοῦ. καθάπερ γε κἀν τῷ δευτέρῳ περὶ πυρετῶν, ἐμαρτύρησε τοῖς παλαιοῖς, οὐ κένωσιν ἁπλῶς ὀνομάσας τὴν διὰ τῶν καταμηνίων ἔκκρισιν, ἀλλὰ κάθαρσιν, ὥσπερ γε καὶ τὴν διὰ τῶν καθαιρόντων γινομένην φαρμάκων. οὕτω γάρ τοι, καὶ τὴν λοχείαν κάθαρσιν ὠνόμαζον οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν, οὐχ ἁπλῶς κένωσιν. ἐν γὰρ τῇ κυήσει τὸ χρηστότατον ἑλκούσης αἷμα τῆς διαπλαττούσης, καὶ αὐξανούσης τὸ κύημα φύσεως, ὑπολείπεται τὸ μοχθηρότατον ἐν ταῖς φλεψίν, ὃ μετὰ τὴν ἀποκύησιν ἀποκρίνεται, καθάπερ ἐν ἑκάστῳ μηνὶ τὸ περιττόν τε, καὶ ἄχρηστον, οὐ κατὰ τὸ ποσὸν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸ ποιόν. ὅπερ, ὡς τὸ πολύ, μελάντερόν ἐστι τοῦ κατὰ φύσιν ἔχοντος αἵματος. οὕτω γοῦν ὁ Ἐρασίστρατος ἔγραψεν ἐν τῷ δευτέρῳ περὶ πυρετῶν κατὰ τήνδε τὴν λέξιν. καλῶς οὖν ἔχει τὸν βουλόμενον ὀρθῶς ἰατρεύειν, ἐν τοῖς κατ' ἰατρικὴν γυμνάζεσθαι, καὶ μηδὲν τῶν γινομένων συμπτωμάτων περὶ τὸ πάθος, ἀζήτητον ἀφεῖναι. ἀλλ' ἐπισκοπεῖσθαί τε, καὶ πραγματεύεσθαι, κατὰ τίνα διάθεσιν, ἕκαστον αὐτῶν γίγνεται; συμβέβηκε γάρ ποτε, γυναίου ἐν πυρετοῖς ὄντος, καὶ δοκοῦντος ἐλαφρῶς τε, καὶ ἀκινδύνως ἔχειν, μελαινῶν οὔρων ἔκκρισιν γίνεσθαι, οἷα τὰ φαυλότατα ἐν τοῖς σημείοις ἀναγράφεται. ζητουμένης τε τῆς ἐκκρίσεως, κατὰ τίνα διάθεσιν γεγένηται, ἐφαίνοντο τότε τῇ ἀνθρώπῳ καθήκειν αἱ ἡμέραι τῆς καθάρσεως. οὐ γινομένης δὲ ταύτης τῆς ἐκκρίσεως, ἐπὶ τὴν κύστιν ὁρμὴν λαβεῖν τὰ συνειλημμένα, καὶ διὰ τὴν τούτου ἔκκρισιν, κουφισμὸν μᾶλλον αὖθις ὑπέλαβε τῇ ἀνθρώπῳ, ἢ δυσκολίαν γίνεσθαι. ὃ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ φαινομένου συνέβαινεν. οὐκοῦν, ὅτι τὰ μέλανα πολλάκις οὐρεῖται, τῆς ἐμμήνου καθάρσεως μὴ γινομένης, ὅτι τε κουφίζεσθαι μᾶλλον ὑπ' αὐτῶν, ἢ παροξύνεσθαι συμβαίνει τὰς οὕτω νοσούσας γυναῖκας, ὅτι τε κάθαρσίς ἐστιν ἡ διὰ τῆς μήτρας κένωσις, ἐδήλωσεν ὁ Ἐρασίστρατος, εἴς διάγνωσίν τε τῆς παρούσης διαθέσεως, εἴς πρόγνωσίν τε τῶν ἐσομένων χρήσιμον εἶναι τὸν λόγον, ὃν διῆλθεν, ὀρθῶς διηγούμενος. ἐπὶ πάντων οὖν τῶν εἰρημένων, μαρτυρεῖται, τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν ἐν ἀνθρωπίνῳ σώματι γεννᾶσθαι. καθάπερ γε, καὶ τὸν πικρόχολον, καὶ τὸ φλέγμα. δέδεικται δὲ ἡμῖν, ὁ τοῦ φλέγματος χυμὸς, ἐκ τῶν φλεγματικῶν ἐδεσμάτων κατὰ τὴν πρώτην ἐν τῇ γαστρὶ πέψιν γινόμενος. ὥσπερ ὁ πικρόχολός τε, καὶ ὁ μελαγχολικὸς, ἐν ἥπατι. μεταβάλλων τε καὶ κατὰ τὴν ἐν τούτῳ πέψιν ὁ φλεγματικὸς εἰς αἷμα, καὶ διὰ τοῦτο, μηδὲν αὐτοῦ γεγονὸς ἴδιον ὄργανον, εἰς κάθαρσιν τοῦ αἵματος, ὥσπερ αἵ τε κύστεις ἀμφότεραι, καὶ ὁ σπλήν, αἱ μὲν τοῦ τε πικροχόλου χυμοῦ, καὶ τῶν ὀρρωδῶν περιττωμάτων, ὁ δὲ σπλὴν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. τὸ μὲν γὰρ τῇ γαστρὶ γεννώμενον, ὃ συναναφέρεται τοῖς εἰς ἧπαρ ἀναδιδομένοις ἐκ τῶν ἐσθιομένων τε, καὶ πινομένων χυμοῖς, ἅμα τούτοις πεττόμενον,

CAPVT VIII.

Contra Erasistratum de nigrorum excretione.

CÆterùm quum nihil de humorum generatione ac facultate tradidisset, vbi neruorum dissolutionis curationem scribere est aggressus: coactus est de humore neruos nutriente meminisse. Quemadmodum & in secundo de febribus coactus est veteribus astipulari, menstruam excretionem non absolutè euacuationem nominans sed purgationem, sicuti & eam quæ per purgantia medicamenta perficitur. Sic enim veteres medici λοχείαν, hoc est fluorem qui in partu accidit, purgationem nuncuparunt, non absolutè euacuationem. Nam quum natura quæ fœtum format & auget, prægnationis tempore optimum sanguinem attrahat: relinquitur in venis vitiosissimus, qui nempe post partum excernitur, quemadmodum singulo quoque mense, qui non solùm quantitate verùm etiam qualitate superfluus est, atque inutilis. Atque hic plerumque, eo sanguine qui secundum naturam se habet, longè nigrior existit Itaque Erasistratus in secundo de febribus, hunc in modum scripsit. *Decet igitur eum, qui rectè voluerit morbos curare, in medicæ artis operibus esse versatum: neque symptoma vllum, quod morbo superueniat, inscrutatum prætermittere: verùm diligentiùs inspicere atque curiosiùs perquirere, ob quam dispositionem accidat eorum vnumquodque. Contigit enim quandoque quum mulier febricitaret ac videretur leuiter, & citra periculum habere, nigrarum vrinarum excretionem fieri, quales in ipsis signis perniciosissimæ describuntur. Vbi autem inquireretur ob quam dispositionem excretio facta esset, nunc mulieri purgationis tempus adesse deprehensum est, & quum huiusmodi excretio detineretur, ad vesicam quæ congesta erant, prorupisse, atque ob eam excretionem mulieri magis leuitatem quàm difficultatem accidisse quis iure existimasset. Quod sanè & ex iis quæ apparebant contigisse visum est.* Quòd igitur nigra sæpiùs mingantur, menstrua purgatione detenta, quódque magis ex his excretionibus leuantur quàm exacerbentur quæ ita ægrotant mulieres, atque adhuc quod purgatio sit, quæ per vterum fit euacuatio; demonstrauit Erasistratus tum ad præsentis affectus cognitionem, tum etiam ad futurorum prænotionem, vtilem esse, quem habuit sermonem rectè quidem exponens. Itaque in omnibus quæ tradidit fatetur in hominis corpore humorem melancholicum gigni, sicuti & biliosum, & pituitam. Ostensum autem est à nobis pituitosum humorem ex pituitosis cibariis in prima concoctione, quæ in ventriculo fit generationem habere, veluti biliosum & melancholicum in iecore: in cuius quidem concoctione pituitosus etiam humor in sanguinem mutatur. Quam ob causam nullum ipsi proprium instrumentum molita est natura ad sanguinis expurgationem, quemadmodum est vtraque vesica, & lien: siquidem hæ sanguinem à bilioso humore, & seroso expurgant. lien verò ab humore melancholico. At pituitosus humor qui in ventriculo gignitur, quum vnà cum humoribus qui ex comestis & bibitis consistunt, in iecur deferatur, cum illis simul atque concoquitur, in

sanguinē vertitur. Id verò quòd in ventriculi spatiis relinquitur, à bile detersum, quæ à iecinore ad ipsa defluit, per inferiorem ventrem excernitur. Porrò quòd Erasistratus hæc nouerit, inde licet perspicere quod in ratiocinationibus curatiuæ artis, ad illius vsum, coactus fuerit horum meminisse. Ex eo autem quòd plurimis in locis hæc sileat, obumbrare, atque occultare voluisse quæcunque de humoribus ante ipsum rectè ab antiquis medicis tradita sunt, manifestè deprehenditur. Vt enim cæteris omissis, ea tantùm recenseamus, quorum in paulò ante commemoratis verbis obiter meminit: nemo vtique poterit illius reticentiæ rationabilem causam adducere, quum ipse ad verbum scribat. *Contigit enim quandoque quum mulier febricitaret, ac videretur leuiter ac citra periculum habere, nigrarum vrinarum excretionem fieri, quales in ipsis signis perniciosissimæ describuntur.* Igitur quod à veteribus medicis nigra vrina inter signa perniciosa descripta est, se scire ait, vt qui videlicet legerit, quæ ab ipsis de vrinis scripta sunt: quippe quæ in his qui acutis febribus ægrotant, maximam vim obtinent. Quamobrem opus erat ipsum in libris de febribus, & præsertim in hoc secundo, vbi hæc scripsit, exactiùs de ipsis vrinis pertractasse. Hippocrates enim ita in prognostico scripsit. *Vrina autem optima est, quum alba est subsidentia, nec non leuis, & æqualis per omne tempus, quousque morbus fuerit indicatus: significat enim periculum abesse, & morbum breuem fore. Quòd si intermittat, & quandoque purum mingat, quandoque verò album & leue subsidat, diuturnior morbus euadit, & minùs periculo vacat. Si autem vrina fuerit subrubra, & subsidentia item subrubra, & leuis: diuturnior hic sanè priore fiet, sed admodum salutaris. At subsidentiæ in vrinis quæ crassioris farinæ hordei speciem referunt, prauæ sunt: his verò deteriores, in quibus veluti laminæ quædam apparent: tenues autem & albæ, valdè vitiosæ existunt: atque his adhuc deteriores quæ furfures imitantur. Nebulæ quæ in vrinis feruntur albæ, bonæ: nigræ autem, malæ. Quousque autem vrinæ fuerint rufæ, ac tenues, crudum esse morbum significant: & si diutiùs tales extiterint, periculum imminet ne durare æger possit quousque morbus concoquatur. Perniciosissimæ verò omnium vrinæ sunt aquosæ, & grauiter olentes, & nigræ, & crassæ. In mulieribus autem & viris nigræ vrinæ sunt teterrimæ, in pueris verò aquosæ. Porrò qui tenuem diutiùs, & crudam vrinam mingunt, si cætera, vt in his qui seruandi sunt, adsint indicia: in iis abscessum infra septum transuersum expectare oportet. Pinguedines desuper natantes, quæ aranearum speciem referunt damnandæ sunt: nam indicant colliquationem. Considerandæ autem sunt in vrinis nebulæ, an deorsum ferantur, an sursum, atque adhuc quem colorem obtineant. Illæ enim quæ deorsum feruntur cum colore quem paulò ante commemorauimus, bonæ sunt, atque commendandæ: illæ verò quæ sursum cum colore qualis iam dictus est, attolluntur, contra sunt vitiosæ, atque damnandæ. Verùm non te decipiat, si ipsa vesica aliquam his similem reddat vrinam: non enim tunc totius corporis erit indicium, sed solius metipsius nota censenda est.* Itaque quum hæc scripserit Hippocrates, & post ipsum Diocles, & Praxagoras similia tradiderint: rationi utique consentaneum erat, vt Erasistratus, addita suæ opinionis ratione, demonstraret veráne an falsa illi pronunciarint:

αἷμα γίγνεται. τὸ δ' ὑπολειπόμενον ἐν τοῖς κατὰ τὴν γαστέρα χωρίοις, ὑπὸ τῆς καταῤῥεούσης ἐξ ἥπατος εἰς αὐτὰ χολῆς ἀποῤῥυπτόμενον, ἐκκρίνεται διὰ τῆς κάτω γαστρός. Ἐρασίστρατος δ', ὅτι μὲν ἐγίνωσκε ταῦτα, δῆλός ἐστιν ἐξ ὧν ἐν τοῖς τῆς θεραπευτικῆς λογισμοῖς, ἠναγκάσθη διὰ τὴν χρείαν αὐτῆς μνημονεῦσαι. σιωπῶν δὴ ἐν τοῖς πλείστοις, καταφωρός ἐστι, συσκιάζειν τε, καὶ κρύπτειν ἑκὼν προαιρούμενος, ὅσα περὶ τῶν χυμῶν ὀρθῶς εἴρηται τοῖς παλαιοῖς ἰατροῖς, περὶ αὐτοῦ γὰρ ἵνα τ' ἄλλα παραλιπόντες, οὗ κατὰ τὴν ἄρτι προγεγραμμένην λέξιν ἐν παρέργῳ πῶς ἐμνημόνευσεν, ἐξῆς ἐπιμνησθῶμεν, οὐκ ἂν ἔχοι τις εὔλογον αἰτίαν εἰπεῖν τῆς σιωπῆς, γράφοντος αὐτοῦ. συνέβαινε γάρ ποτε, γυναικὸς ἐν πυρετῷ ὄντος, καὶ δοκούσης ἐλαφρῶς τε, καὶ ἀκινδύνως ἔχειν, μελάνων οὔρων ἔκκρισιν γίνεσθαι. οἷα τὰ φαυλότατα ἐν τοῖς σημείοις ἀναγράφεται. οὐκοῦν, ὅτι μὲν τοῖς ἔμπροσθεν ἰατροῖς ἐν τοῖς φαυλοτάτοις σημείοις ἐγέγραπτο μέλαν οὖρον, ἐπίστασθαί φησιν, ὡς ἀνεγνωκὼς δηλονότι τὰ περὶ οὔρων αὐτοῖς γεγραμμένα, μεγίστην ἔχοντα δύναμιν τῶν ἐπὶ τοῖς ὀξέσι πυρετοῖς νοσούντων. ἐχρῆν οὖν αὐτὸν ἐν τῇ περὶ πυρετῶν πραγματείᾳ, καὶ μάλιστά γε κατ' αὐτὰ τοῦτο τὸ δεύτερον. ἐν ᾧ ταῦτ' ἔγραψεν, ἐπιπλέον ἐξειργάσθαι τὸν περὶ αὐτῶν λόγον. Ἱπποκράτης μὲν, οὕτω κατὰ τὸ προγνωστικὸν ἔγραψεν· οὖρον δὲ ἄριστόν ἐστιν, ὁκόταν ᾖ λευκή τε ἡ ὑπόστασις, καὶ λείη, καὶ ὁμαλὴ, παρὰ πάντα τὸν χρόνον, ἔστ' ἂν κριθῇ ἡ νοῦσος. σημαίνει γὰρ ἀσφάλειαν, καὶ τὸ νόσημα ὀλιγοχρόνιον ἔσεσθαι. Εἰ δὲ διαλείποι, καί ποτε μὲν καθαρὸν οὐρέῃ, ποτὲ δὲ ὑφίσταταί τε λευκὸν, καὶ λεῖον, χρονιωτέρη γίγνεται ἡ νοῦσος. καὶ ἧσσον ἀσφαλής. Εἰ δ' εἴη τό, τε οὖρον ὑπέρυθρον, καὶ ἡ ὑπόστασις ὑπέρυθρός τε, καὶ λείη, πολυχρονιώτερον μὲν τοῦτο τοῦ προτέρου γίγνεται, σωτήριον δὲ κάρτα. κριμνώδεες δὲ ἐν τοῖσιν οὔροισιν ὑποστάσιες, πονηραί. τουτέων δ' ἔτι κακίους, αἱ πεταλώδεες. λευκαὶ δὲ καὶ λεπταὶ, κάρτα φλαῦραι. τουτέων δ' ἔτι κακίους αἱ πιτυρώδεες. νεφέλαι δ' ἐμφερόμεναι τοῖσιν οὔροισι, λευκαὶ μὲν ἀγαθαὶ, μέλαιναι δὲ, φλαῦραι. ἔστ' ἂν δὲ πυρρόν τε ᾖ τὸ οὖρον, καὶ λεπτὸν, ἄπεπτον σημαίνει τὸ νόσημα. καὶ εἰ πολὺν χρόνον εἴη τοιοῦτο ἐὸν, κίνδυνος, μὴ οὐ δυνήσεται ὁ ἄνθρωπος διαρκέσαι· ἔστ' ἂν πεπανθῇ ἡ νοῦσος. θανατωδέστατα δὲ τῶν οὔρων ἐστὶ, τά τε ὑδατώδεα, καὶ δυσώδεα, καὶ μέλανα, καὶ παχέα. ἔστι δὲ τῇσι γυναιξὶ, καὶ τοῖσιν ἀνδράσι, τὰ μέλανα τῶν οὔρων κάκιστα. τοῖσι δὲ παιδίοισι τὰ ὑδατώδεα. ὁκόσοι δ' ἂν οὖρα λεπτὰ, καὶ ὠμὰ οὐρέωσι πολὺν χρόνον, ἢν τὰ ἄλλα ὡς περιεσομένοισι σημεῖα ᾖ, τουτέοισιν, ἀπόστασιν δεῖ προσδέχεσθαι ἐς τὰ κάτω τῶν φρενῶν χωρία. καὶ τὰς λιπαρότητας δὲ τὰς ἄνω ἐφισταμένας, ἀραχνοειδέας μέμφεσθαι, συντήξιος γὰρ σημεῖον. σκοπέειν δὲ χρὴ τῶν οὔρων, ἐν οἷσιν αἱ νεφέλαι. ἤν τε κάτω ἔωσιν, ἤν τε ἄνω, καὶ τὰ χρώματα ὁκοῖα ἔχουσι. καὶ τὰς μὲν κάτω φερομένας, σὺν τοῖσι χρώμασιν οἷσιν εἴρεται, ἀγαθὰς εἶναι, καὶ ἐπαινέειν. τὰς δ' ἄνω, σὺν τοῖσι χρώμασι οἷσιν εἴρεται, πονηρὰς εἶναι καὶ μέμφεσθαι. μὴ ἐξαπατάτω δέ σε, ἤν τε αὐτὴ ἡ κύστις νόσημα ἔχουσα, τῶν οὔρων τι ἀποδιδῷ τουτέων. οὐ γὰρ τοῦ ὅλου σημεῖον, ἀλλ' αὐτῆς καθ' ἑωυτήν. ταῦτα γράψαντος Ἱπποκράτους, καὶ μετ' αὐτὸν Διοκλέους τε, καὶ Πραξαγόρου, παραπλήσια τούτοις, εὔλογον ἦν, οὔτ' ἀληθεύουσιν, οὔτε ψεύδονται, τὸν Ἐρασίστρατον εἰρηκέναι, τὸν λογισμὸν προσθέντα τῆς ἰδίας ἀποφάσεως.

ὥσπερ γε καὶ περὶ τῶν ἐμουμένων τε, καὶ διαχωρουμένων, ἐν οἷς ἐστι καὶ τὰ μέλανα καλούμενα, καὶ πρὸς αὐτοῖς, ἡ ἀκριβὴς μέλαινα χολή. καὶ γὰρ καὶ διορίσασθαί τι συγκεχυμένον ἐν τῇ τῆς φωνῆς κοινωνίᾳ τῶν μελαγχολικῶν χυμῶν, ἦν ἀναγκαῖον. ὅπερ ἐγὼ διῆλθον ἔμπροσθεν. Ἐρασίστρατος μὲν οὖν ὅλην τὴν περὶ τοὺς χυμοὺς τέχνην παρέλιπεν. ἐγὼ δὲ οὐ περὶ πάντων ἐνταῦθα προὐθέμην εἰπεῖν, ἀλλὰ περὶ τῆς μελαίνης χολῆς μόνης. ὅσα μὲν τῇ κοινωνίᾳ τοῦ λόγου, καὶ περὶ τῶν ἄλλων ἔγραψα, δι᾽ ἑτέρων ἐξείργασμαι.

quemadmodum fecit de his quæ vomuntur, & deiiciuntur: inter quæ illa etiam quæ dicuntur nigra continentur, & preterea quę exquisitè atra est bilis. Verùm in his distinguere quippiam necessum erat quod in vocis cõmunione inter melancholicos humores cõfusum existit, quod & nos paulò ante exposuimus. Igitur Erasistratus omnẽ de humoribus artem prætereit. Ego verò de omnibus hic pertractare nequaquã institui, sed de sola atra bile. Quæ autẽ ex sermonis communitate de aliis etiam pertractauimus, in aliis libris à nobis copiosiùs tradita sunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ΄.

Διὰ πείρας δηλοῖ τὴν μέλαιναν χολὴν γίνεσθαι ἀναγκαῖον.

ΠΕΡΙ δὲ μελαίνης χολῆς, τὰ διὰ μακρᾶς πείρας βεβαίως ἐγνωσμένα μοι, προσθήσω νῦν, χρήσιμα ἐσόμενα ἐκείνοις, ὅσοι τῆς ἰατρικῆς τέχνης, οὐ τοὺς σοφιστικοὺς λόγους, ἀλλὰ τὰ ἔργα σπουδάζουσι. πάντα γὰρ ὅσα διὰ μελαγχολικὸν χυμὸν γίνεται πάθη, κατ᾽ ἀρχὰς εὐθέως γενναίως καθαίρων τοῖς τὸν τοιοῦτον χυμὸν ἐκκενοῦσιν αὐξηθῆναι κωλύσεις μέχρι καὶ τῶν καρκίνων. ἄξιον δὲ θαυμάσαι τῶν ἤτοι γ᾽ ἀκόντων, ἢ ἑκόντων, σοφίσματα γραψάντων, εἰς ἀναίρεσιν τοῦ μελαγχολικοῦ χυμοῦ. φασὶ γὰρ ἐπὶ τῶν παρὰ φύσιν ἐχόντων μόνων αὐτὸν γίνεσθαι, μηδενὸς τῶν ἀκριβῶς εὐχύμων ἔχοντος ἐν τῷ σώματι μέλαιναν χολήν. εἰ γοῦν, φασὶν, ἀθλητῇ τινὶ, ἄριστα διακειμένῳ δοίης τι φαρμάκου τοῦ νομιζομένου μέλαιναν χολὴν ἐκκενοῦν, ὄψεται κενουμένην αὐτήν. ὥσπερ εἰ καὶ τῶν τὴν ξανθὴν χολὴν ἐκκαθαίρειν πεπιστευμένων, προσενέγκῃ τις, ἐκείνην ὄψεται κενουμένην, ᾧ καὶ δῆλον εἶναί φασιν, ὡς ἀλλοιουμένου τοῦ αἵματος ὑπὸ τῆς τοῦ φαρμάκου δυνάμεως, εἰς τὰς χολὰς γίνεται μεταβολή. καθάπερ γε κἂν εἰ φλέγματος ἀγωγὸν δοίης, ὄψει, φασὶ, καὶ τότε κενούμενον φλέγμα, παραπλησίως δὲ, κἂν εἰ τὰ πεπεισμένα τὸν λεπτὸν ἰχῶρα κενοῦν, ἀναγκάσῃς προσενέγκασθαι τὸν εὐχυμότατον ἄνθρωπον, ὄψει καὶ τότε κενούμενον ὑδατώδη λεπτόν τινα ἰχῶρα. πρὶν μὲν οὖν ἀποδειχθῆναι, τῶν καθαρτικῶν φαρμάκων ἕκαστον ἕλκειν ἕνα τινὰ χυμὸν, οὗ πέφυκεν ὑπάρχειν ἑλκτικὸν ἔχει τι πιθανὸν ὁ λόγος αὐτῶν. ἀποδειχθέντος δὲ τούτου, τὸ ψεῦδος αὐτῶν καταφανὲς γίνεται. ἐδείχθη γὰρ, ὅτι τὸ οἰκεῖον ἕκαστον ἕλκει χυμὸν, ἐκ τοῦ τὰ μὲν τοῖς ὑδερικοῖς διδόμενα φάρμακα, τοσαύτην ἐνίοτε ποιεῖσθαι κένωσιν, ὡς ὅλας λεκάνας πληροῦν, ἀνάλογον δὲ τῷ κενουμένῳ, προστέλλεσθαί τε τὴν γαστέρα, καὶ κουφίζεσθαι σαφῶς τοὺς κάμνοντας, εὐπνουστέρους τε γίνεσθαι. τὰ δὲ τοῖς ἰκτερικοῖς, τὴν μὲν ξανθὴν χολὴν ἐκκενοῦν πλείστην, ὀνινάναι δὲ τοὺς πάσχοντας. εἰ δ᾽ ἔμπαλιν, τὰ μὲν ὑδραγωγὰ φάρμακα δοίης τοῖς ἰκτεριώδεσι, τὰ δὲ χολαγωγὰ, τοῖς ὑδεριώδεσιν, ἐλάχιστόν τε τὸν οἰκεῖον κενώσεις χυμόν. οὐ μόνον δ᾽ οὐδὲν ὠφελήσεις τοὺς κάμνοντας, ἀλλὰ καὶ βλάψεις μεγάλως. ὥσπερ εἰ καὶ φλεβοτομήσεις αὐτούς. καίτοι κατὰ τοὺς ἡγουμένους, ὑπὸ τῶν καθαιρόντων φαρμάκων ἀλλοιοῦσθαι τοὺς ἐν σώματι χυμοὺς, ὡς ἂν ἕκαστον τῶν ἑλκόντων τὴν φύσιν ἔχῃ, τῷ καθαίρειν, τὸ φλεβοτομῆσαι τὴν ἴσην ἕξει δύναμιν. ὥσπερ οὖν ἡμεῖς, ὑδρα-

CAPVT IX.

Experientia indicatur atræ bilis generationem esse necessariam.

CÆterùm quæ de atra bile longa experientia mihi firmiter cognita sunt, nunc adiiciã: quæ sanè illis vsui futura sunt, qui medicæ artis non sophisticas rationes sed opera ipsa sectantur. Omnes enim qui ab humore melancholico proueniũt affectus, statim inter initia medicamẽtis eum humorẽ euacuãtibus validè purgãs, ita sanè quò minùs augeãtur prohibebis, vsq; etiã ad cancros. Atqui eos non immeritò quis admirabitur, qui seu inuiti, seu spõte sophismata scripserũt, ad melãcholici humoris sublationẽ. Aiunt enim in his tantùm qui præter naturam sunt affecti, eum humorẽ generari, quum nemo, qui bonis exactè succis præditus sit, bilem atrã in corpore contineat. Si igitur (inquiũt) athletæ cuipiam optimi habitus aliquod medicamentum propinaueris ex iis quæ atrã bilem euacuare existimantur: ipsam videbis euacuari, quemadmodũ si ea quoq; exhibeas, quæ flauã bilem creduntur expurgare: ipsam haud aliter conspicies excerni. Vnde ipsi satis constare dicũt, à viribus medicamẽti alterato sanguine in biles fieri transmutationẽ: veluti etiã si cui dederis medicamentum quod pituitam subducat: ipsam quoq; pituitam (inquiunt) videbis euacuari. Pari etiã modò si ea quæ tenuem saniem euacuare credita sunt, hominẽ qui optimis scatet succis assumere coëgeris: videbis & tunc quandam aquosam & tenuẽ saniem excerni. Porrò priusquã fuerit demonstratum, quodcunq; purgatorium medicamentum vnum quendam humorem attrahere, nempe quem natura attrahere natum est: istorũ ratio aliquid probabilis obtinere videtur. Verùm hoc demonstrato, ipsorum mendaciũ manifestè nemo non deprehendet. Ex eo enim ostensum est eorum vnumquodque propriũ humorem attrahere, quod ea medicamenta quæ aqua inter cutẽ laborantibus propinãtur, tantam sæpenumero euacuationẽ moliuntur, vt integras matellas impleãt: ad proportionem autẽ eorũ quæ ita educũtur, aluus detineatur, ac manifestè leuẽtur ægrotãtes, atque faciliùs respirent: quæ verò in morbo regio offerũtur, flauã bilẽ plurimã euacuẽt, & iuuẽtur non parùm inde ægrotantes. Si verò contra medicamẽta aquam subducentia morbo regio laborantibus dederis, quę verò bilem educunt, his qui aqua inter cutẽ infestantur, quàm minimũ proprij humoris vtrobique videbis euacuari: atq; inde non solũ nihil iuueris ægrotantes, verumetiam quàm maximè læseris, haud aliter quã si ipsis venã incideris. Atqui apud eos, qui credũt à purgãtibus medicamẽtis humores in corpore mutari, prout natura vniuscuiusq; trahẽtis extiterit: sectio quidem venæ purgãdi auxilio æquales vires obtinebit. Cæterùm quemadmodum nos medica-

mentum quòd aquam subducit exhibentes his, qui ea aquæ inter cutem specie laborabant quam ἀσκίτην Græci ab vtribus nomine deducto appellant, cùm exuperantē humorem euacuamus, tum etiam ægrotum iuuamus. Sic & illi venæ sectionem eligentes, videant quem finem huiuscemodi auxilium sortiatur. Quinetiam vel ex eo ridendi sunt, quòd nullum in corpore instrumentum esse dicant quod bilem atram recipiat, sicuti in iecinore flauæ bilis vesica, inde coniiciendum esse putantes, in his corporibus quæ integram obtinent valetudinem, atram bilem nequaquā contineri, qua ratione neq; pituitam in nobis esse concedent, quemadmodum neque in columbis flauam bilem, etenim vesicam quæ iecinori inhæret, non habent, sicuti neque alia quæpiam animantia. Quippe seipsos (nequaquam enim nos) æquiuocatione decipiunt: humorem melancholicum quem in bene valentibus dicimus progigni, perpetua de atra bile dictum intelligētes, quam in his qui præter naturam sunt affecti asserimus generari. Non enim eadem est bilis atra in his qui integra sanitate fruūtur, & in aliquibus eorum, qui olim naturalem habitum sunt egressi: nihil autem obstat, quin possis vtrumque humorem (si libet) atram bilem nominare. De his autem & ante dictum est: verùm & nunc breuiter tanquam per capita id commemorasse haudquaquam vtiq; fuit inutile: eorum gratia, qui tum seipsos, tum etiam eos qui Hippocratis sententiam exactè didicerunt, falsis rationibus circumueniunt.

γωγὸν δόντες φάρμακον οἷς ἐστιν ὕδρος ἀσκίτης, ἐκκενούμενόν τε τὸ πλεονάζον ὑγρὸν, ὠφελοῦμέν τε τὸν κάμνοντα, οὕτω καὶ αὐτοὶ φλεβοτομίαν παραλαμβάνοντες, ὁρῶσιν εἰς ὅ, τι τελευτᾷ τὸ βοήθημα. γελοῖοι δ᾽ εἰσὶ κἀκ τοῦ μηδὲν εἶναι κατὰ τὸ σῶμα παραδεκτικὸν μελαίνης χολῆς ὄργανον, οἷον οἱ ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστις ἐστὶ τῆς ξανθῆς χολῆς, ἡγούμενοι τεκμήριον ὑπάρχειν τοῦτο, τοῦ μηδόλως ἐν τοῖς ἀκριβῶς ὑγιαίνουσι σώμασι, τὸν μελαγχολικὸν εἶναι χυμόν· οὔτε γὰρ οὐδὲ τὸ φλέγμα συγχωρήσουσιν ἐν ἡμῖν εἶναι, καθάπερ οὐδ᾽ ἐν ταῖς περιστεραῖς, τὴν ξανθὴν χολὴν, οὐ γὰρ ἔχουσι τὴν ἐπὶ τῷ ἥπατι κύστιν, ὥσπερ οὐδ᾽ ἄλλα τινὰ ζῶα. καὶ μέν τοι καὶ παρὰ τὴν ὁμωνυμίαν ἑαυτοὺς, οὐ γὰρ ἡμᾶς γε, σοφίζονται, τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν, ὃν ἐν τοῖς ὑγιαίνουσι γεννᾶσθαί φαμεν, ἀκούοντες ἀεὶ κατὰ τῆς μελαίνης λέγεσθαι χολῆς, ἣν ἐν τῷ παρὰ φύσιν ἔχειν, γεννᾶσθαί φαμεν. οὐ γὰρ ἡ αὐτὴ κατά γε τοὺς ἀκριβῶς ὑγιαίνοντάς ἐστι μέλαινα χολὴ, καὶ τινας τῶν παρὰ φύσιν ἐχόντων, ἀμφοτέρας δὲ μελαγχολικὸν χυμὸν ὀνομάζειν οὐδὲν κωλύει. εἴρηται δὲ περὶ τούτων ἤδη καὶ πρόσθεν. ἀλλὰ καὶ νῦν οὐδὲν χεῖρον ἀναμνῆσθαι περὶ αὐτῶν ἐν βραχέσι κεφαλαίοις, ἕνεκα τῶν λόγοις ψευδέσιν ἑαυτούς τε καὶ τοὺς μεμαθηκότας ἀκριβῶς τὴν Ἱπποκράτους γνώμην, σοφιζομένων.

ΙΠΠΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΡΙ ΓΟΝΗΣ.

HIPPOCRATIS DE GENITVRA, LIBER.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Ὁκόθεν ἡ γονὴ ἔρχηται, καὶ ἡδονὴ τῆς λαγνείας· διὰ τί ἡ γονὴ ἀφρέῃ· καὶ διὰ τί τὸ ἰσχυρότατον γονῆς ἀποκρίνηται· ὅτε τὸ αἷμα μετὰ γονῆς ξυμφέρηται· ἄλλη τῆς γονῆς, ἄλλη τοῦ οὔρου ὁδός· ὁκόθεν οἱ ἐξονειρωγμοί.

ΝΟΜΟΣ μὲν πάντα κρατύνει· ἡ δὲ γονὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἔρχεται ἀπὸ παντὸς τοῦ ὑγροῦ, τοῦ ἐν τῷ σώματι ἐόντος, τὸ ἰσχυρότατον ἀποκριθέν. τούτου δὲ ἱστόριον τόδε, ὅτι ἀποκρίνεται τὸ ἰσχυρότατον, ὅτι ἐπὴν λαγνεύσωμεν, σμικρὸν οὕτω μεθέντες, ἀσθενέες γινόμεθα. ἔχει δὲ οὕτω. φλέβες καὶ νεῦρα ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, τείνουσιν ἐς τὸ αἰδοῖον, οἷσιν ὑποτριβομένοισι καὶ θερμαινομένοισι καὶ πληρευμένοισιν, ὥσπερ κνησμὸς ἐμπίπτει, καὶ τῷ σώματι παντὶ ἡδονὴ καὶ θέρμη ἐκ τούτου παραγίνεται, τριβομένου δὲ τοῦ αἰδοίου καὶ τοῦ ἀνθρώπου κινευμένου, τὸ ὑγρὸν θερμαίνεται ἐν τῷ σώματι, καὶ διαχέεται, καὶ κλονέεται, ὑπὸ τῆς κινήσιος, καὶ ἀφρέει· καθάπερ καὶ τ᾽ ἄλλα ὑγρὰ σύμπαντα κλονεόμενα ἀφρέει. οὕτω δὲ καὶ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ, ἀποκρίνεται ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀφρέοντος, ἰσχυρότατον καὶ τὸ πιότατον, καὶ ἔρχεται εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. τείνουσι γὰρ ἐς τοῦτον, ἐκ παντὸς τοῦ σώματος. καὶ διαχέει ἐκ τοῦ ἐγκεφάλου εἰς τὴν ὀσφὺν, καὶ ἐς πᾶν τὸ σῶμα, καὶ ἐς τὸν μυελὸν, καὶ ἐξ αὐτοῦ τείνουσιν ὁδοὶ, ὥστε καὶ ἐπιέναι τοῦ ὑγροῦ ἐς αὐτὸν καὶ ἀποχωρέειν. ἐπὴν δὲ ἔλθῃ ἐς τοῦτον τὸν μυελὸν ἡ γονὴ, χωρέει παρὰ τοὺς νεφρούς. ταύτῃ γὰρ ἡ ὁδός ἐστι διὰ φλεβῶν. κἢν οἱ νεφροὶ ἑλκωθῶσιν, ἔστιν ὅτε καὶ αἷμα ξυμφέρεται. παρὰ δὲ τῶν νεφρῶν, ἔρχεται διὰ τῶν ὀρχίων μεσάτων ἐς τὸ αἰδοῖον. καὶ χωρέει οὐχ ὅπῃ τὸ οὖρον, ἀλλά οἱ ἄλλη ὁδός ἐστιν αὐτῆς ἐχομένη. καὶ οἱ ἐξονειρώσσοντες διὰ τάδε ἐξονειρώσσουσιν· ἐπὴν τὸ ὑγρὸν ἐν τῷ σώματι, διακεχυμένον ᾖ καὶ διάθερμον, εἴτε ὑπὸ ταλαιπωρίης, εἴτε ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀφρέει. καὶ ἀποκρινομένου ἀπ᾽ αὐτοῦ ὁρῶν παρίσταται, οἷον περ ἐν τῇ λαγνείῃ. πάσχει γὰρ αὐτῷ τὸ ὑγρὸν τοῦτο ὅπερ ἔχει λαγνεύοντι. ἀλλ᾽ οὐ μοι περὶ ὀνειρωσσόντων καὶ παντὸς τοῦ νοσήματος τί ἐστι, καὶ ὁκόσα ἐργάζεται, καὶ διότι πρὸ λαγνείης. καὶ ταῦτα μὲν ἐς τοῦτό μοι εἰρέαται.

A

CAPVT PRIMVM.

Semen vnde, & quà deriuetur; vnde venerea voluptas; cur semen spumescat; cur validissimum venere excernatur; sanguis interdum in genitura profluit; alius seminis, alius vrinæ meatus; vnde pollutiones per somnum?

LEx quidem omnia dirigit. At genitura viri excrementum validissimum est, quòd ab vniuerso quod in corpore continetur humido proficiscitur. Huius autem rei istud argumentum est, validissimum quippe excerni, quòd quum rem veneream egimus, tam pauco seminis emisso, imbecilles simus. Res autem ita se B habet. Venæ & nerui ab vniuerso corpore ad pudendum producuntur, quibus dum subteruntur, & calescunt, & implentur, veluti prurigo incidit, vnde vniuerso corpori tum voluptas, tum calor oboritur. Quum verò pudendum confricatur, & homo mouetur, humidũ in corpore concalescit, ac diffunditur, & ex motu agitatur, & spumat, atq; ad eundẽ modum quo reliqua omnia humida quũ vehementiùs dimouẽtur, spumescit. Sic autem & in homine valentissima & pinguissima portio à spumante humido secedit, & ad spinalem medullã progreditur. Ad eam namq; ex vniuerso corpore viæ concurrũt, & ex cerebro in lumbos, vniuersum corpus & spinalem medullã diffunditur, & ex ea viæ procedunt, C vt & ad ipsam humidum adeat, & ex ea secedat. At vbi ad hanc spinæ medullam genitura peruenerit, procedit ad renes, huic enim via patet per venas. Quod si renes exulcerati fuerint, interdũ etiam sanguis vnà defertur. A renibus autem per medios testes ad pudendũ peruenit, neque quã via vrinæ est prodit, sed alia ipsi via est huic proxima. Qui per somnũ semen effundũt tum ideo venerem somniãt quum humidũ in corpore diffusum & excalefactũ siue ex vehementi exercitatione, siue ex alia quauis causa spumescit; atq; dum ab ipso excernitur quale in coitu aduertitur, tale quid repræsentat. Patitur namq; per se id humidũ, quod in coëunte præstat. Verùm non mihi de his qui per somnum semen emittũt, ac de toto morbo, quid sit, & quæ moliatur, & cur ante coitum semen emittatur, sermo est. Sed de his ista quidem à me dicta sint.

CAP. II.

CAPVT II.

Cur Eunuchi, & pueri, & iuniores virgines venerem non exerceant & cur quibus iuxta aures venæ sectæ sunt, ij infœcundi sint?

AT Eunuchi propterea venerem non obeunt, quòd ipsis genituræ transitus aboleatur. per ipsos enim testes ei via est, & nerui tenues & solidi ex testibus in pudendum tendunt, quibus erigitur, ac demittitur, iisque in exectione rescinduntur, proindéque Eunuchi ad venerem inepti sunt. Quum autem neruos affricant, genituræ viæ obstructa est. Occalescunt enim testes, ac nerui à callo duri, hebetésque *redditi*, penem neque intendere, neque laxare possunt. Quibuscunque verò iuxta aures *venæ* sectæ sunt, hi coëunt quidem, & emittunt semen, sed paucum, imbecillum & infœcundum. Plurimùm siquidem seminis à capite secundum aures in spinalem medullam procedit; ipse verò transitus cicatrice sectioni inducta solidus euasit. Quum autem pueris venæ exiles ac repletæ sint, genituram migrare prohibent, neque prurigo eodem modo excitatur, neque propterea in corpore humidum ad seminis excretionem concutitur: virginibus quoque eandẽ ob causam priusquam adoleuerint, menses minimè prodeunt. Vbi verò incrementum inierint tum virgo tum puer, venæ quæ ad pueri pudendum & virginis vterum feruntur, incremento ampliores magísque meabiles euadunt, & aperiuntur, atque via, transitúsque per illarum angustias patet, túncque humidum etiam concussionem habet, nam & spatia ampliora, in quibus concutiatur habet, pueróque quum adultus fuerit, ob eam causam & virgini menstrua prodeunt. Atque hæc mihi sic demonstrata sunt. At genitura ab vniuerso corpore, & á solidis, & à mollibus, & ab vniuerso totius corporis humido secerni asseuero. Sunt autem quatuor humidi species, sanguis, bilis, aqua, & pituita. Tot enim species sibi congenitas habet homo, à quibus morbi fiunt, vel etiam ex morbis dijudicationes. Atque hæc mihi quidem de genitura dicta sunt, vnde, & quomodo, & quam ob causam procreetur, quibus genitura non fit, & quare non fit, atque de virginum menstruis.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Διότι οἱ εὐνοῦχοι, καὶ οἱ παῖδες, καὶ αἱ παρθένοι νεώτεραι οὐ λαγνεύουσι; καὶ διότι οἱ παρ' οὓς τετμημένοι ἄγονοι;

Οἱ δὲ εὐνοῦχοι διὰ ταῦτα οὐ λαγνεύουσιν, ὅτι σφέων ἡ δίοδος ἀμαλδύνεται τῆς γονῆς. ἔστι γὰρ δι' αὐτῶν τῶν ὀρχίων ἡ ὁδός. καὶ νεῦρα τείνει λεπτὰ καὶ πυκνὰ, εἰς τὸ αἰδοῖον ἐκ τῶν ὀρχίων, οἷσιν ἀείρεται καὶ καθίεται. καὶ ταῦτα ἐν τῇ τομῇ ἀποτέμνεται, διότι καὶ οὐχ ὑπαρκέουσιν οἱ εὐνοῦχοι χρησεί. τῶν δὲ τάδε ἐκτριβέντων, ἡ ὁδὸς τῆς γονῆς ἐμπέφρακται. πωρεῦνται γὰρ οἱ ὄρχιες· καὶ τὰ νεῦρα σκληρὰ καὶ μωρὰ γινόμενα ὑπὸ τοῦ πώρου, οὐ δύναται τείνειν καὶ χαλᾶν. ὁκόσοι δὲ παρ' οὓς τετμημένοι εἰσὶν, οὗτοι λαγνεύουσι μὲν καὶ ἀφιᾶσιν· ὀλίγον δὲ, καὶ ἀσθενὲς, καὶ ἄγονον. χωρέει γὰρ τὸ πλεῖστον τοῦ γόνου, ἀπὸ τῆς κεφαλῆς παρὰ τὰ οὔατα, εἰς τὸν νωτιαῖον μυελόν. αὕτη δὲ ἡ δίοδος ὑπὸ τῆς τομῆς οὐλῆς γενομένης, στερεὴ γέγονε. τοῖσι δὲ παιδίοισι, λεπτὰ τὰ φλέβια ἐόντα καὶ πληρεύμενα, κωλύει τὴν γονὴν ἰέναι. καὶ ὁ κνησμὸς, οὐχ ὁμοίως παραγίνεται. διὰ ταῦτα οὐδὲ κλονέεται ἐν τῷ σώματι τὸ ὑγρὸν, ἐς ἀπόκρισιν τῆς γονῆς. καὶ τῇσι παρθένοισι μέχρις ἂν νέαι ἐῶσιν, οὐ χωρέει τὰ καταμήνια, δι' αἴτιον τὸ αὐτό. ἐπὴν δὲ αὔξωνται καὶ παρθένος καὶ παῖς, αἱ φλέβες αἱ ἐς τὸ αἰδοῖον τείνουσαι τοῦ παιδὸς, καὶ τῆς παρθένου, καὶ ἐπὶ τὰς μήτρας, εὐρέαι γίνονται ὑπὸ τῆς αὔξης, καὶ στομοῦνται, καὶ ὁδὸς καὶ δίοδος διὰ στενῶν γίνεται. καὶ τὸ ὑγρὸν κλόνησιν τότε ἴσχει. εὐρυχωρίη γὰρ οἱ τότε γίνεται, ἔνθα κλονήσεται. καὶ τῷ παιδὶ χωρέει, ἐπὴν ἁδρὸς ἔῃ, διὰ τόδε καὶ τῇ παρθένῳ τὰ καταμήνια. ταῦτα δέ μοι οὕτως ἀποπέφανται. τὴν δὲ γονὴν φημὶ ἀποκρίνεσθαι ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν στερεῶν, καὶ ἀπὸ τῶν μαλακῶν, καὶ ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ παντὸς τοῦ ἐν τῷ σώματι. Εἰσὶ δὲ τέσσαρες ἰδέαι τοῦ ὑγροῦ· αἷμα· χολή· ὕδωρ, καὶ φλέγμα. τοσαύτας γὰρ ἰδέας ἔχει ξυμφυέας ὁ ἄνθρωπος ἐν ἑωυτῷ, καὶ ἀπὸ τουτέων αἱ νοῦσοι γίνονται, ἢ αἱ ἐκ νούσων διακρίσιες. καὶ ταῦτα μὲν εἰρέαταί μοι περὶ γονῆς, ὁκόθεν γίνεται, καὶ ὅκως, καὶ διότι, καὶ οἷσιν οὐ γίνεται ἡ γονὴ, καὶ διότι οὐ γίνεται, καὶ περὶ καταμηνίων παρθένων.

CAPVT III.

Quod mulier ad liberorum generationem semen conferat.

QVum autem mulieribus in coitu confricatur pudendum, vterúsque commouetur ipsis veluti prurigo incidit, reliquóque corpori voluptas, calórque oboritur. Emittit autem & mulier è corpore genituram, interdum quidem in vterum, ac tum vterus humidus redditur; nonnunquam verò foràs, si plùs æquo vterus dehiscat. Et oblectatur *mulier*, vbi coire cœperit, toto tempore quoad vir ipsum semen emiserit. Verùm si coitum mulier vehementiùs appetat, *semen* priusquam vir emittit, neque residuo deinceps peræquè delectatur: Sin verò venere non concitetur, simul cum viro delectari desinit. Atque ita *se res* habet. Quemadmodum si quis in aquam feuentem alteram frigidam affundat, *illa* feruere cessat: sic etiam viri semen in vterum illapsum, mulieris

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ὅτι ἡ γυνὴ συμβάλλεται πρὸς τὴν τῆς τεκνογονίας σποράν.

Τῇσι δὲ γυναιξὶν ἐν τῇ μίξει τριβομένου τοῦ αἰδοίου, καὶ τῶν μητρέων κινευμένων, ὥσπερ κνησμὸν ἐμπίπτειν ἐς αὐτὰς, καὶ τῷ ἄλλῳ σώματι ἡδονὴν καὶ θέρμην παρέχειν. μεθίει δὲ καὶ ἡ γυνὴ ἀπὸ τοῦ σώματος· ὅτε μὲν ἐς τὰς μήτρας, αἱ δὲ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται, ὅτε δὲ καὶ ἔξω, ἢν χάσκωσιν αἱ μῆτραι μᾶλλον τοῦ καιροῦ. καὶ ἥδεται, ἐπὴν ἄρξηται μίσγεσθαι διὰ παντὸς τοῦ χρόνου, μέχρις ἂν αὐτὴν μεθίῃ ὁ ἀνήρ· κἢν μὲν ὀργᾷ ἡ γυνὴ μίσγεσθαι, πρόσθεν τοῦ ἀνδρὸς ἀφίει. καὶ τὸ λοιπὸν οὐκ ἔτι ὁμοίως ἥδεται ἡ γυνή. ἢν δὲ μὴ ὀργᾷ, συντελέει τῷ ἀνδρὶ ἡδομένη· καὶ ἔχει οὕτως, ὥσπερ εἴ τις ἐπὶ ὕδωρ ζέον, ἕτερον ψυχρὸν ὕδωρ ἐπιχέῃ, παύεται τὸ ζέον. οὕτω καὶ ἡ γονὴ πεσοῦσα τοῦ ἀνδρὸς ἐς τὰς μήτρας, σβέννυσι τὴν

θέρμην, καὶ τὴν ἡδονὴν τῆς γυναικός. ἐξαίσσει δὲ ἡ ἡδονὴ καὶ ἡ θέρμη ἅμα τῇ γονῇ πιπτούσῃ εἰς τὰς μήτρας, ἔπειτα λήγει· ὥσπερ εἴ τις ἐπὶ φλόγα οἶνον ἐπιχέει, συμβαίνει πρῶτα μὲν ἐξαίσσειν τὴν φλόγα καὶ αὔξεσθαι δι᾽ ὀλίγου, πρὸς τὴν ἐπίχυσιν τοῦ οἴνου, ἔπειτα λήγειν. ὡσαύτως δὲ καὶ τῇ γυναικὶ ἡ θέρμη ἐξαίσσει πρὸς τὴν γονὴν τοῦ ἀνδρὸς, ἔπειτα λήγει. ἧσσον δὲ πολλῷ ἥδεται ἡ γυνὴ τοῦ ἀνδρὸς, ἐν τῇ μίξει. πλείονα δὲ χρόνον, ὁ ἀνήρ. διότι δὲ μᾶλλον ὁ ἀνὴρ ἥδεται, ἀποκρίνεται αὐτῷ ἐξαπίνης ἀπὸ τοῦ ὑγροῦ ἀπὸ ταραχῆς ἰσχυροτέρης, ἢ τῇ γυναικί. ἔχει δὲ τόδε οὕτως τῇσι γυναιξίν· ἢν μὲν μίσγωνται ἀνδράσι, μᾶλλον ὑγιαίνουσιν· ἢν δὲ μὴ, ἧσσον. ἅμα μὲν αἱ μῆτραι ἰκμαλέαι γίνονται ἐν τῇ μίξει, καὶ οὐ ξηραὶ ἐοῦσαι μᾶλλον τοῦ καιροῦ, συστρέφονται ἰσχυρῶς. συστρεφόμεναι δὲ ἰσχυρῶς, πόνον τῷ σώματι παρέχουσιν. ἅμα δὲ ἡ μίξις τὸ αἷμα θερμαίνουσα καὶ ὑγραίνουσα, ποιέει ὁδὸν ῥηϊτέρην τοῖσι καταμηνίοισι. τῶν δὲ καταμηνίων μὴ χωρεόντων, τὰ σώματα τῶν γυναικῶν ἐπίνοσα γίνονται. διότι δὲ ἐπίνοσα γίνονται, εἰρήσεταί μοι ἐν τῇσι γυναικείῃσι νούσοισι. καὶ ταῦτά μὲν μοι εἰρέαται ἐς τοσοῦτο.

A calorem & voluptatem extinguit. Exerit autem voluptas, & calor, simul ac semen in vterum decidit, deinde desinit, quemadmodum si quis flammæ vinum affundat, primùm quidem contingit flammam attolli, ac paulatim ad vini affusionem increscere, deinde cessare: eodem modo & in muliere calor ad viri semen attollitur, postea desinit. At multò parciùs mulier quàm vir in concubitu oblectatur, sed vir tempore diuturniori. Propterea verò uir magis oblectatur quia ei derepente *semen* ab humido concussu vehementiori, quàm mulieri secernitur. Sic autem se res habent mulierem, si quidem *ipsæ* cum viris coeant, magis sanæ sunt; si non, B minùs. Protinus siquidem vteri humidi fiunt in coitu, qui si plùs æquo sicci sint, vehementer contrahuntur, vehementer verò contracti corpori dolorem afferunt, simul autem coitus sanguinem calefaciens & humectans viam mensibus faciliorem efficit; menstruis verò non prodeuntibus mulierũ corpora morbis obnoxia redduntur. Quare autem morbis obnoxia fiãt, in morbis mulierũ à me differetur. Atque hæc quidem mihi hactenus dicta sint.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ὅπως γινώσκει ἡ γυνὴ ὅταν ἐν γαστρὶ λάβῃ, καὶ ὅτι ἐν τῷ ἀνδρὶ καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἀσθενὴς καὶ ἰσχυρὰ ἔνεστιν;

Ἐπὴν δὲ μιχθῇ ἡ γυνὴ, ἢν μὲν δὴ μὴ μέλλῃ λήψεσθαι πρὸς ἑωυτὴν, πρὸς τὸ ἔθος χωρέει ἔξω ἡ γονὴ ἀπ᾽ ἀμφοτέρων, ὁκόταν ἡ γυνὴ ἐθελήσῃ. ἢν δὲ μέλλῃ λήψεσθαι, οὐ χωρέει ἔξω, ἀλλ᾽ ἐμμένει ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἡ γονή. αἱ γὰρ μῆτραι δεξάμεναι καὶ μύσασαι, ἔχουσιν ἐν ἑωυτῇσιν, ἅτε συσπασθέντος τοῦ στόματος ὑπὸ τῆς ἰκμάδος, καὶ μίσγεται ὁμοῦ, τό, τε ὑπὸ τοῦ ἀνδρὸς ἐλθὸν, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς γυναικός· καὶ ἢν ἡ γυνὴ τόκων ἔμπειρος ἔῃ, καὶ ἐννοήσῃ ὁκόταν ἡ γονὴ μὴ ἐξέλθῃ ἀλλ᾽ ἐμμείνῃ, εἰδήσει ᾗ ἡμέρῃ ἔλαβεν ἐς ἑωυτήν. ἔχει δὲ οὕτως καὶ τόδε. ὅτε μὲν ἰσχυρότερόν ἐστι τὸ μεθιέμενον ἀπὸ τῆς γυναικὸς, ὅτε δὲ ἀσθενέστερον· καὶ τὸ ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς, ὡσαύτως. καὶ ἔστι καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, τὸ θῆλυ σπέρμα καὶ τὸ ἄρσεν. καὶ ἐν τῇ γυναικὶ ὁμοίως. ἰσχυρότερον δέ ἐστι τὸ ἄρσεν τοῦ θήλεος. ἀνάγκη οὖν ὑπὸ ἰσχυροτέρου σπέρματος γίνεσθαι. ἔχει δὲ καὶ τόδε, οὕτω. ἢν μὲν ἀπ᾽ ἀμφοτέρων τὸ σπέρμα ἰσχυρότερον ἔλθῃ, ἄρσεν γίνεται τὸ τικτόμενον· ἢν δὲ ἀσθενὲς, θῆλυ. ὁκότερον δ᾽ ἂν κρατήσῃ κατὰ πλῆθος, ἐκεῖνο καὶ γίνεται. ἢν γὰρ πολλῷ πλέον τὸ ἀσθενὲς σπέρμα ᾖ τοῦ ἰσχυροτέρου, κρατέεται τὸ ἰσχυρὸν, καὶ μιχθὲν τῷ ἀσθενεῖ, ἐς θῆλυ περιωθέεται. ἢν δὲ πλέον ἔῃ τὸ ἰσχυρὸν τοῦ ἀσθενέος, κρατηθῇ τε τὸ ἀσθενὲς, ἐς ἄρσεν περιωθέεται. ὥσπερ εἴ τις κηρὸν καὶ στέαρ μίξας ὁμοῦ, πλέον ποιήσας τὸ στέαρ, τήξεται πρὸς πῦρ, μέχρις μὲν ὑγρὸν ἔῃ, οὐ διάδηλον γίνεται τὸ κρατέον. ἐπὴν δὲ παγῇ, τότ᾽ ἐμφανὲς γίνεται, ὅτι κρατέει τὸ στέαρ τοῦ κηροῦ κατὰ πλῆθος. οὕτως ἔχει καὶ τοῦ ἄρρενος καὶ τοῦ θήλεος ἡ γονή. ξυμβάλλεσθαι δὲ πάρεστιν, ὅτι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρί ἐστι γόνος καὶ θήλεος καὶ ἄρσενος, τοῖσιν ἐμφανέσι γινομένοισι. πολλαὶ γὰρ γυναῖκες ἤδη ἐθηλυτόκησαν παρ᾽ ἀνδράσιν ἰδίοις· παρὰ δὲ ἑτέροις ἀνδράσιν ἐλθοῦσαι, ἐκουροτόκησαν. καὶ οἱ ἄνδρες οἱ αὐτοὶ κεῖνοι, παρ᾽ οἷσιν ἐθηλυτόκεον αἱ γυναῖκες, ἑτέρων γυναικῶν ἐς μίξιν ἀφικόμενοι, ἄρσενα γόνον ἐποίησαν· καὶ οἷσιν ἄρσεν γόνος ἐγίνετο, εἰς ἑτέρας γυναῖκας μιχθέντες, θῆλυν γόνον ἐποίησαν.

CAPVT IV.

C *Quomodo cognoscit mulier quum in vtero conceperit; & quod in viro & in muliere imbecillius, ac robustius sit semen?*

Qvum autem coierit mulier, siquidem mulier minimè conceptura sit, pro more forâs prodit semen ab vtroque *emissum*, quum mulier voluerit. Si verò conceptura sit, forâs non exit, sed in vtero manet semen. Vterus namque exceptum ac conclusum semen in se continet, tanquam conuulso ob humiditatem eius osculo, simúlque miscentur tum quod à viro, tum quod à muliere prodiit. Quòd si mulier partum experta fuerit, & animad- D uerterit quando genitura non exciderit, sed intùs remanserit, sciet qua die in se conceperit. Sic quoque se res habet. Interdum quidem validius est *semen* quòd à muliere emittitur, quandóque verò imbecillius. Similiter quoque quòd vir eiaculatur. Et in viro tum muliebre tum masculum semẽ est. Similiter quoque in muliere. Masculeum verò fœmineo validius est. Marẽ itaque à validiori semine procreari necesse est. Hoc quoque modo se res habet. Si ab vtroque semen validius prodierit, mas partu edetur; si imbecillũ, fœmina. Vtrũcúmque verò copia præualuerit, illi & *simile* procreatur. E Si namque multò maiore copia imbecillius sperma sit validiori, euincetur validum, & debili permixtum in fœminam transit. Si verò validum imbecillo vberius fuerit, superatur imbecillum, ac in marem transfertur. Quemadmodum si quis ceram seuúmque simul miscuerit, plúsque seui coëgerit, eáque ad ignem liquefaciat, dum quidem liquida fuerit, quod *horum* superet manifestum non est, vbi verò concreta fuerint, tunc quod seuum ceram copia superet, conspicuum est. Sic maris & fœminæ se habet genitura. Quòd autem & in muliere & in viro tum fœmineum tum masculum semen sit, ex his quæ manifestè contingunt, coniicere li- F cet. Pleræque enim mulieres ex propriis viris filias continuò pepererunt, verùm cum aliis viris congressæ, filios genuerunt. Et viri illi ipsi ex quibus mulieres filias peperere, aliarum mulierum congressum adeuntes masculam prolem pepererunt, & quibus mascula soboles procreabatur, ij cũ aliis mulieribus congressi fœmineum sexum ediderunt.

Sic ratio declarat tum virum, tum fœminam & fœmineum & masculum semen habere. Nam qui fœmineam sobolem edebant, in iis quod erat validius, *semen* ab imbecillioris copia superabatur, & fœminæ generabantur. Qui verò filios pariebant in iis superabatur imbecillius, marésque procreabantur. At *semen* id non semper ab eodem viro validum procedit, imò neque imbecillum perpetuò, sed aliàs aliud, & in muliere ad eundem modum se habet, vt minimè mirum videatur easdem mulieres, eosdémque viros & masculam & fœmineam sobolem gignere. Atque eodem modo in brutis quæ de fœmineo & masculo semine *dicta sunt* sese habent. Et *quod* ad semen ipsum *spectat* tum fœminæ, tum viri, id ab vniuerso corpore prodit, & ab imbecillibus imbecillum, & à validis validum, eodémque modo fœtui distribui necesse est.

οὕτως ὁ λόγος ἐρέει καὶ τὸν ἄνδρα, καὶ τὴν γυναῖκα, ἔχειν καὶ θῆλυν γόνον, καὶ ἄρσενα, παρὰ μὲν τοῖσιν ἐθηλυτόκεον, ἐκρατέετο τὸ ἰσχυρότερον, πλέονος γινομένου τοῦ ἀσθενέος, καὶ ἐγίνετο θήλεα. παρὰ δὲ τοῖσιν ἐκουροτόκεον, ἐκρατέετο τὸ ἀσθενέστερον, καὶ ἐγίνετο ἄρσενα. χωρέει δὲ οὐκ ἀεὶ τοῦτο ἀπὸ τοῦ αὐτέου ἀνδρὸς ἰσχυρή· ἀλλ' οὐδὲ ἀσθενὴς ἐς ἀεί. ἀλλ' ἄλλοτε ἀλλοίη. καὶ ἐπὶ τῆς γυναικὸς οὕτως ἔχει· ὡς μὴ θαυμάζειν τὰς αὐτὰς γυναῖκας, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἄνδρας, γόνον καὶ ἄρσενα καὶ θῆλυν ποιέειν. ἔχει δὲ καὶ τοῖσι κτήνεσιν οὕτως, τὰ περὶ γονῆς θήλεος καὶ ἄρρενος. καὶ ἐν αὐτῇ σφι τῇ γονῇ, ἐξέρχεται καὶ τῆς γυναικὸς καὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἀπὸ παντὸς τοῦ σώματος, καὶ ἀπὸ τῶν ἀσθενέων, ἀσθενὴς, καὶ ἀπὸ τῶν ἰσχυρῶν, ἰσχυρή. καὶ τῷ τέκνῳ οὕτως ἐστὶν ἀνάγκη, ἀποδίδοσθαι.

CAPVT V.

Cur & vnde liberi parentibus similes, ac dissimiles; tenues ac imbecilles; maiores & minores nascantur?

ET, vndecunq; plùs ex viri quàm mulieris corpore ad genitură accesserit, fœtus ille patri magis erit similis; vndecunq; verò ex mulieris corpore plùs prodierit, ille partus manifestiùs matri assimilabitur. Neque verò fieri potest partũ in omnibus matri similẽ esse, patri verò nulla in re; aut contra, neq; alteri in aliquo similẽ esse, sed vtrique aliqua in re similẽ esse necesse est, siquidẽ ab vtrisq; corporibus semen ad fœtum *procreandum* procedit. Vter autem plùs & ex pluribus corporis partibus ad similitudinem contulerit, illi *fœtus* pluribus in rebus similis erit. Ac interdum contingit, vt filia genita in pluribus patri quàm matri multò sit similior & filius natus nonnunquã matri quàm patri magis similis existat. Atque hæc à me *prodita* tot prioris sententiæ fidem faciunt, tum in muliere, tum in viro & masculam & fœmineam genituram inesse. At istud quoq; euenit. Datur interdum tenues ac imbecilles fœtus ex patre & matre crassis ac robustis procreari. Quòd si multis iam editis liberis id eiusmodi accidat, vel fœtum in vtero ægrotasse perspicuũ est, vel etiã à matre aliquid eius incrementi foràs prodiisse, vtero nimium dehiscente, proindéq; debilem editum esse. Animantiũ autẽ quodcũque pro viriũ suarũ ratione ægrotat. At si omnes liberi imbecilles extiterint, vteri causæ sunt, quum plùs æquo angustiores existunt. Si namque amplum nõ habeant spatiũ, in quo fœtus nutriatur, fœtũ ipsum tenuem fieri necesse est, quippe qui satis amplo ad incrementum spatio non sit donatus. Si verò amplius habeat spatiũ, neque ægrotet fœtus, cõsentaneũ est ex magnis parẽtibus magnã sobolem procreari. Ita verò *se res* habet. Quemadmodum siquis cucumerẽ qui defloruerit, paruulũ tamẽ exortu, & adhuc in cucumerario iacentẽ in haustrũ *vas angustum* imposuerit, is æqualis ac similis haustri ipsius cauitati euadet. At siquis in vas amplum imponat quod & commodè cucumerẽ capere possit, sed nõ multò admodũ maius quàm pro cucumeris natura sit, æqualis etiam ac similis vasis ampli cauitati erit cucumis, adæquat enim incremẽto vasis capacitatẽ. Sed propè omnia quæ nata crescũt, eodẽ modo sese habent *ac proueniunt* quo quis ipsa coegerit. Sic sanè & in puero se res habet; si loci quidem amplitudo ipsi in incremento contigerit, maior, si loci angustia, minor euadit.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Διότι καὶ ὁκόθεν τὰ τέκνα τοῖς τεκοῦσιν ἔοικε, καὶ τὰ λεπτὰ, καὶ ἀσθενέα, καὶ τὰ μείζονα, καὶ ἐλάσσονα τίκτεται;

ΚΑΙ ὁκόθεν ἀπὸ τοῦ σώματος τοῦ ἀνδρὸς πλέον ἔλθῃ ἐς τὴν γονὴν, ἢ τῆς γυναικὸς, τὸ τέκνον κεῖνο κάλλιον ἔοικε τῷ πατρί· ὁκόθεν δὲ πλέον ἔλθῃ ἀπὸ τῆς γυναικὸς τοῦ σώματος, κεῖνο τὸ τέκνον κάλλιον ἔοικε τῇ μητρί. ἔστι δὲ οὐκ ἀνυστὸν πάντα τῇ μητρὶ ἐοικέναι, τῷ δὲ πατρὶ μηδέν, ἢ τὸ ἐναντίον τούτου, μήδ' ἑτέρῳ ἐοικέναι μηδέν· ἀλλ' ἀμφοτέροισιν, ἀνάγκη τις ἐστὶν ἐοικέναι τινί. εἴπερ ἀπ' ἀμφοτέρων τῶν σωμάτων, τὸ σπέρμα χωρέει ἐς τὸ τέκνον. ὁκότερος δ' ἂν πλέον ξυμβάλληται ἐς τὸ ἐοικέναι καὶ ἀπὸ πλεόνων χωρίων τοῦ σώματος, κείνῳ τὰ πλείονα ἔοικε. καὶ ἔστιν ὅτε θυγάτηρ γινομένη, τὰ πλείονα ἔοικε κάλλιον τῷ πατρὶ, ἢ τῇ μητρί. καὶ κοῦρος γινόμενος. ἔστιν ὅτε κάλλιον ἔοικε τῇ μητρὶ, ἢ τῷ πατρί. καὶ ταῦτά μοι καὶ τοιαῦτά ἐστιν ἴσθμια τῷ προτέρῳ λόγῳ, ὅτι ἔνεστι καὶ ἐν τῇ γυναικὶ καὶ ἐν τῷ ἀνδρὶ, καὶ κουρογονίη, καὶ θηλυγονίη. γίνεται δὲ καὶ τόδε. ἔστιν ὅτε τὰ τέκνα λεπτὰ καὶ ἀσθενέα γίνεται, ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς παχέων τε καὶ ἰσχυρῶν ἐόντων. κἢν μὲν πολλῶν ἤδη γινομένων τῶν παιδίων τοιοῦτο γένηται, δῆλον ὅτι ἐν τῇσι μήτρῃσιν ἐνόσησε τὸ ἔμβρυον, καὶ ἀπὸ τῆς μητρὸς, ἢ τῆς αὔξης αὐτοῦ ἔξω παρῄει, τῶν μητρέων χασκουσέων μᾶλλον, καὶ διὰ τοῦτο ἀσθενὲς ἐγένετο. νοσέει δὲ τῶν ζώων ἕκαστον, κατὰ τὴν ἰσχὺν ἑωυτοῦ. ἢν δὲ πάντα τὰ γινόμενα παιδία ἀσθενέα εἴη, αἱ μῆτραι αἴτιαι εἰσὶ, στενώτεραι ἐοῦσαι τοῦ καιροῦ. ἢν γὰρ μὴ ἔχῃ εὐρυχωρίην, ἔνθα τὸ ἔμβρυον τραφείη, ἀνάγκη ἐστὶν τὸ ἔμβρυον αὐτὸ λεπτὸν γίνεσθαι, ἅτε οὐκ ἔχον τῇ αὔξῃ εὐρυχωρίην· ἢν δὲ ἔχῃ εὐρυχωρίην, καὶ μὴ νοσήσῃ, ἐπιεικὲς ἐστὶ, μεγάλων τοκέων μέγα τέκνον γίνεσθαι. ἔχει δὲ οὕτως, ὥσπερ εἴ τις σίκυον ἤδη ἀπηνθηκότα, ἐόντα δὲ νεογνὸν, καὶ προσεόντα τῷ σικυηλάτῳ, θείη ἐς ἀρυστῆρα, ἔσται ἴσος τοῦ ἀρυστῆρος τῷ κοίλῳ καὶ ὅμοιος. ἢν δὲ τις εἰς ἄγγος θῇ μέγα, ὅτι καὶ ἐπιεικές ἐστι σίκυον χαδεῖν, ἀλλὰ μὴ πολλῷ κάρτα μεῖζον τῆς φύσιος τοῦ σικύου, ἴσος ἔσται ὁ σίκυος τοῦ ἄγγεος τῷ κοίλῳ, καὶ ὅμοιος· ἐρίζει γὰρ ἐν τῇ αὔξῃ τῷ κοίλῳ τοῦ ἄγγεος. σχεδὸν δὲ καὶ πάντα τὰ φυόμενα οὕτως ἔχει, ὅκως ἄν τις καταναγκάσῃ αὐτά· οὕτω δὴ ἔχει καὶ τῷ παιδίῳ, ἢν μὲν εὐρυχωρίη οἱ ᾖ ἐν τῇ αὔξῃ, μεῖζον γίνεται. ἢν δὲ στενοχωρίη, ἔλασσον.

A

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛʹ.

Διότι καὶ ὁκόθεν πεπηρωμένα, καὶ ἐκ πεπηρωμένων ἀνθρώπων ὑγιέα, καὶ πεπηρωμένα τίκτεται τὰ παιδία;

ΤΟ δὲ πηρωθὲν ἐν τῇσι μήτρῃσι παιδίον, φημὶ αὐτὸ, ἢ φλασθὲν πηρωθῆναι, τῆς μητρὸς πληγείσης κατὰ τὸ ἔμβρυον, ἢ πεσούσης, ἢ ἄλλου τινὸς βιαίου παθήματος προσγενομένου τῇ μητρί. ἢν δὲ φλασθῇ, ταύτῃ πηροῦται τὸ παιδίον. ἢν δὲ μᾶλλον φλασθῇ τὸ ἔμβρυον, τοῦ ὑμένος ῥαγέντος τοῦ περιέχοντος αὐτὸ, φθείρεται τὸ ἔμβρυον· ἢ ἑτέρῳ τρόπῳ τοιῷδε πηροῦται τὰ παιδία, ἐπὴν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατὰ τὸ χωρίον καθότι καὶ ἐπηρώθη στενὸν ᾖ, ἀνάγκη ἐν στενῷ κινευμένου τοῦ σώματος, πηροῦσθαι κατ' ἐκεῖνο τὸ χωρίον, ὥσπερ καὶ τῶν δένδρων ὅσα ἐν τῇ γῇ ἐόντα, μὴ ἔχει εὐρυχωρίην, ἀλλ' ὑπὸ λίθου ἢ ὑπό τινος ἄλλου ἀποληφθῇ, ἀνατέλλον σκολιὸν γίγνεται. ἢ τῇ μὲν παχὺ, τῇ δὲ λεπτόν. οὕτω δὴ ἔχει καὶ τῷ παιδίῳ γίνεσθαι, ἢν ἐν τῇσι μήτρῃσι κατά τι τοῦ σώματος, στενότερον εἴη ἕτερον τοῦ ἑτέρου. ὅτι καὶ ἐκ πεπηρωμένων ἀνθρώπων, ὑγιέα τίκτονται τὰ παιδία, ὡς ἐπὶ πλεῖστον συμβαίνει. ἔχει γὰρ τὸν ἀριθμὸν πάντα τὸ πεπηρωμένον τῷ ὑγιεῖ, ἐπὴν δέ τι οἱ νόσημα προσπέσῃ, καὶ τοῦ ὑγροῦ αὐτοῦ, ἀφ' οὗ σπέρμα γίνεται, τέσσαρες ἰδέαι ἐοῦσαι. ὁκόσαι ἐν φύσει ὑπῆρξαν, τὴν γονὴν οὐχ ὅλην παρέχουσιν. ἀσθενέστερον δὲ τὸ κατὰ τὸ πεπηρωμένον. οὐ θαῦμα δέ μοι δοκεῖ, καὶ πηρωθῆναι. καθάπερ ὁ τοκεύς. ταῦτα δέ μοι εἰς τοῦτο εἰρέαται. ἀναβήσομαι δ' αὖθις ὀπίσω, εἰς τὸν λόγον ὃν ἔλεγον.

CAPVT VI.

Cur & vnde mutilati, & ex mutilatis hominibus sani & integri, etiam mutilati liberi nascuntur?

AT verò mutilatũ in vtero puerum censeo aut collisum mutilari matris circa fœtũ percussæ ictu, vel lapsu, vel alio quodam violento affectu matri oborto. Quâ verò parte colliditur, eâ mutilatur puer. Si verò vehementiùs collidatur fœtus, ruptâ eâ quæ eum complectitur membrana, fœtus abortiuus perit. Quin & alia huiuscemodi causa mutilantur pueri, quum vteri regio, quâ parte mutilati sunt, angusta fuerit; necesse est corpus quod angusto in loco mouetur, illic mutilum fieri. Quemadmodum etiam arbores quæcunque in terra sunt, neque satis amplum spatium habent, sed à lapide, vel aliâ quapiam re coguntur, quum exoriuntur, tortuosæ euadunt, aut parte vna crassæ, altera tenues: sic certè in puero fieri contingit, si in vtero parti cuidam corporis spatium alterum altero angustius fuerit. Quod autem ex mutilatis hominibus sani & *integri* pueri nascantur, vt plurimum accidit: habet enim mutilatum numero omnia, perinde ac sanum. Verùm vbi ipsi *parenti* aliquis morbus acciderit, & humidi ipsius, ex quo semen oritur, species quatuor quæ natura insunt genituram non vniuersam exhibeant, sed imbecilliorem ad mutilatam partem, haud mirum mihi videtur, si vt parens *ita & fœtus* mutiletur. Ac hæc mihi ea de re dicta sunt. Rursus autem ad eam quã disserere proposui, quæstionẽ postea reuertar.

B

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΠΕΡΜΑΤΟΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

GALENI DE SEMINE LIBER PRIMVS.

ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΤΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ ΠΡΩΤΟΥ.

Τὴν τοῦ σπέρματος οὐσίαν τε καὶ τὴν φύσιν διδάσκει· καὶ τίνα τρόπον, καὶ διὰ τῶν ὀργάνων τοῦτο εὐάρμοστον ὡς τὸ ζῶον διαπλάττεσθαι.

ARGVMENTVM PRIMI LIBRI.

Docet substantiam, & naturam seminis, & quo pacto, & quibus instrumentis id aptum sit ad animal formandum.

CAPVT PRIMVM.

Hippocratis & Aristotelis dissensio in facultate seminis dijudicanda.

QVIS vsus, & quæ facultas est seminis? Num duorum principiorum materialis & efficientis rationem habet, quemadmodum Hippocrates arbitratus est? an alterius tantùm, efficientis, vt autumat Aristoteles, qui principium quidem motus ab ipso manare in menstruum existimat, non tamen ex eo animal formari concedit? Æquum igitur est tantorum virorum dissensionem considerare ac dijudicare, *eámque* non probabilibus rationibus, quibus plurimi tum Medici, tum Philosophi delectantur, committere, sed & ex euidentibus, & per euidentia demonstrare. Quum autem ab experientia singulorum quæ in quæstionem cadunt, etiam Aristoteli videantur sumendæ esse ad demonstrationem sumptiones, id primùm accuratè perpendamus, vtrũ concepturis intùs maneat semen, an etiam simul excernatur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

Ἱπποκράτους τε καὶ Ἀριστοτέλους διαφωνία ἐν τῷ διακρίνειν τὴν τοῦ σπέρματος δύναμιν.

ΤΙΣ ἡ χρεία, καὶ τίς ἡ δύναμίς ἐστι τοῦ σπέρματος; ἆρά γε λόγον ἔχει δυοῖν ἀρχῶν, ὑλικῆς τε καὶ δραστικῆς, ὡς Ἱπποκράτης ὑπελάμβανεν; ἢ τῆς ἑτέρας μόνης, τῆς ποιητικῆς, ὡς Ἀριστοτέλης οἴεται, ἀρχὴν μὲν κινήσεως ὑπ' αὐτοῦ γίνεσθαι τῷ καταμηνίῳ νομίζων, οὐ μὴν ἐξ αὐτοῦ διαπλάττεσθαι τὸ ζῶον συγχωρῶν; ἄξιον οὖν ἐπισκέψασθαι, καὶ διακρῖναι τηλικούτων ἀνδρῶν διαφωνίαν, οὐ πιθανοῖς ἐπιτρέψαντες λόγοις, οἷς οἱ πλεῖστοι τῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων χαίρουσιν, ἀλλ' ἐξ ἐναργῶν τε, καὶ δι' ἐναργῶν ἀποδεικνύντες. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῆς περὶ ἑκάστου τῶν ζητουμένων ἐμπειρίας, οἴεται χρῆναι καὶ Ἀριστοτέλης εἰς τὰς ἀποδείξεις λαμβάνεσθαι τὰ λήμματα, πρῶτον τοῦτο ἐπισκεψώμεθα ἀκριβῶς, πότερον ἔνδον μένει τὸ σπέρμα ταῖς μελλούσαις κυΐσκειν, ἢ καὶ συνεκκρίνεται.

CAPVT II.

Triplici ratione demonstrat vterum in se viri semen attrahere, amplecti, ac continere si conceptura sit mulier.

TRIPLICEM autem obseruationem facere licet; *Priorem* quidem euidentissimam, quam ego ac multoties feci, quum equos, canes, asinos, vaccas, capras, & oues obseruaui; an aliquando post coitum semen retineant, vel semper excernant. Quamprimum itaque mihi ac per initia ab eiusmodi rerum peritis diuulgatum est,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

Τριπλῇ ἐπισκέψει ἀποδεικνύει τὴν μήτραν πρὸς ἑαυτὴν τὸ τοῦ ἀνδρὸς σπέρμα ἕλκειν, καὶ περιπτυσσομένην κατέχειν, εἰ μέλλοι κυΐσκειν ἡ γυνή.

ΤΡΙΤΗΝ δ' ἔξεστι ποιήσασθαι τὴν ἐπίσκεψιν, ἐναργεστάτην μὲν, ἣν πολλάκις κἀγὼ ἐποιησάμην, ἵππους τε, καὶ κύνας, καὶ ὄνους, καὶ βοῦς, αἶγάς τε εἰ πρόβατα παραφυλάξας, εἰ κατέχει σπέρμα ποτὲ, μετὰ τὴν ὀχείαν, ἢ ἐκκρίνει διὰ παντός. εὐθέως μὲν οὖν μοι καὶ κατὰ τὰς ἀρχὰς παρὰ τῶν τὰ τοιαῦτα εἰδέναι ἐλέχθη,

φασκόντων ἀκριβῶς τετηρηκέναι, τηνικαῦτα κατέχεσθαι τὸ σπέρμα τοῖς θήλεσι ζώοις, ὅταν κυΐσκειν μέλλοιεν, ἀλλ' εἴ τις καταγνῷ τό μου τόδε, ὁμολογῶ τὸ πάθος τοὐμόν, ὃ παρ' ὅλον ἐμαυτοῦ τὸν βίον ἔπαθον, οὐδενὶ πιστεύσας τῶν διηγουμένων τὰ τοιαῦτα, πρὶν πειραθῆναι καὶ αὐτὸς, ὧν δυνατὸν ἦν εἰς πεῖραν ἐλθεῖν με. οὔκουν οὐδὲ περὶ τούτου τοῖς αὐτόπταις φάσκουσι γεγονέναι πολλάκις ὧν διηγοῦνται, πιστεύειν ἔμελλον μόνοις, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα συμφωνοῦντας ἑώρων αὐτοὺς, ἀλλὰ τῇ συνήθει χρώμενος ἀπιστίᾳ, διττὴν ἐποιησάμην τὴν βάσανον, ἑτέραν μὲν ἐπὶ τοῖς ἐκκρίνουσι τὸ σπέρμα ζώοις, ἑτέραν δὲ, ἐπὶ τοῖς κατέχουσιν. οὔτ' οὖν τῶν ἐκκρινόντων εἰ ἐκύησέ τι, καὶ πάντα ἐκύησε τὰ κατασχόντα. δι' ἑτέραν δὲ νῦν ὁδὸν εἰς τὰς γυναῖκας ἰέναι ἔγνων, πυνθανόμενος ὅσαι μάλιστα ἐδόκουν ἑαυτὰς παρακολουθεῖν, εἰ ὁμοίως φαίνοιτο ἐπ' αὐτῶν γινόμενον, ὡς ἐπὶ τῶν ζώων τῶν ἀλόγων, ἐμαυτὸν ἐπιτιμῶν ἐν τῷδε. τί γὰρ οὐ χρὴ τἀληθῆ λέγειν; εἰ νομίζοιμι διαφοράν τινα εἶναι κυήσεως ἐν ἀλόγῳ τε, καὶ λογικῷ ζώῳ, γνῶναι δ' ὅμως βουλόμενος εἰ παρακολουθοῦσι τῷ γινομένῳ. πλέον οὖν ἐλπίδος ἐξεῦρον, ὡς μὴ μεταγνῶναι τῆς πολυπραγμοσύνης. κινήσεως γάρ τινος ἔφασαν αἰσθάνεσθαι κατὰ τὴν μήτραν, οἷον σπωμένης τε καὶ κατὰ βραχὺ συνιούσης εἰς ἑαυτὴν, ἐπειδὰν συλλαμβάνωσι τὸ σπέρμα, καί μοι καὶ αὐτὸ τοῦτο συλλαμβάνειν τὸ σπέρμα, ἔτι τε πρὸς αὐτὸ τοὔνομα τοῦτο ἡ σύλληψις ἐντεῦθεν, ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἐδόκει τεθεῖσθαι. τρίτην οὖν ὁδὸν ἔτι προσελθεῖν ἐδικαίωσα, ὅλα τὰ συγγράμματα ἀναγινώσκων ἁπάντων τῶν τὰ τοιαῦτα συγγραψάντων ἰατρῶν. εὕρισκον δὲ κἀκείνους λέγοντας, ἔνδον μένειν τὴν γονὴν τοῦ ἀνδρὸς, εἰ μέλλοι κυΐσκειν ἡ γυνή. τινὲς δὲ αὐτῶν, ὅσοι γε ἐπιμελέστεροι, καὶ τὴν τῶν ὑστερῶν κίνησιν ἐγεγράφεισαν, εὐθέως προστιθέντες, ὅτι καὶ περιστέλλονται τῷ σπέρματι, καὶ πανταχόθεν αὐτὸ περιλαμβάνουσι. τοῦτ' οὖν ἔγνων πάλιν χρῆναι βασανίσαι ταῖς ἀνατομαῖς, καὶ πολλὰ λαμβάνων ἐφεξῆς ἀνέτεμον ἐγκύμονα ζῶα. πάντων οὖν ἐφαίνοντο τοῖς ἐμβρύοις αἱ μῆτραι περιεσταλμέναι διὰ παντὸς, εἴτε μεῖζον, εἴτ' ἔλαττον, εἴτε καὶ παντάπασιν ἦν μικρόν. ἐοίκασι γὰρ οὕτως, ὥσπερ ὁ Πλάτων εἶπεν, αἱ μῆτραί τε καὶ ὑστέραι λεγόμεναι, καθάπερ τι ζῶον παιδοποιΐας ἐπιθυμητικὸν ὑπάρχειν, καὶ διὰ τοῦτο, ἕλκειν τε πρὸς ἑαυτὰς τὸ σπέρμα, καὶ περιστελλομένας κατέχειν, ὡς που καὶ αὐτὸ τοῦτο προφανῶς αὐτοῖς τοῖς ἀνδράσι πολλάκις ὑπῆρξεν αἰσθέσθαι, δίκην σικύας ἰατρικῆς εἴσω τὸ αἰδοῖον ἐπισπωμένων αὐτῶν. γίνεται δὲ μάλιστα τὸ τοιοῦτο, ἄρτι πεπαυμένων τῶν καταμηνίων, ἡνίκα μάλιστα συλλαμβάνουσιν αἱ μῆτραι τὴν γονήν.

qui asserebant se diligenter obseruasse, tum semen à fœminis animantibus contineri quum concepturæ sunt. At meam affectionem, qua toto vitæ meæ cursu affectus sum, si ea mihi arguatur, fateor, eorum talia narrantium nemini me fidem adhibuisse, priusquam quæ mihi in experientiam venire poterant, ea fuissem expertus. Quocirca neque oculatis huius rei testibus facta multoties esse quæ ipsi narrant asseuerantibus solis crediturus eram, etsi maximè consentientes eos conspiciebam: sed consueta vsus incredulitate duplex feci experimentum, alterum quidem in animalibus semen excernentibus, alterum verò in retinentibus. Itaque neque eorum quæ excernunt aliquod vnquam concepit, & omnia conceperunt, quæ retinuerunt. Alteram verò viam mulieres adeundo nouimus, ab eis sciscitantes quæ maximè seipsas obseruare videbantur, an peræque in ipsis ac in brutis animantibus fieri appareat, me ipsum in ea re increpans (cur enim vera dicere non oportet?) Si arbitrarer quandam esse conceptionis & in bruto & rationali animali differentiam, nosse tamen volens an quod fit assequerentur, spe sanè ampliùs comperi, adeo vt minimè pœnituerit me curiositatis. Motum enim quemdam se in vtero sentire dixerunt, veluti qui conuellat, & in se paulatim contrahat, simul atque semen concipiant, atque id ipsum *verbum* concipere semen, ac etiamnum ab eo deductum hoc nomen, conceptio, inde à mulieribus imposita esse videbantur. Tertiam igitur *obseruationis* viam etiamnum percurrere æquum duxi, omnes omnium qui res eiusmodi conscripserunt Medicorum libros perlegens. Atque illos inueni asserentes viri semen intus manere, si conceptura sit mulier. Quidam verò ex ipsis etiam accuratiores vterorum motum scripserunt, statim apponentes quod & obuoluantur semini, & vndequaque ipsum amplectantur. Hoc itaque statui rursum experiri oportere dissectionibus, ac multa deinceps cepi prægnantia animalia quæ dissecui. Omnium igitur vteri conceptos fœtus semper complexi apparebant, siue maior, siue minor, siue omnino pusillus existeret. Sic enim videntur (quemadmodum ait Plato) matrices, qui & vteri appellantur, veluti quoddam animal prolis suscipiendæ cupidum esse, proindéque ad se semen attrahere, amplecti, & continere, quemadmodum & id ipsum apertè ipsos viros multoties sensisse contigit quum ipsi *vteri* cucurbitulæ Medicæ instar intrò in pudendum attrahunt. Id verò potissimùm fit, quum menstrua nouissimè cessarunt, quo maximè tempore vteri semen concipiunt.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

Ἐν τῇ κυήσει τὴν γονὴν οὐκ ἐκκρίνεσθαι, ἀλλὰ κατέχεσθαί τε, καὶ τὸ τοῦ κυϊσκομένου μέρος γίνεσθαι.

Ταῦτα μὲν οὖν εἴρηταί μοι διά τινας τῶν νῦν φιλοσόφων, ὡς αὐτοὶ καλοῦσι σφᾶς αὐτοὺς Ἀριστοτελικούς τε, καὶ Περιπατητικούς. οὐ γὰρ δὴ ἔγωγ' ἂν προσαγορεύσαιμι οὕτω τοὺς ἄνδρας, ἀγνοοῦντας εἰς τοσοῦτο τὴν Ἀριστοτέλους γνώμην, ὡς νομίζειν ἀρέσκειν αὐτῷ, τὸ τοῦ ἄρρενος σπέρμα, τὸ καταβαλλόμενον εἰς τὰς μήτρας τοῦ θήλεος ἀρχὴν μὲν κινήσεως ἐντιθέναι τῷ καταμηνίῳ, μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκρίνεσθαι, μηδὲν μέρος γινόμενον τῆς σωματικῆς οὐσίας τῶν κυϊσκομένων. ἢ πά-

CAPVT III.

In conceptione semen non excerni, sed retineri, partémque fœtus fieri.

Atque hæc quidem à me dicta sunt propter quosdam huiusce temporis Philosophos, quòd hi seipsos vocent & Aristotelicos & Peripateticos, neque enim ego ita compellarim hos viros adeo sententiæ Aristotelis ignorantes, vt putent, ipsi placere, masculi semen in vterum fœminæ coniectum, principium quidem motus menstruo imponere, & postea excerni, neque aliquam partem corporeæ substantiæ fœtus fieri. De-

cepti autem sunt ex primo de animalium generatione libro, quem solùm ex quinque legisse videntur scripta enim sunt in eo hæc: *Quemadmodum enim diximus, generationis principia pariter quis statuerit fœminam & marem. Marem quidem, vt qui motus & generationis principium habet*, fœminam verò, vt quæ materiæ. Atque hæc quidem non longè pòst principium sunt, inferiùs autem paulò in eodem libro ampliùs & hæc scribit. *Sed contingit, quemadmodum rationi consentaneum est, postquam mas quidem formam exhibet & principium motus; fœmina verò corpus & materiam. velut in lactis coagulatione, corpus quidem lac est, succus vero aut coagulum principium habet coagmentans.* Ex his verbis commoti aliqui, principium motus semen menstruo exhibere putant, & rursus excerni. Quidam verò non hoc dicere ipsum aiunt, quod nos omnes qui physici appellamur putabamus, sed quòd fœmina materiam solam fœtui concipiendo confert, mas verò tum hanc, tum etiam formam. Quare quispiam ex eis vehementer nos deriserit, si putaremus rursus excerni semen à fœmina extrorsum, aut intùs manens in nihil resolui. hoc enim sequi aiunt, si putaremus corpoream substantiam non confundi ac permisceri materiæ fœtus. Communem igitur vtrisque demonstrabimus sermonem ex secundo de animalium generatione, hunc videlicet. *His consequens est dubitare ac dicere, Si nulla pars immissæ in fœminam genituræ nascendum fœtum ingreditur, quò vertitur corporeum ipsius, siquidem per facultatem quæ in ipso est operatur.* Deinde consequenter de anima & mente distinctionem faciens, iuxta finem eius dictionis hæc scribit. *Caterùm genituræ corpus, in quo simul abscedit semen principij animalis, partim quidem separabile existens à corpore, quibuscunque diuinum est implexum, tale autem est quæ mens appellatur, partim verò inseparabile: ipsum semen genituræ dissoluitur & inflatur, naturam habens humidam & aquosam. Quare non oportet quærere an ipsum semper foràs exeat, neque vlla pars formæ quæ constituitur existat. quemadmodum neque de succo quærimus qui lac coagulat. nam & hic transmutat, & nulla pars est molis quæ coagmentatur.* Hic sermo vtrosque redarguit, vt qui non assequantur Aristotelis sententiam, tum eos qui putant semper foràs excerni genituram, tum qui partem fieri fœtus. Secundos verò priuatim redarguit is sermo, qui in primo deinceps ad præscriptum habetur, cuius principium hoc est. *Sed contingit quemadmodum rationi consentaneum est, postquam quidem mas formam exhibet & principium motus, fœmina verò corpus & materiam.* In sequentibus enim omnibus demonstrat quòd velut ex ligno & fabro fit mensa, ex cera autem & forma, pila: eodem modo ex menstruo, & motiuo ex viro principio constituitur fœtus. Quapropter neque excernere aliqua animalia genituram inquit, sed distribuere tantùm in fœminam animalem caliditatem, esséque talia quædam ex insectis, ita vt fœmina quidem articulum in marem demittat, atque vbi per multum tempus commoretur, in complexu corpus quidem accipiat nullum, solam verò facultatem formantem, speciémque formæ ipsi exhibentem.

τίθεται δὲ ἐκ τοῦ πρώτου τοῦ περὶ τῆς ζώων γενέσεως, ὃ μόνον δοκοῦσιν ἀνεγνωκέναι τῶν πέντε. γέγραπται γὰρ ἐν αὐτῷ τάδε. καθάπερ γὰρ εἴπομεν τῆς γενέσεως ἀρχὰς ἄν τις οὐχ ἥκιστα θείη, τὸ θῆλυ καὶ τὸ ἄρρεν. τὸ μὲν οὖν ἄρρεν, ὡς τῆς κινήσεως, καὶ τῆς γενέσεως ἔχον τὴν ἀρχήν, τὸ δὲ θῆλυ, ὡς τῆς ὕλης. ταῦτα μὲν οὖν οὐ πολὺ μετὰ τὴν ἀρχήν. ἐν δὲ τοῖς κατωτέρω τοῦ συγγράμματος, ἔτι καὶ τάδε γράφει. ἀλλὰ συμβαίνει, ὥσπερ εὔλογον, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἄρρεν παρέχεται τό τε εἶδος καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, τὸ δὲ θῆλυ, τὸ σῶμα καὶ τὴν ὕλην, οἷον ἐν τῇ τοῦ γάλακτος πήξει, τὸ μὲν σῶμα, τὸ γάλα ἐστίν, ὁ δὲ ὀπὸς ἢ ἡ πιτύα, τὸ τὴν ἀρχὴν ἔχον τὴν συνιστῶσαν. ἐκ τούτων ὁρμώμενοι τῶν ῥήσεων, ἔνιοι μὲν οἴονται, τῷ καταμηνίῳ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως παρέχειν τὸ σπέρμα, καὶ πάλιν αὖτ' ἐκκρίνεσθαι. τινὲς δὲ, οὐ τοῦτό φασι λέγειν αὐτόν, ὅπερ ἡμεῖς ἅπαντες οἱ κατὰ φύσιν ἀκούοντες, ἐδοκοῦμεν. ἀλλ' ὅτι τὸ μὲν θῆλυ τὴν ὕλην μόνην τῷ κυηθησομένῳ συμβάλλεται, τὸ δ' ἄρρεν, καὶ ταύτην μὲν, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶδος· ὥστε τις αὐτῶν σφόδρα ἡμῶν κατεγέλασεν, εἰ νομίζοιμεν πάλιν αὖτ' ἐκκρίνεσθαι τὸ σπέρμα παρὰ τοῦ θήλεος εἰς τοὐκτός, ἢ μένον ἔνδον, εἰς τὸ μηδὲν ἀναλύεσθαι. τοῦτο γὰρ ἕπεσθαί φασιν, εἰ νομίζοιμεν τὴν σωματικὴν οὐσίαν μὴ κεράννυσθαί τε, καὶ ἀναμίγνυσθαι τῇ τοῦ κυήματος ὕλῃ. κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοτέροισι ἐπιδείξομεν ἐκ τοῦ δευτέρου περὶ τῆς τῶν ζώων γενέσεως τήνδε τὴν ῥῆσιν. τούτων δ' ἐχόμενόν ἐστι, καὶ ἀπορῆσαι, καὶ εἰπεῖν, εἰ τῆς προϊεμένης εἰς τὸ θῆλυ γονῆς, μηδὲν μόριόν ἐστι τὸ εἰσελθὸν τοῦ γινομένου κυήματος, ποῦ τρέπεται τὸ σωματῶδες αὐτοῦ, εἴπερ ἐργάζεται τῇ δυνάμει τῇ ἐνούσῃ ἐν αὐτῷ· εἶτ' ἐφεξῆς διορισάμενος περὶ ψυχῆς, καὶ νοῦ, κατὰ τὸ τέλος τῆς ῥήσεως τάδε γράφει. τὸ δὲ τῆς γονῆς σῶμα, ἐν ᾧ συναπέρχεται τὸ σπέρμα τῆς ψυχικῆς ἀρχῆς, τὸ μὲν χωριστὸν ὂν σώματος, ὅσοις ἐμπεριλαμβάνεται τὸ θεῖον, τοιοῦτο δέ ἐστιν ὁ καλούμενος νοῦς. τὸ δὲ ἀχώριστον, τὸ σπέρμα τῆς γονῆς διαλύεται, καὶ πνευματοῦται, φύσιν ἔχον ὑγρὰν, καὶ ὑδατώδη. διόπερ οὐ δεῖ ζητεῖν ἀεὶ θύραζε αὐτὸ ἐξιέναι, οὐδὲ μόριον εἶναι οὐδὲν τῆς συστάσης μορφῆς, ὥσπερ οὐδὲ τὸν ὀπὸν τὸν τὸ γάλα συνιστῶντα. καὶ γὰρ καὶ οὗτος μεταβάλλει, καὶ μόριον οὐδέν ἐστι τῶν συνισταμένων ὄγκων. αὕτη μὲν ἡ ῥῆσις ἀμφοτέρους διεξελέγχει μὴ γινώσκοντας τὴν Ἀριστοτέλους δόξαν, ὅσοι τε νομίζουσιν ἐκκρίνεσθαι διὰ παντὸς, ἔξω τὴν γονήν, ὅσοι τε μόριον οὐ γίνεσθαι τοῦ κυουμένου. τοὺς δὲ δευτέρους αὐτῶν ἰδίᾳ καὶ ἡ κατὰ τὸ πρῶτον ἐφεξῆς τῇ προγεγραμμένῃ, καθ' ἣν ἄρχεται τόνδε τὸν τρόπον. ἀλλὰ συμβαίνει ὥσπερ εὔλογον, ἐπειδὴ τὸ μὲν ἄρρεν παρέχεται τὸ εἶδος, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, τὸ δὲ θῆλυ, τὸ σῶμα καὶ τὴν ὕλην. ἐν γὰρ τοῖς ἑξῆς ἅπασιν, ἐπιδείκνυσιν, ὅτι ὥσπερ ἐκ μὲν τοῦ ξύλου καὶ τοῦ τέκτονος, ἡ κλίνη γίνεται, τοῦ κηροῦ δὲ καὶ τοῦ εἴδους, ἡ σφαῖρα, τὸν αὐτὸν τρόπον ἔκ τε τοῦ καταμηνίου, καὶ τῆς παρὰ τοῦ ἄρρενος κινητικῆς ἀρχῆς, συνίσταται τὸ κύημα. διόπερ φησὶν, οὐδ' ἀποκρίνειν ἔνια τῶν ζώων γονήν, ἀλλὰ μεταδιδόναι μόνον τῷ θήλει θερμότητος ψυχικῆς, καὶ εἶναι τοιαῦτα τῶν ἐντόμων ἔνια, καθιέντος μὲν εἰς τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος τὸ ἄρθρον, ἐπὶ πλείονα δὲ χρόνον ὁμιλοῦντος αὐτῷ, καὶ λαμβάνοντος ἐν τῇ συμπλοκῇ, σῶμα μὲν οὐδὲν, μόνην δὲ τὴν δύναμιν τὴν μορφοῦσαν καὶ εἰδοποιοῦσαν τὴν μορφήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Ἐπὶ τὸν Ἀριστοτέλη διαλύεσθαι, καὶ πνευματοῦσθαι φάσκοντα τὴν γονὴν ἐν ταῖς μήτραις.

Καταλιπόντες οὖν ἤδη, τοὺς ἄχρι μὲν ὀνόματος Ἀριστοτελικούς, ἔργῳ δ' εἰς τοσοῦτο ἀπολιπομένους, ὡς μὴ δὲ ἃ κατὰ τὸ πρῶτον, ἢ τὸ δεύτερον ἔγραψε περὶ ζώων γενέσεως ἐπίστασθαι, πάλιν ἐπ' αὐτὸν ἀφικώμεθα τὸν Ἀριστοτέλη, διαλύεσθαι καὶ πνευματοῦσθαι φάσκοντα τὴν γονὴν ἐν ταῖς μήτραις. εἰ γὰρ οὕτως αὐτὴν ὑποληψόμεθά που πνευματοῦσθαι, καθάπερ ἴσμεν εἰς πνεῦμα μεταβάλλον ὑγρὸν ἐπὶ τοῦ γλεύκους, ἐξ ἐλαχίστης κατὰ τὸν ὄγκον ὑγρᾶς οὐσίας, πλεῖστος ἀέρος ὄγκος συστήσεται. φαίνεται δὲ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν ἀνέμων, ὅσοι ποταμῶν ἀποπνέουσιν, ἢ λιμνῶν, ἢ τῆς θαλάττης, οἷοι οἵ τ' ἐγκόλπιοι προσαγορευόμενοι, καὶ οἱ πελάγιοι. μέγιστοι γὰρ ἐνίοτε πνέουσιν, ὡς ἂν πλείστης αὐτῶν γενομένης οὐσίας, ἐξ ἐλαχίστου κατὰ τὸν ὄγκον ὑγροῦ. καὶ μὲν δή, καὶ οἱ ἀπόγειοι καλούμενοι, τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐνδείκνυνται. διαλυομένης γὰρ ἀθροώτερον εἰς ἀέρα τῆς ἐν τῇ γῇ νοτίδος, οἱ τοιοῦτοι πνέουσιν ἄνεμοι. πῶς οὖν εἴπερ ἐπὶ τῆς πρώτης συλλήψεως ἡ γονὴ πνευματοῦται, σμικρότεραί τε, καὶ ἀφυσώτεραι κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν αἱ μῆτραι φαίνονται, περιεσταλμέναι πανταχόθεν ἀκριβῶς τῷ κυήματι; ἐχρῆν γὰρ δήπου καὶ ταύτας, ὡς καὶ τὴν γαστέρα πνευματωθεῖσαν ὁρῶμεν, ἐπὶ πλεῖστον ὀγκουμένην τε, καὶ διατεινομένην, καὶ αὐτὰς εἰς μέγεθος αἴρεσθαι, καὶ ὀδυνᾶσθαι διατεινομένας. οὐ μὴν φαίνεταί γε ἐνταῦθα οὕτως γινόμενον. προσεσταλμέναι γάρ εἰσι, καὶ ἀνώδυνοι. καὶ εἰ ἀνατέμνειν ἐθέλοι τις ἄρτι συνειληφὸς ζῷον, ἀκριβῶς τῇ γονῇ περικειμένας ὄψεται τὰς μήτρας. οὐ μὴν οὐδὲ ἐκκρινόμενον φαίνεται πνεῦμα κατὰ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον, ὥσπερ ἐπὶ τῆς γαστρὸς ἐμφυσηθείσης, ἐρυγαί τε, καὶ φῦσαι κάτω διερχόμεναι, κενοῦσί τε τοῦ πνεύματος αὐτήν, καὶ προστέλλουσι τὸν ὄγκον. οὐκοῦν ἔχομεν οὐδὲ βραχὺ πιθανὸν εἰπεῖν τοῦ πνευματοῦσθαι τὴν γονήν, οὐ φύσας ἔξω διὰ τοῦ τῶν μητρῶν αὐχένος, οὐκ ἐπίδηλον ὄγκον ἔνδον μένοντα, οὐ διάτασιν, ἢ ὀδύνην αἰσθητήν, τοῦ κύειν ἀρξαμένην συγχωρήσαντες. εἰ βούλει, καὶ τοῦτ' αὐτὸ πνευματοῦσθαί τε, καὶ δύνασθαι τὸ ὑγρὸν τῆς γονῆς ἐκπῖπτον, κατὰ βραχύ τε, καὶ λεληθότως, ἐπισκεψώμεθα λογικώτερον, ἀπ' αὐτῆς τοῦ πράγματος τῆς φύσεως ὁρμώμενοι. πότερον γὰρ ἐν αὐτῷ τῷ κύτει τῶν ὑστερῶν περιέχεται τὸ καταμήνιον, ἀθρόον τε προσπῖπτον τὸ σπέρμα, πλήττει τε, καὶ κινήσεων ἀρχὴν παρασχὸν αὖθις ἐκκρίνεται κατὰ τὸν αὐχένα τῶν μητρῶν, ἢ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ἐν ᾧ πλησιάζει τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι, διὰ τῶν καθηκόντων ἀγγείων. ἀπαντᾷ τῷ σπέρματι, γλιχόμενον ὑποδέξασθαι τὴν παρ' αὐτοῦ δύναμιν. ἀλλ' ἑκάτερον ἄτοπον. εἰ μὲν γὰρ ἐν ταῖς κοιλίαις τῶν μητρῶν, ἀθρόον ἐστὶν ἐκ πολλοῦ περιεχόμενον, οὐκ ἔτι οὐδὲ αἷμα τοῦτ' ἐστιν, ἀλλὰ θρόμβος. ὅ,τι γὰρ ἐκπέσοι τῶν ἀγγείων αἷμα, καθ' ὁποιοῦν ὄργανον κοῖλον ἐν τῷ ζῴῳ, παραχρῆμα θρόμβος γίνεται, ὥστε οὐκ ἐξ αἵματος, ἀλλ' ἐκ θρόμβου, τὸ ζῷον τῷ λόγῳ δημιουργήσομεν, οὐδεμίαν ἐξευρεῖν τινα πιθανὴν πρόφασιν ἔχοντες, ὅπως ἐκκριθήσεται μόνον τὸ σπέρμα. συνελθόντων γὰρ αὐτῶν ἅπαξ εἰς ταὐτὸ κατὰ τὴν ἐν ταῖς μήτραις εὐρυχωρείαν, οὐχ οἷόν τε, τὸ μὲν ἐκκρίνεσθαι, τὸ δὲ μένειν. εἰ δ' ἀπαντᾷ τῷ σπέρματι τὸ αἷμα, χρὴ δήπου τὴν ἀπάντησιν καὶ σύνοδον αὐτῶν, ἐπὶ τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων γίνεσθαι.

CAPVT IV.

Aduersus Aristotelem, qui in vtero semen dissolui, & in flatum verti existimat.

Relictis igitur iam nomine tantùm Aristotelicis, & vsque adeo ab opere alienis, vt neque quæ circa primum aut secundum de generatione animalium ab eo scripta sint, sciant. rursus ad ipsum Aristotelem progrediamur, qui dissolui & & inflari genituram in vtero dicit. Si enim ita eam inflari suspicabimur, quemadmodum scimus musti liquorem in flatum permutari: ex minima liquidæ substantiæ mole, plurima aëris moles constituetur. Apparet autem hoc etiam in ventis qui ex fluuiis expirant, aut stagnis, aut mari, quales sunt qui sinuales appellantur, & pelagij: maximi enim aliquando spirant, vtpote substantia ipsorum plurima reddita ex minima liquoris mole. quin & subterranei appellati hoc idem indicant dissoluta enim aceruatim in aërem humiditate quæ in terra est, huiusmodi venti spirant. Quomodo igitur si in prima conceptione genitura inflatur, minores & minus inflati iuxta illud tempus vteri apparent, nimirum vndequaque exactè fœtui obuoluti? Oportebat enim vtique, velut ventrem inflatum videmus in molem eleuari ac distendi: ita & hos in magnitudinem attolli, & dolore affici ob distentionem. atqui non apparet hoc ita contingere, sunt enim contracti & doloris expertes. & si quis resecare velit animal quod recens concepit, videbit vteros exactè genituræ obuolutos. neque verò excerni videtur iuxta pudendum muliebre ipse flatus, quemadmodum vbi venter inflatus est, tum ructus, tum flatus infra penetrantes, ipsum euacuant, & tumorem eius contrahunt. Itaque neque minimum habemus quod dicamus credibile facere genituram inflari, non flatus extra per vteri collum egredientes, non manifestum tumorem intùs manentem, non distentionem aut dolorem sensilem eius quæ fœtus gestare incipit. Concedentes autem (si ita vis) hunc ipsum genituræ humorem inflari & dissolui, atque excidere paulatim & latenter, perscrutabimur iuxta rationem ab ipsa rei natura progrediendo, vtrum in ipsa vteri amplitudine menstruum contineatur, & semen aceruatim allabens ipsum percutiat, atque exhibito motuum principio rursus excernatur iuxta vteri collum: aut eo tempore quo fœmina masculo coit, per vasa accommodata ad eam rem semini obuiam veniat, appetens suscipere eam quam ex eo assequitur facultatem. Verùm vtrumque absurdum est. Si enim in ventre vteri aceruatum ac multo tempore contentum est, non ampliùs vtique sanguis hoc fuerit, sed grumus: Quando enim exciderit ex vasis sanguis in quodcunque organum cauum in animali, statim fit grumus: quare non ex sanguine, sed ex grumo iuxta hanc rationem animal producemus, nullam etiam credibilem occasionem inuenire potentes, quomodo solum semen excernatur. Conuenientibus enim ipsis semel in idem iuxta vteri amplitudinem, non potest alterum excerni, alterum manere. Si verò obuiam venit semini sanguis, oportet sanè hunc occursum & congressum ipsorum, in osculis vasorum fieri. verùm si hoc ita habet,

vtrum in tot partes diuidi semen dicemus, quot sunt vasorum oscula, ita vt ad singula sua pars deueniat, aut cohærens sibi ipsi, permanere. Prius equidem cum seminis lentore non consentit, & altera quapiam substantia moderante opus habet, vtpote quæ & diuidat ipsum, & ad singula oscula deducat. Alterum verò longè conuenientius est seminis substantiæ, & tertia alia substantia non habet opus, præter vteri attractionem, & seminis eiectionem. Quemadmodum enim venter, vbi cibos concupiscit, cum fundo suo ad stomachum recurrit, ipsóque stomacho, velut manu quadam vtitur. Eodem modo vterus propter concupiscentiam qualitatis seminis obuiam venit, totus quidem accurrens ad pudendum, collo verò velut stomacho, ad similitudinem manus vtitur, intrudenti simul ipsum semen. Itaque si quando hic stomachus debilitetur, planè ad similitudinem stomachi ventris, semen attrahere non potest, atque id est, quod ab Hippocrate dictum est: *Non potest stomachus ipsius attrahere genituram.* Verùm de his rursus. Si verò etiam allabatur vasorum osculis semen, & rursus discedat ínque aërem resoluatur: quod erit principium fœtus? Primùm equidem causam inuenire oportet elapsus sanguinis semini appropinquantis ex singulis osculis vasorum, deinde alteram quæ totum in idem coaceruet. postea autem & causam membranæ totum hunc sanguinem forinsecus cooperientis. Hoc enim non ampliùs ex ratione tantũ, sed ex eo quod apparet necessitatem habet. Apparet enim nobis orbiculatim continens cõceptum, statim post primam conceptionem, siue plurium, siue paucissimorum sit dierum. Nam & trium & quatuor à principio dierum sæpe excidit mulieribus genitura in membrana contenta, quin & ex dissectione animalium id deprehendere licet. Videbis enim manifestè vterum quidem totum circũ semen contractum, membranam verò huic obuolutam. Præstat autem Hippocratem audire de his dicentẽ in libro de fœtus natura, erudiet enim nos speculationis certitudine, delectabítque temperando qualicunque dictione narrationem, quò nimirum vehementia huius sermonis paulisper remittetur, & quiescet cum vtilitate delectans, vt deinceps vegetiores redditi, alacriùs ad residuum sermonem contendamus. itaque iam Hippocratem ipsum audiemus. *Vt verò ego viderim genituram sex dierum existentem enarrabo. Mulieris nobis familiaris famula cantrix, magnæ æstimationis ex virorum consuetudine erat, quam non conueniebat in ventre concipere, vt ne minoris æstimationis redderetur. Audierat autem cantrix ipsa, qualia mulieres inter se dicunt, quòd quando mulier conceptura est in ventre, genitura non egreditur, sed intus manet, auditis autem his atque intellectis, hoc semper obseruauit, & quum quandoque sentiret genituram non exeuntem, dominæ exposuit. & sermo statim ad me peruenit. Ego verò quum audissem, iussi ipsam ad terram saltare, & postquam septies iam exilijsset, genitura defluxit in terram, & strepitus factus est, atque illa conspecta, ipsa admirata est. Qualis autem erat ego referam. velut si quis ouo crudo externam testam circumcirca adimat, in interna autem membrana inclusus liquor pelluceat.* Hæc quidem Hippocrates testatur de eo quòd intus maneat genitura & quòd membranam habeat. Apparet autem & in sectionibus animalium hæc membrana ex vtero pendẽs iuxta illas partes, iuxta quas sunt oscula vasorum, de cætero verò in totum illi quidem subtenta, non autem coalescens;

ἀλλ' εἰ τοῦτο ἔσται, πότερον εἰς τοσαῦτα μόρια τὸ σπέρμα διαχωρισθὲν, ὅσα πέρ ἐστι τὰ τῶν ἀγγείων στόματα, πρὸς ἕκαστον αὐτῶν φήσομεν, ἢ διαμένον ἑαυτῷ συνεχές; τὸ μὲν δὴ πρότερον, οὔτε τῇ γλισχρότητι τοῦ σπέρματος ὁμολογεῖ, καὶ δεῖταί τινος ἑτέρας αἰτίας ἐπιστατούσης, ἣ σχίσει τε αὐτὸ, καὶ πρὸς ἕκαστον ἀπάξει τῶν στομάτων. τὸ δ' ἕτερον, οἰκειότερόν ἐστι μακρῷ τῇ τοῦ σπέρματος οὐσίᾳ, καὶ τρίτης ἄλλης οὐσίας οὐ δεῖται, παρὰ τὴν ὁλκὴν τῶν ὑστερῶν, καὶ τὸν ἐξακοντισμὸν τῆς γονῆς. ὡς γὰρ ἡ γαστὴρ, ὅταν ἐπιθυμῇ σιτίων, ἀνατρέχει τῷ πυθμένι πρὸς τὸν στόμαχον, αὐτῷ δὲ τῷ στομάχῳ, καθάπερ χειρί τινι προσχρῆται, τὸν αὐτὸν τρόπον, ἡ μήτρα διὰ τὴν ἐπιθυμίαν τῆς τοῦ σπέρματος ποιότητος, ἀπαντᾷ μὲν σύμπασα περιτρέχουσα τῷ αἰδοίῳ, τῷ δ' οἷον αὐχένι τῷ στομάχῳ, καθάπερ τινὶ χειρὶ χρῆται συνεπωθοῦντι τὸ σπέρμα. καὶ τοίνυν, ὅταν ποτὲ ἀρρωστήσῃ ὁ στόμαχος οὗτος, ὁμοίως θατέρῳ στομάχῳ, τῷ τῆς γαστρὸς, ἕλκειν ἀδυνατεῖ τὸ σπέρμα. καὶ τοῦτό ἐστι τὸ πρὸς Ἱπποκράτους εἰρημένον, οὐ δύναται αὐτέης ὁ στόμαχος εἰρύσαι τὴν γονήν. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων αὖθις. εἰ δὲ καὶ προσαπτήσοι μὲν τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων τὸ σπέρμα, καὶ πάλιν ἀφίσταται λυόμενον εἰς τὸν ἀέρα, τίς ἔσται τοῦ κυήματος ἡ ἀρχή; πρῶτον μὲν γὰρ, τὴν αἰτίαν εὑρεῖν χρὴ τῆς εἰς τὰς μήτρας ἐκπτώσεως τοῦ καθ' ἕκαστον τῶν ἀγγείων στόματος τῷ σπέρματι πεπλησιακότος αἵματος, ἔπειτα δ' ἑτέραν τὴν εἰς ταὐτὸ ἀθροίζουσαν ἅπαν, ἔπειτα δὲ τοῦ σκεπάσοντος ἔξωθεν ὑμένος ἅπαν τοῦτο τὸ αἷμα. τοῦτο γὰρ οὐκ ἔτι ἐκ λόγου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ φαινομένου τὴν ἀνάγκην ἔχει. φαίνεται γὰρ ὑμὴν ἐν κύκλῳ περιέχων τὸ κύημα μετὰ τὴν πρώτην σύλληψιν εὐθέως, εἴτε πλειόνων, εἴτε ὀλιγίστων ἡμερῶν ἦ. καὶ γὰρ καὶ τριῶν καὶ τεττάρων ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἡμερῶν ἐκπίπτει πολλάκις ταῖς γυναιξὶν ἐν ὑμένι περιεχομένη γονή. καὶ μέντοι καὶ ἐν ταῖς ἀνατομαῖς τῶν ζώων ἔνεστί σοι ταὐτὸ τοῦτο φωρᾶσαι. θεάσῃ γὰρ ἐναργῶς μὲν τὴν μήτραν ἅπασαν, ἀμφὶ τὸ σπέρμα συνεσπασμένην, ὑμένα δ' ἐκείνῳ περικείμενον. ἄμεινον δὲ, Ἱπποκράτους ἀκοῦσαι περὶ τῶν αὐτῶν λέγοντος ἐν τῷ περὶ φύσεως παιδίου γράμματι. παιδεύσει τε γὰρ ἡμᾶς τῆς τῆς θεωρίας ἀκριβείας, καὶ τέρψει, κεράσας οἷα δὴ λέξει τὴν διήγησιν, ὥστ' ἐπανεῖναί τε βραχὺ τὸ σφοδρὸν τοῦ λόγου, καὶ διαναπαύσει σὺν ὠφελείᾳ τερπόμενον, ἵν' ἑξῆς νεανικώτεροι γενόμενοι, συντείνωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ἀκμαιότερον, ἐπὶ τὸ κατάλοιπον τοῦ λόγου. καὶ τοίνυν ἤδη ἀκούσωμεν τοῦ Ἱπποκράτους. ὡς δὲ εἶδον τὴν γονὴν ἑκταίην ἐοῦσαν, ἐγὼ διηγήσομαι. γυναικὸς οἰκέτις μουσουργὸς πολύτιμος ἦν, παρὰ ἄνδρας φοιτέουσα, ἣν οὐκ ἔδει λαβεῖν ἐν γαστρὶ, ὅκως μὴ ἀτιμοτέρη ἔη. ἠκηκόει δὲ ἡ μουσουργὸς, οἷα γυναῖκες πρὸς ἀλλήλας λέγουσιν, ἐπὴν γυνὴ μέλλοι λήψεσθαι ἐν γαστρὶ, οὐκ ἐξέρχεται ἡ γονὴ, ἀλλ' ἔνδον μένει. ταῦτα ἀκούσασα, συνῆκε, καὶ τοῦτο ἐφύλασσεν ἀεί, καί πως ᾔσθετο οὐκ ἐξιοῦσαν τὴν γονὴν, ἔφρασε τῇ δεσποίνῃ. καὶ ὁ λόγος ἦλθεν ἕως ἐμέ. κἀγὼ ἀκούσας, ἐκέλευσα μιν αὐτὴν πρὸς τὴν γῆν πηδῆσαι. καὶ ἑπτάκις ἐπεὶ δὲ ἐπεπήδητο, ἡ γονὴ κατερρύη ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ ψόφος ἐγένετο, κἀκείνη ἰδοῦσα, ἐθεᾶτο αὐτὴν καὶ ἐθαύμαζεν. ὁκοῖον δ' ἦν, ἐγὼ ἐρέω, οἷον εἴ τις ὠοῦ ὠμοῦ τὸ ἔξω λέπυριον περιέλοι, ἐν δὲ τῷ ἔνδον ὑμένι, τὸ ἔνδον ὑγρὸν διεφαίνετο. ταῦτα μὲν Ἱπποκράτης μαρτυρεῖ περὶ τοῦ μένειν ἔνδον τὴν γονὴν, καὶ ἔχειν ὑμένα. φαίνεται δὲ κἀν ταῖς ἀνατομαῖς τῶν ζώων, ὑμὴν οὗτος, ἐξηρτημένος μὲν ἐκ τῶν μητρῶν κατ' ἐκεῖνα τὰ μέρη, καθ' ἃ τῶν ἀγγείων ἐστὶ τὰ στόματα, τὸ δ' ἄλλο σύμπαν, ὑποτεταμένον μὲν αὐταῖς, οὐ συμπεφυκὸς δέ,

συνεχὲς γὰρ ἑαυτῷ μένον τὸ σπέρμα, καθ' ὃν ὑπὸ τῆς μήτρας ἕλκεται χρόνον, ἐκτείνεται μὲν δήπου, καὶ πλατύνεται, πάντων τῶν μορίων τῆς μήτρας ὁμοίως ὀρεγομένων αὐτοῦ. τῷ δ' εἶναι γλίσχρον τε, καὶ παχὺ, καὶ θερμοῖς ὁμιλεῖν σώμασιν, ὑμενοῦται ῥᾳδίως, ὥσπερ ταυτὶ τὰ ἐκτὸς, ὅσα δημιουργοῦσιν οἱ σιτοποιοὶ κατά τινος σκεύους θερμοῦ τε, καὶ πλατέος, ἐπαλείφοντες ὑγρὸν ἀτρέμα σταῖς. ὀνομάζεται δὲ ἴτριά τε, καὶ ῥύμματα τὰ τοιαῦτα πάντα, πλατύσματά τε καὶ πέμματα. τοιοῦτο ἕτερον ἐντὸς, οἷον ἐκτὸς ὁ σιτοποιὸς, ἐκ τοῦ σίτου τῶν ἰτρίων, ἡ φύσις τοῦ σπέρματος ἐργάζεται τὸν ὑμένα, ταθῆναι μὲν ἐπιπλέον ἀναγκασθέντος τοῦ σπέρματος, ὅτι πάντα αὐτοῦ τὰ μόρια τῆς μήτρας ἐγλίχετο. κινδυνεύοντος δὲ ἐν τῷ τείνεσθαι, διασπασθῆναι, καὶ δὴ διασπωμένου πολλάκις, ὅταν ὑγρότερόν τε, καὶ ἀτονώτερον ὑπάρχῃ, ἰσχυρῶς ὑπὸ πολλῶν ἅμα μερῶν ἀνθελκυσθῇ. ἀλλ' εἰ μὲν τοῦτο πάθοι, διαρρεῖ, καὶ ἀποπίπτει, καὶ φθείρεται, τῆς συνεχείας λυθείσης. εἰ δ' ἀντισχῇ τεινόμενον, ὡς μὴ διασπασθῆναι, γλίσχρον δ' εἶναι χρὴ καὶ πολὺ, καὶ παχὺ τὸ τοιοῦτο, παραχρῆμα ὑμενοῦται σύμπαν αὐτοῦ τὸ ἔξω τὸ τῶν μητρῶν ψαῦον, ἀφίσταται δ' ἀπ' αὐτοῦ, ὥσπερ τὸ ἴτριον ἀπὸ τοῦ χαλκοῦ σκεύους. οὐ γὰρ οἷόν τε λεῖον τῷ λείῳ συναφθῆναι. μεγίστη δὲ τοῦ λόγου πίστις, ἔνθα τραχύς ἐστι τῆς μήτρας ὁ χιτών. ἔστι δὲ δήπου τοιοῦτος, ἐν τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων, ἐκείνοις μόνοις συνδεῖται.

cohærens enim sibi ipsi semen manens eo tempore quo ab vtero attrahitur, extenditur quidem & dilatatur, omnibus vteri partibus æqualiter ipsum appetentibus. propterea verò quòd viscosum est, & crassum, & calidis corporibus conuersatur, facilè in membranam coalescit. Quemadmodum hoc & in externis rebus videre est, nempe his quas pistores præparant, in vase quodam calido & lato farinam moderatè liquidam oblinentes; vocantur autem hæ, liba, dulciaria; crustuláque & placentæ. qualem enim forinsecus pistor ex frumento in libis, talem intrinsecus natura seminis operatur membranam, semine quidem ampliùs extendi coacto, ob id quòd omnes vteri partes ipsum appetant, & periclitante etiam in distentione ne diuellatur; imò diuulso sæpe quum liquidius & infirmius existens, à multis partibus fortiter attrahitur. verùm si hoc perpetiatur, defluit & excidit atque corrumpitur, continuitate cohærentiæ ipsius soluta. Si verò in distentione renitatur, vt ne diuellatur (viscosum autem & multum ac crassum huiusmodi esse oportet) euestigiò membranam induit tota eius externa pars quę vterum contingit; discedit autem ab vtero, quemadmodum libum à vase æreo, neque enim potest læue cum læui copulari. Et quòd maximam sermoni fidem facit, vbi aspera est vteri tunica, talis autem est in osculis vasorum, illis solis connectitur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

Τὴν ἐκ σπέρματος γένεσιν ταῖς φλεψί τε καὶ ἀρτηρίαις, καὶ νεύροις εἶναι.

Βουλοίμην δ' ἂν ἐάσας ἤδη τὰ φαινόμενα, πυθέσθαι τοῦ Ἀριστοτέλους, εἰ τὰ πρῶτά τε καὶ κοινότατα τῶν ἐν τοῖς ζώοις ὀργάνων, ὑφ' ὧν ἅπαντα διοικεῖται τὰ μόρια, συγχωρεῖ καὶ αὐτὸς εἶναι φλέβα, καὶ ἀρτηρίαν, καὶ νεῦρον. εἰ γὰρ δὴ τοῦτο συγχωρήσειεν, οἶμαι ῥᾳδίως αὐτὸν πείσειν, ὡς ἐκ σπέρματος ἡ γένεσις αὐτοῖς ἐστιν. ἄναιμα γάρ ἐστι ταῦτα τὰ σώματα τῶν ἀγγείων, ὡς ἔνεστιν ἐκκενώσαντας τὸ αἷμα θεάσασθαι, καὶ τάσιν ἱκανὴν ἐπιδέχεται. τὸ μὲν γὰρ νεῦρον οὐδὲ ἐκκενωθῆναι δεῖται, καθάπερ ἡ ἀρτηρία, καὶ ἡ φλέψ. οὐδεμία γὰρ αἰσθητὴ κοιλότης ἐστὶν ἐν αὐτῷ. ταῦτ' οὖν, ὦ θαυμασιώτατε, πότερον ἐξ αἵματος, ἢ ἐκ σπέρματος ἡ φύσις σοι δοκεῖ διαπλάττειν; ἀλλ' ὅτι μὲν, οὐκ ἐξ αὐτοῦ τοῦ αἵματος, ὥσπερ τὰς σάρκας, εὔδηλον. οὐ γὰρ λευκός ἐστιν, οὐδὲ γλίσχρος, οὐδ' οὕτως παχὺς ὁ τοῦ αἵματος χυμὸς, ὥστ' ἐπὶ τὸ ταθῆναί τε, καὶ συριγγωθῆναι, δύνασθαι συνεχὴς αὐτῷ διαμένειν. εἰ δὲ καὶ μεταβάλλουσα, πρότερον μὲν αὐτὸν, ἐξ ἐρυθροῦ ἐργάζεται λευκὸν, ἐξ ὑγροῦ δὲ παχὺν, ἐξ ἀγλίσχρου δὲ, γλίσχρον. ἐπιλέλησται δὲ δήπου τῶν συμφύτων κινήσεων ἡ φύσις, ἃς ἀεὶ μαρτυρεῖς αὐτῇ, καὶ μάτην κάμνει, τοιοῦτο σπεύδουσα τὸ αἷμα κατασκευάζειν, οἷον ἐξ ἀρχῆς ἔχει τὸ σπέρμα. καὶ μὴν ὡς οὐδέν γε μάτην ἡ φύσις ἐργάζεται, παρά σου αὐτοῦ μεμαθήκαμεν. οὔκουν οὐδὲ νῦν ἐπελάθετο κατὰ τὸ μέγιστον τῶν αὐτῆς ἔργων, οὐ γὰρ δὴ μεῖζόν γέ τι φύσει ἔργον, ἢ καὶ τῷ δημιουργῷ παντὶ, τῆς προσηκούσης ἀρχῆς. ταύτην γοῦν, οὐ μόνον τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς, ὡς ὁ κοινὸς λόγος, ἀλλὰ δυνάμει τὸ σύμπαν, ὁμολογεῖς εἶναι καὶ αὐτὸς, ἑπόμενος τῷ διδασκάλῳ σου Πλάτωνι. πολὺ δὲ δὴ μᾶλλον ἐν τοῖς τῆς φύσεως ἔργοις, ἡ ἀρχὴ δυνάμει τὸ πᾶν ἐστιν, ὅσῳ καὶ μέγιστα διαφέρεται τῶν τεχνῶν ἁπασῶν ἡ φύσις. ἀλλ' οὐ

CAPVT V.

Venas, arterias, & neruos ex semine procreari.

VEllem autem relictis iam apparentibus Aristotelem interrogare, Num prima & communissima animalium organa, à quibus omnes partes gubernantur, concedat etiam ipse, esse, venam & arteriam ac neruum? Si enim hoc concedet, facilè arbitror me ipsum persuasurum, quòd ex semine eorum generatio existit. Exanguia enim sunt hæc vasorum corpora, vt licet euacuato ex eis sanguine videre, & tensionem multam sustinent. Equidem neruus euacuatione non indiget quidem velut arteria & vena. nulla enim sensibus cauitas est in ipso. Hæc igitur ô admirande vir, Num ex sanguine aut ex semine natura formare tibi videtur? Verùm quòd non ex ipso sanguine, quemadmodum carnes, est manifestum. neque enim albus est, neq; viscosus, neq; adeo crassus sanguis humor, vt dum tenderetur, & in fistulæ modum cauaretur, cohærens sibi ipsi permanere posset. Si verò transmutans ipsum priùs natura, ex rubro facit album, ex liquido crassum, ex non viscoso viscosum: oblita est sanè insitorum sibi motuum, de quibus tu ipsi semper testimonium præbes, & frustra laborat, studens huiusmodi parare sanguinem, quale à principio habet ipsum semen. Atqui naturam nihil frustra operari à te ipso didicimus: igitur neque nunc oblita est circa maximum ipsius operum, neque enim maius operæpretium aut lucrum naturæ aut etiam cuicunq; opifici est, quàm conueniens principium. Hoc itaque non solùm dimidium totius (vt adagium habet) sed potentia totum esse etiam ipse confiteris sequens in hoc præceptorem tuum Platonem. Multò autem magis in naturæ operibus principium potentia totum est, quantò sanè maiora omnibus artibus natura operatur. Sed non

oportet sermonem longiùs extendere, neque externa inducere, testimonia aduersus Aristotelem disputantem, qui adeo multùm tribuit principiis à multis neglectis ac damnatis, vt non neget quidem hoc, quod semen habeat opificis rationem ad producendum fœtum. Verùm ex ipso fœtum fieri non dicit, sed ex sanguine menstruo principium motus à semine accipiente. Cæterùm siquidem sufficiens est vna plaga vnúsque contactus ex semine in menstruum factus, ad tantam ac talem motuum successionem faciendam, vt ex ipsis animal producatur, opere testaris quod principium totum est. Nequaquam igitur ô amicissime Aristoteles tantum crimen laudatæ à te naturæ nos præterire oportet, vt statim in principio frustra operetur. Facere namque ipsam & venam & arteriam, & neruum maximè necessarium est, habens autem ad hoc & album, & crassum, & viscosum humorem, eiicit quidem hunc, vt tu putas, ex sanguine verò alium similem gignit. At verò si sanguis ex se ipso eiusmodi humorem generandi simúlque formandi facultatem habet, semine non indiget. Si verò ex illo facultatem accipit, quid indiget primum secundo? & quo antequàm illa facultatem assumit ad hoc ministerium vtitur: Oportet enim aut facultate seminis, aut corporea substantia contempta, naturam alio pro ipso vti: verùm neutrum reprehendere potest. Ipsum enim semen facultatem sanguinis exhibet, & ex tua adeò sententia substantiam aptissimam habere apparet ad summè præcipuorum organorum conformationem. Si namque exanguem esse horum trium organorum substantiam vult natura, habet talem materiam, ipsam genituram, siue crassam, & talis magis quàm sanguis existit, siue extendi & in fistulæ modum cauari, ac quàm longissimè progredi citra diuulsionem, quidnam ad hæc omnia aptius viscoso reperire queat? omnia igitur quibus ad horum trium vasorum generationem opus habet, seminis substantia complexa possidet. Ne igitur ipsum infamia per sermonem notemus, quandoquidem neque natura hoc ipsum opere fecit. Neque enim quòd spiritu vitali plenum est, te latet. tu enim vnus es qui semen spumæ probè assimilasti, multas bullas præ paruitate non visibiles singulatim in vnum conuenientes ipsum operari tradens. tu etiam fabulam non reprehendisti quæ Venerem ex ipso natam esse tradit. Quid igitur eiicis ex vtero eiusmodi principium animalis? aut quod organum eo melius naturæ dabis, aut ventres, aut meatus, aut membranas, aut vasa producturæ? Inquies enim vtique etiam ipse, quòd alia quidem perforantur, alia autem inflantur, alia dilatantur, alia distenduntur ex materia in animalis formatione. nisi fortè etiam hic vaporem sanguinis organum habebis, vt & nunc natura quod promptum est eijciens in alio huiusmodi efficiendo sit occupata. Quomodo igitur non maximè contrarius hic sermo operibus naturæ est, si excerni quidem in aërem dissolutum semen dicamus, retineri autem sanguinem menstruum? Quod enim vt alienum excernit singulis mensibus, hoc ipsum nunc ei vt familiarissimum tribuimus. Si verò priùs quidem alienum, familiare autem fit seminis qualitate assumpta, ex illo sanè hanc familiaritatem ac sinceritatem acquirit, vtpote quod priùs ipsam habeat: neque enim distribuere aliquid vicinis possit, quod non priùs ipsum eius particeps esset.

A χρὴ μακρολογεῖν, οὐδὲ ἔξωθεν ἐπάγειν τὰ μαρτύρια, πρὸς Ἀριστοτέλη διαλεγόμενον, ὃς οὕτω πολὺ νέμει ταῖς πολλαῖς καταβληθείσαις ἀρχαῖς, ὥστε οὐκ ἀφαιρεῖται μὲν τὸ σπέρμα, τὸ μὴ οὐ τὸν τοῦ δημιουργοῦ λόγον ἔχειν, πρὸς τὸ κυούμενον. ἐξ αὐτοῦ δὲ οὔ φησι γίνεσθαι τὸ ἔμβρυον, ἀλλ' ἐκ τοῦ καταμηνίου, τὴν ἀρχὴν τῆς κινήσεως, παρὰ τοῦ σπέρματος λαμβάνοντος. ἀλλ' εἴπερ ἱκανὴ μία πληγή τε, καὶ ψαῦσις, ἐκ τοῦ σπέρματος εἰς τὸ αἷμα γινομένη, τοσαύτην τε, καὶ τοιαύτην ἐργάζεσθαι κινήσεων διαδοχήν, ὡς ἐξ αὐτῶν δημιουργεῖσθαι τὸ ζῶον, ἔργῳ μαρτυρεῖς, ὡς B ἀρχὴ τὸ σύμπαν ἐστίν. οὔκουν δεῖ παρελθεῖν ἡμᾶς, Ἀριστότελες φίλτατε, τηλικοῦτο ἔγκλημα τῆς ἐπαινουμένης ὑπό σου φύσεως, ὡς εὐθὺς ἐν ἀρχῇ μάτην ἐργάζεσθαι. ποιῆσαι μὲν γὰρ αὐτὴν φλέβα, καὶ ἀρτηρίαν, καὶ νεῦρον, ἀναγκαιότατόν ἐστιν. ἔχουσα δὲ εἰς τοῦτο, καὶ λευκόν, καὶ παχύν, καὶ γλίσχρον χυμόν, ἐκβάλλει μὲν τοῦτο ὡς νομίζεις, ἐξ αἵματος δ' ἕτερον ὅμοιον γεννᾷ. καὶ μὴν εἰ μὲν ἐξ αὐτοῦ, τὸ αἷμα δύναμιν ἔχει γεννᾶν τε ἅμα, καὶ διαπλάττειν τὸν τοιοῦτον χυμόν, οὐ δεῖται τοῦ σπέρματος. εἰ δὲ ἐξ ἐκείνου λαμβάνει τὸ δύνασθαι, τί τὸ πρῶτον δεόμενον τοῦ δευ- C τέρου, καὶ πρὶν ἐκείνου τὸ δύνασθαι προσλαμβάνεσθαι, πρὸς ὑπηρεσίαν χρῆται; δεῖ μὲν γάρ, ἤτοι τῆς δυνάμεως τοῦ σπέρματος, ἢ τῆς σωματικῆς οὐσίας αὐτὴν καταγνοῦσαν, ἄλλῳ χρήσασθαι πρὸ αὐτοῦ, μέμψασθαι δὲ οὐδέτερον ἔχει, τήν τε γὰρ δύναμιν αὐτὸ τῷ αἵματι παρέχει, καὶ κατά σε, τήν τε οὐσίαν ἔχον ἐπιτηδειοτάτην φαίνεται, πρὸς τὴν τῶν κυριωτάτων ὀργάνων διάπλασιν. εἴ γὰρ ἄναιμον ἡ φύσις εἶναι βούλεται τῶν τριῶν ὀργάνων τὴν οὐσίαν, ἔχει τοιαύτην ὕλην τὴν γονήν. εἴ τε παχεῖαν, καὶ ταύτην μᾶλλον αἵματος ὑπάρχειν, εἴτ' ἀποτείνεσθαι, καὶ D συρίγγουσθαι. καὶ μέχρι πλείστου προϊοῦσαν αὐτὴν τοῦ ῥήγνυσθαι, τί ἂν εἰς ταῦτα ἐπιτηδειότερον τοῦ γλίσχρου ἐξεύροι; πάντα τοίνυν ὧν δεῖται πρὸς τὴν τῶν τριῶν ἀγγείων γένεσιν, ἡ τοῦ σπέρματος οὐσία συλλαβοῦσα κέκτηται. μὴ τοίνυν ἀτιμάσωμεν αὐτὸ τῷ λόγῳ, διότι μηδὲ ἡ φύσις τοῦτο ἔργῳ ἔπραξεν. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ὅτι πλῆρές ἐστι τοῦ πνεύματος τοῦ ζωτικοῦ, τοῦτο λέληθέ σε. σὺ γὰρ εἷς ὁ καλῶς εἰκάσας ἀφρῷ τὸ σπέρμα, πολλὰς πομφόλυγας ὑπὸ σμικρότητος ἀοράτους εἰς ἓν συνελθούσας ἐργάσασθαι φάσκων αὐτό, οὐ καὶ τὸν μῦθον οὐκ ἐμέμψω, τὴν ἀφροδίτην ἐξ ἀφροῦ E γεγενῆσθαι λέγοντα. τί τοίνυν ἐκβάλλεις τῶν μητρῶν, τὴν τοιαύτην ἀρχὴν τοῦ ζῴου; ἢ τί δώσεις ὄργανον τῇ φύσει τούτου βέλτιον, ἢ κοιλίας, ἢ πόρους, ἢ ὑμένας, ἢ ἀγγεῖα δημιουργούσῃ; φήσεις γὰρ δήπου καὶ αὐτός, ὡς τὰ μὲν τιτρᾶται, τὰ δὲ διαφυσᾶται, τὰ δ' εὐρύνεται, τὰ δ' ἀποτείνεται τῆς ὕλης, ἐν τῷ διαπλάττεσθαι τὸ ζῶον, εἰ μή τι κἀνταῦθα τὴν ἀτμὸν τοῦ αἵματος ἕξεις ὄργανον, ἵνα καὶ νῦν ἡ φύσις ἐκβάλλουσα τὸ ἕτοιμον, ἕτερον κάμνῃ τοιοῦτο ἐργαζομένη. πῶς οὖν οὐκ ἐναντιώτατος ὁ λόγος ἐστὶ τοῖς ἔργοις τῆς φύσεως, ἐὰν ἐκκρίνεσθαι μὲν εἰς ἀέρα λυθὲν τὸ σπέρμα, F κατέχεσθαι δὲ τὸ καταμήνιον φάσκωμεν; ὃ γὰρ ὡς ἀλλότριον ἐκκρίνει καθ' ἕκαστον μῆνα, δίδομεν αὐτῇ νῦν ὡς οἰκειότατον. εἰ δὲ ἔμπροσθεν μὲν ἀλλότριον, οἰκεῖον δὲ γίνεται μεταλαβὸν τῆς τοῦ σπέρματος ποιότητος, ἐξ ἐκείνου τὴν οἰκειότητα προσκτᾶται, ἔχοντος δή που πρότερον αὐτοῦ. οὐ γὰρ δὴ μεταδίδωσί γέ τινος τοῖς πέλας, οὗ μὴ μετέσχηκεν αὐτό.

πάλιν οὖν ἐνταῦθα ἡ φύσις εὑρίσκεται, τὸ μὲν πρώτως οἰκεῖον ἐκβάλλουσα, τὸ δὲ ἐκείνου μεταχὸν αἱρουμένη. καίτοι γε οὐ τῆς ποιότητος αὐτῷ μεταδίδωσιν ἐκ τοῦ σπέρματος, ὁ Ἀριστοτέλης, ἀεὶ δ' ἀρχὴν κινήσεως ἐνδίδωσι μόνην, ὥσπερ τοῖς θαύμασιν ἐμφυλάττοντα τὴν ἑαυτοῦ κατασκευὴν, ἐκ μόνου τοῦ λαβεῖν τὴν τοιαύτην ἀρχὴν ἐπὶ πλεῖστον, ἐξαρκεῖ κινουμένα. καὶ μὴν οὐ διὰ κίνησιν, ἀλλὰ διὰ ποιότητος οἰκειότητα, καὶ ἀλλοτριότητα, τὸ μὲν αἱρουμένας τε, καὶ κατεχούσας ἐστὶν ἰδεῖν τὰς φύσεις, τὸ δ' ἀποστρεφομένας τε, καὶ διὰ τοῦτο ἐκβαλλούσας. οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐν τῇ γαστρὶ μένον οὐδὲν ἐστὶν ἰδεῖν τῶν οὐκ οἰκείων αὐτῇ. τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς γαστρὸς, οὕτως ἐναργῶς ἢ δι' ἐμέτου ἐκβαλλούσης τὸ λυποῦν, ἢ κατ' ἔντερον ἐκκρινούσης αὐτὸ, τὴν μήτραν ὁρῶντας ὅμοια διαπραττομένην; ἐδείχθη γὰρ καὶ ἥδε, κατὰ τὸν φυσικῶν δυνάμεων λόγον, ὁμοίως τοῖς ἄλλοις ἅπασι μορίοις, ἕλκουσα μὲν καὶ κατέχουσα τὸ οἰκεῖον, ἐκβάλλουσα δὲ τὸ ἀλλότριον. ἀλλὰ μὴν ἀποκρίνει γε τὸ καταμήνιον ὡς περιττὸν, οὐκ οὖν κατασχεῖν αὐτὸ δύναταί ποθ' ὡς οἰκεῖον. οὐ γὰρ τοῦτό ἐστι ταῖς ὑστέραις οἰκεῖον. ἀλλὰ τὸ σπέρμα. καὶ τούτου δεκτικὸν ὄργανον, ἡ φύσις ἐποίησεν αὐτάς.

A Rursus igitur hic natura reperitur quod primitus familiare & sincerum est eiiciens, quod verò illius particeps est eligens. quanquam neque qualitatem ex semine in ipsum menstruum sanguinem distribuat Aristoteles, sed semper principium motus concedit solum, tanquam qui ad miraculi similitudinem suæ constitutionis supellectilem intra se conseruet, & ex hoc solo quòd tale principium accipit, plurimo motui sufficiat. Atqui non propter motum, sed ob qualitatis familiaritatem & alienationem, videre est ipsam naturam aliud quidem eligere & continere, aliud verò auersari, & propterea eiicere. Neque enim etiam in ventre quicquam manens B videre est eorum quæ non ipsi familiaria existunt. Quid autem opus est dicere de ventre adeò manifestè, aut per vomitum, quod molestum est ipsi eijciẽte, aut iuxta intestinum idem excernente, quum vterum videamus similia perficiẽtem? Demonstratum enim est in naturalium facultatum tractatu, quòd hic similiter, vt aliæ omnes partes, trahat ac contineat familiare, eiiciat verò alienum, atqui excernit sanguinem menstruum vt superfluum: nequaquam igitur continere ipsum potest vnquam vt familiarem, non enim est hic vtero familiaris, sed ipsum semen, & propterea conceptaculum huius organum natura vterum fecit. C

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Τὸ σπέρμα συμφύτους δυνάμεις ἔχειν ἑλκτικὴν τῶν οἰκείων, καὶ περιττῶν ἀποκριτικήν.

Ὅσον μὲν οὖν αὐτοῦ τῶν ὑστερῶν ἔψαυσε, τοῦτο ὑμὴν εὐθέως ἐγένετο, καθότι μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδείχθη. τὸ δ' ἄλλο πᾶν, εἶχε μὲν δήπου καὶ αὐτὸ συμφύτους δυνάμεις, ἑλκτικὴν μὲν τῶν οἰκείων, δι' ἧς καθέλξειν τε καὶ ἀλλοιώσειν ἔμελλε, καὶ τροφὴν ἑαυτῷ ποιήσασθαι, τῶν ἀλλοτρίων δὲ, καὶ περιττῶν ἀποκριτικήν. εἶχε δὲ καὶ ὕλας οἰκείας, ἃς ἕλξειν ἔμελλε παρὰ τῆς μήτρας αἷμα καὶ πνεῦμα, διὰ τῶν στομάτων οἷς συνῆπται, καὶ τήνικα εὐθὺς ταῦτα εἵλξατο, διὰ τοῦ περιέχοντος ὑμένος οὐδέπω σκληροῦ γεγονότος. ἅμα τε οὖν ἐφέρετο τὰ παρὰ τῆς μήτρας ἐκ τῶν ἀγγείων ἑλκόμενα, καὶ ὁ ὑμὴν ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἐγίνετο σκληρὸς, καὶ τελέως μὲν οὕτως ἤδη σκληρὸς ἦν, καὶ συνεχὴς, ὅλον ἐν κύκλῳ περιλαμβάνων τὸ κύημα. μόνα δ' ἐκεῖνα διετέτρητο, δι' ὧν ταῖς ὕλαις ἦν ἡ φορά. ἅτε γὰρ οὐδένα χρόνον ἡσυχαζούσης τῆς ὁλκῆς, ἔμενεν ἀεὶ τὸ τρῆμα τοῦ ὑμένος, οὐ δυνάμενον ξυμφῦναι, διὰ τὸ μηδ' ἄλλο μηδὲν ἕτερον ἑτέρῳ δύνασθαι συμφῦναι, μέσων ἱσταμένων ἀεικινήτων σωμάτων. οὐ μόνον δὲ οὐ συμφύεται τὸ τρῆμα τοῦ ὑμένος, ἀλλὰ καὶ διὰ παντὸς εὐρύνεται, πρὸς λόγον τοῦ πλήθους τοῦ διαρρέοντος. διαρρεῖ δὲ ἀεὶ μὲν τὸ θρέψον, οὐκ ἴσον δ' ἀεὶ τῷ πλήθει, διότι μηδ' αὐτὸ τὸ τρεφόμενον, ἴσον ἀεὶ φυλάττει τὸ μέγεθος, ἀλλ' ἐπιδίδωσιν συνεχῶς αὐξανόμενον, ὥστε ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἀνάλογον ἐκείνου τῆς αὐξήσεως, τὸ πλῆθος τῶν ὑλῶν ἐπιρρεῖν, αἷμα μὲν ἐκ τῶν φλεβῶν, πνεῦμα δὲ σὺν αἵματι λεπτομερεῖ, καὶ ὀλίγῳ, καὶ θερμῷ, διὰ τῶν ἀρτηριῶν. καὶ δὴ καὶ τῷ χρόνῳ συριγγουμένην θ' ἅμα καὶ τελουμένην τὴν ὁδὸν, ἀγγεῖον γίνεσθαι.

CAPVT VI.

Semen insitas facultates habere attrahentem familiaria, & expellentem superuacanea.

QVantum igitur ex semine ipso vterum cõtingit, hoc statim membrana fit, quemadmodũ paulò antè est commõstratum. Reliquum verò totum habuit quidem & ipsum insitas facultates, attrahentem quidem familiaria, per quam attracturum, & alteraturum, alimentúmque sibi facturum erat: expultricem autem alienorum & superfluorũ. D habuit præterea & materias familiares quas attracturum erat ab vtero, sanguinem videlicet & spiritum per oscula quibus est connexum, & sanè hæc statim à principio per ambientem membranam nondum duram factam attraxit. simul igitur ferebantur quæ ab vtero ex vasis attrahuntur, & membrana semper magis fiebat dura, atque ad finem quidem penitus iam dura erat & cohærens, totúmque fœtum orbiculatim amplectens: solæ verò illæ partes perforatæ erant, per quas materiæ ferebantur. Nam attractione nullo tempore quiescente, manebat semper membranæ foramen coalescere non potens ob eam sanè causam, quòd neque E aliud quicquam alteri coalescere potest, vbi semper mobilia corpora in medium eorum interueniunt. Foramen itaque membranæ non solùm non coalescit, sed etiam semper ampliatur, pro ratione copiæ eius quod perfluit. Perfluit autem semper alimentum non semper pari copia, propterea quòd neque ipsum quod alitur semper æqualem magnitudinem seruat, sed crescit assiduè augescens, vt necessarium sit iuxta proportionem augmenti illius, materiarum copiam influere, sanguinem quidem ex venis, spiritum verò cum sanguine F tenuium partium modico & calido, per arterias. Quin & temporis progressu necessarium est hanc viam in fistulæ modum cauari, & perfectam absolui, ac vas fieri.

CAPVT VII.

De vtriusque seminis mixtione, ac de membranis genituram inuoluentibus.

SEd enim non conuenit, iuxta vnum naturæ opus motuum consequentiam enarrando, sui obliuisci ac longiùs à principio abire: regrediamur igitur rursus ad illud. Postquàm itaque semen ad fundum vteri allapsum est, nec potest ipsum totum oblinere, vtpote qui exortus vtrinque velut cornua quædam habeat, natura sanè etiam hæc alio semine, ipsius fœminæ videlicet illeuit. quemadmodum alibi à nobis est demonstratum. referetur autem & nunc paulò pòst, ne sermonis continuitatem dissecemus. In hæc etenim cornua, singula ab vtraque parte existentia, vas seminale se ingerit ex fœminæ testibus profectum, quando igitur sub idem tempus fœmina simul cum mare semen emiserit, semen per vtrumque cornu eiectum, & in medium vteri spatium delatum, simul quidem oblinit vias, simul verò peruenit ad masculi semen, ipsúmque etiam huic miscetur, & per membranas mutuò innectuntur, quas tunc in propria profectione ipsum mulieris semen produxit, vt totam genituram amplectens hunc fœtui vsum exhiberet, & vt veluti alimentum quoddam masculo semini fieret, tenuius enim est ipso & frigidius, familiarius verò est omni alio in nutritionem. Cæterùm vsus quem dixi præbere ipsi circa membranæ generationem, diligentiore expositione indiget. membranæ namque totam genituram amplectenti implexum, dependet primùm per ipsam ex cornibus, connectitur autem rursus omni reliquo vteri spatio. concupiscunt enim omnes ipsius partes semen complecti, id verò facere non possunt, nimirum longiùs distantes, quàm vt ipsum contingere queant. Quin & post multos dies, augescente simul semine, simúlque vtero semper seipsum magis obuoluente, aliàs alia ipsius pars semen apprehendit. Itaque quum adhuc mollis sit membrana ipsum continens, & vasorum oscula aperta, apprehendit per ipsa vterus membranam, quemadmodum polypi quæcunque per acetabula sua contigerint. Adeo enim sunt oscula vasorum, polyporum acetabulis similia, vt neque ipsa etiam appellentur. Verùm de hoc à me absolutiùs in quinto Dissectionis Hippocratis est dictum, vbi redarguo ignorantiam eorum qui hunc virum accusant, & putant carnes orbiculatim osculis vasorum in quibusdam animalibus adnascentes, ipsum acetabula siue cotyledones appellare, neque enim has ita appellauit. Nam vera acetabula fines sunt vasorum, per quos in singulis mensibus superfluum sanguinis ex toto corpore in vterum deriuatur. Quodcunque autem horum osculorum semen contigerit, idipsum sibi in alimentum attrahit, nimirum membrana ad sese perforata, vtpote quæ mollis adhuc & recens coacta existit. deinde temporis progressu, velut antea dixi, vas fit absolutè concrescens, simúlque vteri vasi simile redditur. In promptu porrò est tibi circa prægnantium animalium dissectiones videre externam fœtuum membranam vnà cum arteriis & venis. Appellatur autem chorium

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

Περὶ μίξεως τῆς γονῆς ἀμφοτέρας· καὶ περὶ ὑμένων τὴν γονὴν περιλαμβανόντων.

ΑΛλὰ γὰρ οὐ χρὴ καθ' ἓν ἔργον τῆς φύσεως ἐξηγούμενον τὴν κινήσεων τὴν ἀκολουθίαν, ἑαυτὸν λαθεῖν ἀποχωρήσαντα πόῤῥω τῆς ἀρχῆς. ἐπανέλθωμεν οὖν αὖθις ἐπ' ἐκείνην, ἐπειδὴ προσέπεσε τῷ τῆς μήτρας πυθμένι τὸ σπέρμα, καὶ ἦν ἀδύνατον ὑπαλεῖψαι πᾶσαν αὐτήν, ἀποφύσεις ἔχουσαν ἑκατέρωσε, καθάπερ τινὰ κέρατα, καὶ ταῦτα ὑπήλειψεν ἡ φύσις ἑτέρῳ σπέρματι, τῷ τοῦ θήλεος, ἅπερ ἐπιδέδεικται μὲν ἡμῖν ἐν ἑτέροις, εἰρήσεται δὲ καὶ νῦν ὀλίγον ὕστερον, ὡς μὴ διακόπτοιτο τοῦ λόγου τὸ συνεχές. εἰς γάρ τοι τὰ κέρατα ταῦτα, καθ' ἑκάτερον μέρος ἓν ὑπάρχον, ἐμβάλλει σπερματικὸν ἀγγεῖον ἐκ τῶν τῆς θηλείας ὄρχεων ὁρμηθέν. ὅταν οὖν ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον ἅμα τῷ ἄῤῥενι τὸ θῆλυ σπερμαίνῃ, δι' ἑκατέρας τῶν κεραιῶν ἐξακοντιζόμενον τὸ σπέρμα, καὶ φερόμενον εἰς μέσον τῆς μήτρας τὸ κύτος, ἅμα μὲν ὑπαλείφει τὰς ὁδούς, ἅμα δ' ἐξικνεῖται πρὸς τὸ τοῦ ἄῤῥενος σπέρμα, καὶ αὐτό τε μίγνυται τούτῳ, καὶ ὑμέσιν ἀλλήλοις ἐπιπλέκονται, οὓς τότε κατὰ τὴν οἰκείαν ὁδοιποιείαν εἰργάσατο τὸ τοῦ θήλεος σπέρμα, ὡς τὴν σύμπασαν γονὴν περιλαμβάνειν· ταύτην τὴν χρείαν τῷ κυήματι, καὶ οἷον τροφή τις τῷ ἄῤῥενι γίνεσθαι. λεπτότερον μὲν γάρ ἐστιν αὐτοῦ καὶ ψυχρότερον, οἰκειότερον δὲ ἄλλου παντὸς εἰς θρέψιν. ἣν δὲ εἶπον χρείαν παρέχειν αὐτῷ τὴν κατὰ τοῦ ὑμένος γένεσιν, ἀκριβεστέρας ἐξηγήσεως δεῖται. τὸν γὰρ περιλαμβάνοντα τὴν σύμπασαν γονὴν ὑμένα συμπλεκόμενον, ἐξάπτει μὲν πρῶτον δι' αὐτοῦ ταῖς κεραίαις, συνάπτει δ' αὖθις ἅπαντι τῷ λοιπῷ κύτει τῆς μήτρας. ἔχει μὲν γὰρ ἐπιθυμίαν ἅπαντα αὐτῆς τὰ μόρια περιπτύσσεσθαι τῷ σπέρματι. δύναται δ' οὐδέπω τοῦτο ποιεῖν, ἀπέχοντα πλέον, ἢ ὡς ψαύειν αὐτοῦ. ἀλλὰ καὶ ἐν πολλαῖς ἡμέραις, ἅμα μὲν αὐξανομένου τοῦ σπέρματος, ἅμα δὲ καὶ τῆς μήτρας, ἀεὶ καὶ μᾶλλον ἑαυτὴν περιστελλούσης, ἄλλοτε ἄλλο μόριον αὐτῆς ἐπιδράσσεται τοῦ σπέρματος, ἅτε δὲ ὄντος ἔτι μαλακοῦ τοῦ περιέχοντος ὑμένος αὐτό, καὶ τῶν ἀγγείων ἀνεστομωμένων, ἀντιλαμβάνεται δι' ἑαυτῶν ἡ μήτρα τοῦ ὑμένος, ὥσπερ οἱ πολύποδες ὧν ἂν ψαύσωσι ταῖς κοτυληδόσι. οὕτω γάρ ἐστι τὰ στόματα τῶν ἀγγείων, ὅμοια ταῖς τῶν πολυπόδων κοτυληδόσιν, ὥστε οὔτε ὀνομάζουσιν ἄλλως αὐτά. λέλεκται δέ μοι τελεώτερον περὶ τούτου, ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς, ἐξελέγχοντι τὴν ἄγνοιαν τῶν ἐγκαλούντων τῷ ἀνδρί, καὶ νομιζόντων τὰς ἐπιτρεφομένας ἐν κύκλῳ τοῖς στόμασι τῶν ἀγγείων σάρκας ἐν ἐνίοις τῶν ζώων, ὀνομάζειν αὐτὸν κοτυληδόνας. οὔτε γὰρ ἐκείνας ὀνομάζομεν, αἱ δ' ὄντως κοτυληδόνες ἀγγείων εἰσὶ πέρατα, δι' ὧν ἐφ' ἑκάστῳ μηνὶ, τὸ περιττὸν τοῦ αἵματος, ἐξ ὅλου τοῦ σώματος εἰς τὴν μήτραν ἐξοχετεύεται. ὅ,τι δ' ἂν τούτων τῶν στομάτων ἅψηται τοῦ σπέρματος, ἐπισπᾶται δι' αὐτοῦ τὴν τροφὴν ἐκεῖνο πρὸς ἑαυτὸ τετρημένου τοῦ ὑμένος, ὡς ἂν ἔτι μαλακοῦ τε, καὶ νεοπαγοῦς ὄντος· εἶτ' ἐν τῷ χρόνῳ, καθάπερ ὀλίγον ἔμπροσθεν εἶπον, ἀγγεῖον γίνεται, συμφυές τε ἅμα καὶ ὅμοιον τῷ τῆς μήτρας. καί σοι πάρεστι θεάσασθαι κατὰ τὰς τῶν ἐγκυμόνων ζώων ἀνατομάς, καὶ μετὰ ἀρτηριῶν καὶ φλεβῶν, τὸν ἔξωθεν ὑμένα τῶν ἐμβρύων. ὀνομάζεται δὲ χορίον

ὑμὴν ἐστὶ ὁ ἔξωθεν, ὃν διεξέρχονται αἵ τε ἀρτηρίαι καὶ αἱ φλέβες, ὕλας ἐκ τῆς μήτρας εἰς τὸ κυούμενον ἄγουσαι. θατέρῳ δὲ ὑμένι, τῷ πρὸς τὰς κεραίας ἀνήκοντι, τὴν μὲν προσηγορίαν διὰ τοῦ σχήματος ἔθεντο. παραπλήσιος γὰρ ὢν ἀλλᾶντι, καὶ τοὔνομα παρηγμένον ἀπ' ἐκείνου κέκτηται. ἡ χρεία δὲ αὐτοῦ τοῖς ἐμβρύοις, ἐν μὲν ταῖς πρώταις ἡμέραις, ἣν ἀρτίως εἶπον, αὐξανομένων δὲ τῶν ὑγρῶν περιττωμάτων, ὑποδέξασθαι τὸ ἕτερον. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων ἀκριβέστερον ὀλίγον ὕστερον εἰρήσεται.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Η'.

Περὶ γενέσεως τοῦ ἥπατος, καὶ καρδίας, καὶ ἐγκεφάλου.

Πάλιν δὲ ἐπάνειμι πρὸς τὸ ἀναβεβλημένον ἐν ἀρχῇ. τοῦτο γὰρ ἕλκει μὲν πρὸς ἑαυτὸ διὰ τῶν εἰς τὴν μήτραν καθηκόντων ἀγγείων, αἷμα, καὶ πνεῦμα πρὸς τὴν ἰδίαν ἑκάτερον ἑαυτοῦ κοιλότητα, συνεφέλκεται δὲ, ὥσπερ εἴρηται καὶ πρόσθεν, ἅμα τῷ διὰ τῶν ἀρτηριῶν πνεύματι, λεπτομερέστερόν τε, καὶ θερμότερον αἷμα τοῦ κατὰ τὰς φλέβας. ἐκ μὲν δὴ τούτου, τὸ θερμότατον τῶν σπλάγχνων δημιουργεῖ, τὸ δὲ ἕτερον αἷμα τὸ παχὺ, τὴν ἥπατος ἰδέαν αὐτῷ συνίστησι. καὶ τοίνυν καὶ περαίνουσιν αἱ μὲν πολλαὶ φλέβες, αἱ διὰ τοῦ χορίου φερόμεναι. αἱ δὲ ἀρτηρίαι πρὸς ἕτερον θερμότερον, ὃ διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν θερμότητα, καθάπερ τις φλὸξ, οὐκ ἀναπαύεται κινούμενον, ἀλλ' ἐναλλὰξ ἀεὶ διαστέλλεταί τε, καὶ συστέλλεται. αἱ μὲν δὴ παράγουσαι τὰς ὕλας εἰς τάδε τὰ σπλάγχνα φλέβες τε καὶ ἀρτηρίαι, καθάπερ ῥίζαι τινὲς αὐτῶν εἰσιν· αἱ δὲ εἰς ὅλον ἐξάγουσαι τὸ κύημα, πρέμνοις ἀνάλογοι εἰς πολλοὺς πτόρθους σχιζομένοις. ἡ γένεσις δὲ καὶ ταύταις ἐστὶ, συριγγουμένης τῆς τοῦ σπέρματος οὐσίας. ἡ δὲ τρίτη τῶν ἀρχῶν, ἀφ' ἧς σύμπαντα πέφυκε τὰ νεῦρα, τὴν γένεσιν ἐξ αὐτοῦ μόνον τοῦ σπέρματος ἔσχηκεν. ἐν γὰρ τῇ πρὸς τὸ θῆλυ σπέρμα μίξει πολλαὶ τῶν πομφολύγων ἐρράγησαν, ἐξ ὧν εἴσω τε, καὶ πρὸς τὸ βάθος ἐχώρει τὸ πνεῦμα σώζειν ἑαυτὸ γλιχόμενον. οὐ γὰρ οἷόν περ ἀτμὸς ἦν, ἀλλ' αὐτοκίνητος ἀρχὴ ζώου, καθάπερ καὶ αὐτὸ τὸ περιέχον ὑγρὸν αὐτὸ κοιλίαν εἰργάσατο τῷ σπέρματι μεστὴν πνεύματος. ὅπως οὖν μηδὲ ἐντεῦθεν ἑτοίμως κενῶται, στεγανὸν ἑαυτῷ τὸν οἶκον ἐργάζεται τῆς περιειληφυίας αὐτὸ τοῦ σπέρματος ὑγρᾶς οὐσίας, ὅσον ἦν παχύτερόν τε καὶ σκληρότερον, ἀπωθούμενον εἰς τὴν ἐκτὸς περιγραφὴν, ὅπερ ἔμελλεν ἐν τῷ χρόνῳ θερμαινόμενόν τε καὶ ξηραινόμενον, ὀστοῦν ἔσεσθαι, τοῦτο ἐν ἀρχῇ μὲν ἡ διαπλάττουσα τὸ ζῶον δύναμις ἐργάζεται. φαίνεται δὲ οὐδέπω κατὰ τὴν ἀρχὴν ὑπὸ σμικρότητος, ἀλλ' ὅταν γε πρῶτον φαίνεσθαι δύνηται, μέγιστα μὲν εἰσι τὰ τρία ταῦτα, πλησίον δὲ ἀλλήλων ἐφεξῆς κείμενα καὶ ψαύοντα, τὸ μὲν τῶν νεύρων ἀρχὴ γενησόμενον, ὃ προσαγορεύομεν ἐγκέφαλον, ἐφ' ὑψηλοτέρας ἕδρας ταχθὲν, ὑπόκειται δὲ αὐτῷ καρδία τε, καὶ ἧπαρ, ἀλλήλων ψαύοντα. τοῦ χρόνου δὲ προϊόντος, αἱ εἰρημέναι τρεῖς ἀρχαὶ, καὶ διΐστανται πλέον, εἰς ὅλον τε τὸ προσπλαττόμενον τοῦ ζώου σῶμα διαπέμπουσι τὰ βλαστήματα. νωτιαῖον μὲν ὁ ἐγκέφαλος ἀποφύσας, οἷόν περ τι πρέμνον. ἡ καρδία δὲ τὴν μεγίστην ἀρτηρίαν, ἣν ἀορτὴν Ἀριστοτέλης ὀνομάζει, τὴν κοίλην δὲ φλέβα, τὸ ἧπαρ.

hæc externa chorion quàm pertranseunt arteriæ & venæ, materias ex vtero ad fœtum ducentes. Alteri autem membranæ, quæ sursum ad cornua pertingit, appellationem à figura indiderunt. Nam farcimini similis existens, etiam nomen ab illo deductum possidet, ac allantoides appellatur. Vsus autem ipsius fœtibus, in primis quidem diebus is est quem iam dixi: augescentibus autem humidis excrementis, vt eorum alteram partem excipiat. Sed de his paulò pòst accuratiùs dicetur.

CAPVT VIII.

De ortu hepatis, cordis, & cerebri.

Rursus autem regredior ad id quod in principio est dilatum. Semen equidem trahit ad se per vasa ad vterum pertingentia sanguinem & spiritum, vtrumque ad suam propriam cauitatem. Attrahitur autem sanguis simul, velut etiam antea dictum est, cum spiritu per arterias, tenuior & calidior quàm qui est in venis sanguis, atque ex his sanè calidissimum ex visceribus producit. alter verò sanguis crassus, hepatis speciem ipsi constituit, atque hanc etiam pleræque venæ per chorium delatæ perficiunt. Arteriæ verò ad aliud calidius viscus feruntur, quod ob excellentem calorem, velut flamma quædam, moueri non cessat, sed semper vicissim distenditur & contrahitur. Et venæ quidem ac arteriæ materias in hæc viscera deducentes, velut radices quædam ipsorum existunt. Quæ verò in totum fœtum protenduntur, truncis similes sunt in multos ramos distractis. generatio autem his est ex seminis substantia in fistulæ modum cauata. Tertium verò principium à quo omnes producti sunt nerui, generationem ex solo semine habet. In permixtione namque ad semen muliebre, multæ bullæ ruptæ sunt, ex quibus intrò & ad profundum spiritus seipsum seruare cupiens cessit, neque enim velut vapor erat, sed per se mobile principium animalis: quemadmodum & ventriculum siue cauitatem humorem continentem, plenum spiritus ipsi semini produxit. Quò verò neque etiam inde promptè euacuaretur, firmam sibi domum facit, ex liquida seminis substantia, quæ ipsum ambit, id quod ipsi crassius & durius erat, ad externum lineamentum detrudendo, quod ipsum vtique temporis progressu calefactum & resiccatum, os futurum erat. Hoc in principio quidem facultas opifex ac animal formans operatur: verùm iuxta principium nondum apparet præ paruitate. Quando verò primùm apparere incipiunt, maxima sunt tria hæc, ex vicino inter se sita, & se mutuò contingentia. Principium quidem neruorum futurum, quod cerebrum appellamus in altiore sede locatum; subiacent autem ipsi cor & hepar mutuò se contingentia. Tempore verò progrediente hæc iam dicta tria principia longiùs disparantur, & in totum, quod eis afformatur, animalis corpus germina transmittunt. Spinalem namque medullam cerebrum velut truncum quendam producit, cor verò maximam arteriam quam Aortam Aristoteles appellat, hepar verò venam cauam.

Et sanè apparet statim à principio simul cum horum generatione circa medullam spina ipsa eo modo, quem paulò antè dixi, firmata. circum cerebrum verò calua obducta, & thorax circum cor, velut ampla quædam ac firma domus situs. qui vtique circa partum non solùm domus, sed primum & præcipuum respirationis organum futurus erat. Hæc quidem igitur aliquantò posteriùs fiunt.

καὶ μὲν δὴ καὶ φαίνεται κατ᾽ ἀρχὰς εὐθὺς ἅμα τῇ τούτων γενέσει, περὶ μὲν τὸν νωτιαῖον ἡ ῥάχις πηγνυμένη, τὸν αὐτὸν τρόπον ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, ἀμφὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐν κύκλῳ περιβληθὲν τὸ κρανίον. ὁ δὲ θώραξ περὶ τὴν καρδίαν, οἷόν περ οἶκός τις εὐρύχωρός τε ἅμα, καὶ στεγνός. ἔμελλε δ᾽ ἄρα περὶ τὴν ἀποκύησιν, οὐκ οἶκος μόνον, ἀλλὰ τὸ πρῶτόν τε, καὶ κυριώτατον ἀναπνοῆς ὄργανον ἔσεσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερόν ποτε γίνεται.

CAPVT IX.

Vniuersam fœtuum fabricam quatuor temporibus distingui.

RVrsus autem ad primam animalis constitutionem orationem reducamus, quæ vt constans simúlque manifesta procedat, vniuersam fœtuum fabricam quatuor temporibus distinguamus. Primùm in quo in abortu, & dissectionibus seminis idea manet, quo tempore neque Hippocrates, qui in omnibus admirabilis est, fœtum vocat eam animalis constitutionem, sed vt nuper adeo audiuimus, in genitura quæ sex iam dierum fuit elapsa. Postquam verò expletus quidem sanguine fuerit fœtus, cor verò, & cerebrum ac hepar, adhuc indistincta sunt & informia, soliditatem tamen iam aliquam & magnitudinem memorabilem habent, hoc secundum tempus erit, carnis autem formam nec ampliùs seminis retinet ipsa fœtus substantia. igitur neque genituram ampliùs huiusmodi speciem Hippocratem appellare reperias, sed vt, dictum est, fœtum. Tertium deinde tempus est, quando tria, vt dictum est, principia manifestè videre licet, reliquarum verò partium omnium designationem per lineamenta & quasi adumbrationem, euidentiorem namque videbis circa tria principia formationem, obscuriorem verò partium circa ventrem, & multò adhuc his obscuriorem circa artus. hi enim posteriùs ramos edunt, vt Hippocrates dixit, proportionem quam ad ramos habent, per hanc appellationem ostẽdere volens. Quartum denique & postremum tempus hoc est, quum iam omnia in artubus sunt plenè articulata; & nõ fœtum solùm, sed iam etiam puerum nominat id quod in vtero conceptum est admirandus Hippocrates, quando & pedibus calcitrare, & velut perfectum animal moueri dicit. Cæterùm nihil nunc opus habeo fœtus velut animalis mentionem facere: velut planta enim omnem tum generationem, tum formationem à semine habuit, duplexque principium motus & formationis statim à principio, quemadmodum ille indicauit. Qualis estim est radicatio plantis deorsum & infra terram, talis est fœtibus insitio arteriarum & venarum chorij in vterum. Qualis verò sursum vergens truncus in plantis, tales sunt in fœtibus à tribus principiis exortus. Rursus, quemadmodum plantæ duplicem ex seminibus habent exortum, sursum quidem truncum & ramos vsque ad extrema germina producentes, deorsum verò radicationem distribuentes: Sic & in fœtibus, multifidæ sunt arteriæ & venæ, velut trunci quidem in totum fœtum, velut radices verò, in vterum desinentes. Quapropter iusta accusatione Aristotelem accusauerim, non solùm quòd neglexerit quæ negligere ipsum non conueniebat, sed & quòd sui ipsius dogmatum oblitus est, & naturæ

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Θ'.

Διαιρεῖσθαι τέτταρσι χρόνοις τὴν σύμπασαν τῶν κυουμένων δημιουργίαν.

ΠΑλιν δὲ ἐπὶ τὴν πρώτην σύστασιν τοῦ ζώου ἐπαναγάγωμεν τὸν λόγον, καὶ ὅπως γε ἡμῖν εὔτακτός τε ἅμα καὶ σαφὴς γένοιτο, διελώμεθα τέτταρσι χρόνοις τὴν σύμπασαν τῶν κυουμένων δημιουργίαν. πρῶτον μὲν, ἐν ᾧ κατὰ τὰς ἀμβλώσεις τε, καὶ κατὰ τὰς ἀνατομὰς ἡ τοῦ σπέρματος ἰδέα κρατεῖ. κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον οὐδ᾽ Ἱπποκράτης ὁ πάντα θαυμάσιος, ἤδη που κύημα καλεῖ τὴν τοῦ ζώου σύστασιν, ἀλλ᾽ ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν ἐπὶ τῆς ἑκταίας ἐκπεσούσης ἤδη γονῆς. ἐπειδὰν δὲ πληρωθῇ μὲν τοῦ αἵματος, ἡ καρδία δὲ, καὶ ὁ ἐγκέφαλος, καὶ τὸ ἧπαρ ἀδιάρθρωτα μὲν ἔτι καὶ ἄμορφα, πῆξιν δ᾽ ἤδη τινὰ καὶ μέγεθος ἀξιόλογον ἔχῃ, δεύτερος μὲν οὗτος ὁ χρόνος ἐστὶ, σαρκοειδὴς δὲ, καὶ οὐκέτι γονοειδής ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ κυήματος. οὔκουν οὐδὲ γονὴν ἔτι προσαγορεύοντα τὸν Ἱπποκράτην τὴν τοιαύτην ἰδέαν εὕροις ἂν, ἀλλ᾽ ὡς εἴρηται κύημα, τρίτος ἐπὶ τῷδε χρόνος, ἡνίκα, ὡς εἴρηται, τὰς μὲν τρεῖς ἀρχὰς ἔστιν ἰδεῖν ἐναργῶς, ὑπογραφὴν δέ τινα καὶ οἷον σκιαγραφίαν ἁπάντων τῶν ἄλλων μορίων. ἐναργεστέραν μὲν γὰρ ὄψει τὴν περὶ τὰς τρεῖς ἀρχὰς διάπλασιν. ἀμυδροτέραν δὲ τὴν τῶν κατὰ τὴν γαστέρα μορίων, καὶ πολὺ δὴ τούτων ἔτι ἀμυδροτέραν τὴν κατὰ τὰ κῶλα. ταῦτα γὰρ ὕστερον, ὡς Ἱπποκράτης ὠνόμασεν, ὀζοῦται, τὴν πρὸς τοὺς κλάδους ἀναλογίαν ἐνδεικνύμενος τῇ προσηγορίᾳ. τέταρτος δ᾽ οὗτος ἐστὶ καὶ τελευταῖος χρόνος, ἡνίκα ἤδη τά τ᾽ ἐν τοῖς κώλοις ἅπαντα διήρθρωται, καὶ οὐδ᾽ ἔμβρυον ἔτι μόνον, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ παιδίον ὀνομάζει τὸ κυούμενον ὁ θαυμάσιος Ἱπποκράτης, ὅτε καὶ ἀσκαρίζειν, καὶ κινεῖσθαί φησιν, ὡς ζῶον ἤδη τέλειον. ἀλλ᾽ οὐδὲν ὡς ζώου δέομαι τό γε νῦν τοῦ κυουμένου μνημονεύειν, ὡς φυτὸν γὰρ, ἅπασάν τε τὴν γένεσιν ἔσχηκε, καὶ τὴν διάπλασιν ἀπὸ τοῦ σπέρματος, ὥσπερ ἐκεῖνα διπλῆν ἀρχὴν κινήσεώς τε, καὶ διαπλάσεως εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐνδεικνύμενα. οἵα μὲν γὰρ εἰς τὰ κάτω τε καὶ κατὰ τῆς γῆς ἐστιν ἡ ῥίζωσις τοῖς φυτοῖς, τοιαύτη τοῖς κυουμένοις ἡ εἰς τὴν μήτραν ἔμφυσις τῶν κατὰ τὸ χορίον ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν. ὁποία δ᾽ ἄνω τὸ πρέμνον ἐν τοῖς φυτοῖς, τοιαῦται τοῖς ἐμβρύοις αἱ ἀπὸ τῶν τριῶν ἀρχῶν ἐκφύσεις. αὖθις δ᾽ ὥσπερ τὰ φυτὰ διττὴν ἐκ τῶν σπερμάτων ἔχει τὴν ἔκφυσιν, ἄνω μὲν προσάγοντα τὸ πρέμνον τε καὶ τοὺς πτόρθους, ἄχρι τῶν ἐσχάτων ἐργάζεται βλαστῶν. εἰς δὲ τὸ κάτω καθάζοντα τὴν ῥίζωσιν, οὕτω καὶ τοῖς ἐμβρύοις, πολυσχιδεῖς εἰσι τῶν ἀρτηριῶν τε καὶ φλεβῶν, ὡς πρέμνων μὲν, εἰς ὅλον τὸ κυούμενον, ὡς ῥιζῶν δὲ εἰς τὴν μήτραν τελευτῶσαι. ταῦτά τοι καὶ μεμψαίμην ἂν Ἀριστοτέλει μέμψιν δικαίαν, οὐ μόνον ὅτι παρεῖδεν ἃ μὴ ἐχρῆν αὐτὸν παριδεῖν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἑαυτοῦ δογμάτων ἐπιλέλησται, καὶ τὰ τῆς φύσεως

ἔργα διαφόρως ἐξηγεῖται, κατά τε φυτὰ, καὶ τὰ ζῶα. βλέπων οὖν ἐν ἅπασι τοῖς φυτοῖς, τὸ σπέρμα τῆς δημιουργικῆς ἀρχῆς οὐδὲν ἧττον ἐν ἑαυτῷ τὴν ὑλικὴν περιέχειν, ἐπὶ τῶν ζώων ἀφαιρεῖται τὴν ἑτέραν αὐτῶν. καίτοι τοῦτο ἤρκει μόνον ἀνδρὶ περὶ φύσιν δεινῷ τὴν χρείαν τῆς γονῆς ἐνδείξασθαι. εἰ γὰρ οὐκ ἄλλαις μὲν δυνάμεσιν ἡ φύσις τοῦ σπέρματος ἐργάζεται τὸ φυτὸν, ἄλλαις δὲ τὸ ζῶον, ἐξ ὧν ἐν φυτοῖς ὁρᾷς ἐπὶ τὰ ζῶα μετατίθει. τὴν αὐτὴν γὰρ ἀναλογίαν εὑρήσεις ἐν ἀμφοῖν· δεῖται τὸ τοῦ φυτοῦ σπέρμα γῆς, ἵν' ἐξ αὐτῆς τρέφηταί τε καὶ αὐξάνηται, δεῖται καὶ τὸ ἡμέτερον σπέρμα μήτρας, ἕνεκα τῶν αὐτῶν. ῥίζας ἑαυτῷ γεννᾷ τὸ φυτὸν, αἷς ἕλξει τὴν τροφὴν ἐκ τῆς γῆς, καὶ τὸ χορίον ἀγγεῖα, τὰς ῥίζας τῶν ἐμβρύων. ἀποφύει τε στέλεχος ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ σπέρμα, καὶ ἀπ' ἐκείνου κλάδους, εἶτ' ἄλλους ἐπὶ ἄλλοις αὖθις κλῶνας καταχιζομένους, εἶτ' ἐκείνους αὖθις εἰς ἄλλους, καὶ τοῦτο μὴ παύεται γινόμενον, ἄχρι τῶν ἐσχάτων βλαστῶν. ὁρᾷς κἀνταῦθα καὶ τὰ μὲν στελέχη τρία καθ' ἑκάστην ἀρχὴν, ἀορτὴν, καὶ κοίλην φλέβα, καὶ νωτιαῖον. αὖθις δ' ἀπὸ τούτων ἀποφύσεις πολλὰς οἷόν περ κλάδους εἰς ἄλλους αὖθις ἑαυτῶν ἐλάττους κλῶνας καταχιζομένους, εἶτ' ἐκείνους αὖθις εἰς ἄλλους, καὶ τοῦτο μὴ παυόμενον, ἄχρι τῶν ἐσχάτων ἀποβλαστημάτων. εἰ δὲ τριπλοῦν ὁρᾷς τὸ φυτὸν, ἢ ἔναιμον, ἢ σαρκοειδὲς, οὐ χρὴ τούτων ἕνεκα νομίζειν ἄλλο τι, καὶ οὐ φυτὸν ὑπάρχειν αὐτό. τὸν γοῦν δημιουργὸν τὸν αὐτὸν ἔχει ἀμφότερα, καὶ τὴν φυτικὴν ψυχήν. ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, ὅτι τὸ φυτὸν τοῦτο μέλλει γενήσεσθαι ζῶον, οὐκ ἀποβαλὸν ἣν εἶχεν ἐξ ἀρχῆς δύναμιν, ἀλλ' ἑτέραν ἐπικτησάμενον, ἐκ τόπου δὲ μεταβαίνειν εἰς τόπον αὐτὸ χρὴ τελειωθέν τε, καὶ ἀπολυθὲν τῆς μήτρας. ἀλλ' οὐκ ἂν δύναιτο τοῦτο ποιεῖν, οὔτε ψυχρὸν ὁμοίως τοῖς δένδροις γινόμενον, οὔτε ὀργάνων ἀπορῶν μεταβατικῶν. ἵν' οὖν ἅμα τε θερμὸν ᾖ συμμέτρως, εἰς ὅσον πρέπει ζώῳ γενέσθαι θερμῷ, καὶ τοὺς τόπους ἀμείβειν δύνηται, δύο ἀρχὰς ἐπεκτήσατο, τὴν μὲν ἑτέραν ὀργάνων, διαφυλαξόντων αὐτῷ τὴν κατὰ φύσιν θερμότητα, τὴν δὲ ἑτέραν, ὑπηρετησόντων ἁπάσαις ταῖς καθ' ὁρμὴν ἐνεργείαις. ἀλλὰ τούτοις μὲν ὕστερον χρήσεται.

opera diuersè exponit, circa plantas & circa animalia. Videns itaque in omnibus plantis semen non minùs materiale, quàm opifex seu efficiens principium in se habere, in animalibus alterum aufert: quanquam hoc solum sufficiebat viro circa naturam admirando, genituræ vtilitatem ostendere. Si enim natura seminis non aliis viribus producit plantam, aliis animal, ea quæ in plantis vides ad animalia transfer, eandem enim proportionem in vtrisque reperies. Indiget namque plantæ semen terra, vt ex ipsa nutriatur & augescat; indiget & nostrum semen vtero, ob easdem causas. Radices sibi ipsi generat planta, quibus trahat alimentum ex terra: chorium itidem vasa fœtuum radices. Producit truncum à seipso semen, & ab illo ramos, deinde alios rursus in alios ramulos discissos, & postea illos rursus in alios, atque id vsque ad extrema germina fieri non cessat: idipsum etiam hîc vides, truncos quidem tres iuxta vnumquodque principium singulos, vtpote arteriam aortam, venam cauam, & medullam spinalem. rursus autem ex his multos exortus vel ramos, in alios rursum minores ramulos dissectos, deinde illos rursus in alios, àtque hoc itidem fieri non cessat vsque ad extrema germina. Si verò triplicem hanc plantam vides, aut sanguineam, aut carnosam, ea gratia non conuenit aliud quiddam & non plantam ipsam putare. opificem enim eundem ambo habent & animam plantæ. Verùm illud considera, quòd hæc planta animal futura est, non reiecta, quam à principio habuit, facultate, sed altera insuper acquisita. Ex loco autem in locum ipsum transire oportet, vbi perfectum fuerit & ex vtero solutum: at verò hoc facere non possit, si frigidum similiter vt arbores fieret, & si organis ad ambulandum aptis careret. Quò igitur simul moderatè calidum esset, in quantum animali calidum esse conuenit, simúlque locos mutare possit? duo principia acquisiuit, alterum organorum quæ custoditura sunt ipsi naturalem calorem, alterum eorum quæ subseruitura sunt omnibus, ad quas concitatur, actionibus, sed his quidem posteriùs vtetur.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

Πῶς ἕκαστον τῶν τοῦ κυήματος μερῶν γεννᾶσθαι;

ΤΗΝ φυτικὴν δ' ἀρχὴν ἁπάντων ἔχει πρώτην δημιουργοῦσαν, οὐκ ἐξ αἵματος, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ σπέρματος, ἀρτηρίαν, καὶ φλέβα, καὶ νεῦρον, ὀστοῦν τε, καὶ ὑμένα. ταῦτα γὰρ πρόσθεν ὁ λόγος ἐξηγήσατο, χορίον μὲν πρῶτον ἔξωθεν αὐτῷ περιθεὶς, ἅμα δ' αὐτῷ τὸν ἀλλαντοειδῆ ποιήσας ὑμένα, συνεργασόμενον μὲν, ὡς εἴρηται, τῷ χορίῳ τὴν γένεσιν, ὑποδεξόμενον δὲ διαπλασθέντος τοῦ ζώου τὸ οὖρον. ἀνάγκη γὰρ ἦν, καὶ τῷ κυουμένῳ ζώῳ περιττώματα γενέσθαι τοσαῦτά τε καὶ τοιαῦτα, ὅσα τε καὶ οἷα ὑπάρχει τοῖς ἀπολελυμένοις ἤδη τῆς μήτρας· ἀλλὰ τούτων οὖρον τε καὶ ἀπόπατημα, διαπεπλασμένων τε, καὶ διηρθρωμένων ἤδη τῶν μορίων· ἐξ ἀρχῆς δ' εὐθέως τὸν ἀπορρέοντα τοῦ κυήματος ἀτμὸν, ὃς ἀνάλογός ἐστι τῷ τῶν τελείων ζώων ἱδρῶτι· καὶ τούτῳ τοίνυν ἀναγκαῖον γενέσθαι τινὰ ὑμένα, καθάπερ καὶ τῷ οὔρῳ τὸν ἀλλαντοειδῆ, καὶ δὴ καὶ γέγονεν ὁ ἀμνειὸς ὀνομαζόμενος, ὅλον ἐν κύκλῳ περιλαμβάνων τὸ κύημα.

CAPVT X.

Quomodo singulæ fœtus partes generentur?

PRincipium autem plantæ omnium primum habet, quod non ex sanguine, sed ex ipso semine, arteriam & venam, & neruum, os item, & membranam procreet. Hæc enim supra habitus sermo exposuit, & chorium quidem primum forinsecus ipsi circundedit. ac simul cum ipso allantoidem membranam fecit, adiuturam quidem, vt dictum est, chorium in materierum attractione: suscepturam autem conformati animalis vrinam. Necessarium enim erat etiam ei quod adhuc in vtero gestatur animali, excrementa generari tot & talia, quot & qualia sunt iam vtero solutis: sed ex his vrinam & stercus conformatis iam & distinctis partibus, à principio autem statim vaporem à fœtu defluentem, qui similis est, perfectorum animalium sudori; & huic sanè necesse erat aliquam membranam generari, quemadmodum vrinæ allantoidem. & sanè iam generata est amnios appellata totum fœtum orbiculatim amplectens,

Allantoidi namque, quamuis priusquam amnios fuerit generata, ad tale ministerium vti natura iniustum putauit, simul quidem propterea quòd tenuis & infirma erat, vtpote ex serosiore semine generata. Oportebat autem membranam fœtum cõtenturam crassitiem habere robustam, vt quæ non solùm sudoris vas futura esset, sed & ad sequuturos artuum motus renisura: ad hoc verò etiam quòd angustior erat allantoidea quàm vt totum fœtum integere posset. Vt quid igitur ipsum non ampliorem fecit? inferre fortè quis possit, quòd sanè muliebre semen multò paucius est masculo, dictum mihi etiam antea est. Nequaquam igitur construi poterat, ampla simul & longa allantoidea membrana, sed est necessariò longa, vtpote in ambo vteri cornua suspensa, quare ratione simúlque necessariò angusta facta est. Huiusmodi itaque quum sit ipsa, & ad hoc tenuis, membranam sanè, quæ vaporosa defluuia susceptura esset, amplam & crassam, mox cum prima genituræ conceptione, forinsecus ei natura circuntendit vaporem emissuræ ob calorem. Cæterùm reliquarum membranarum nulla primis diebus necessariam habet generationem. neque enim suffecisset ad ipsarum omnium opificium seminis substantia. At verò progrediente tempore fœtus iam factus, quod paulò ante semen erat, nutrimento accepto augescebat, & iam magnus existebat, quando sanè disparari quidem oportebat cor ab hepate, integi verò ipsum per se proprio operculo ac velut munimento, circuntendi autem & ventri peritonæum, sublini verò & thoraci membranam succingentem nominatam. Tunc quoque cerebrum operiri oportebat duplici inuolucro, & medullam spinalem tum iisdem, tum alio tertio, & omnem fœtum omnia externa lineamenta membranosa accipere, quò sint hæc ipsi operculum, vt ne à recrementis, quæ amnios membrana susceptura erat, læderetur; postremum verò & cutem generari oportebat, carnosa substantia ipsi innutrita. Vsa est itaque natura ad omnia hæc genituræ lentore. quantum autem in ipsa crassius & magis terreum erat, ac minùs tractile, ad ossium regionem delegauit. Totum enim fœtum iam formauerat, vt quæ nunquam circa vllam aliquam partem segnis esset. Et sanè tertium nunc fœtus tempore appropinquat, in quo natura omnium substantiæ seminis partium, quasi per lineamenta designatione facta, in articulos exactè digerere atque absoluere has partes tempus habuit. simul itaque superseuit & circunseuit omnibus ossibus carnes, simúlque pinguissimum ex ipsis exugens, terrea illa & arida ac pinguedinis expertia penitus perfecit. Quantum autem ex ipsis viscosum exugens singulatim traxit, idipsum in finibus ossium in ligamenta, quibus inter se cohærerent, produxit; secundum longitudinem verò orbiculatim omnem, tenues membranas prætexit, atque has circumossales appellant; quibus carnes superseuit. Vsa est autem ad ossium opificium maximè caloris facultate, penitus adassans ipsa & resiccans. nam illis hoc commodius erat, vt quæ dura futura erant, atque ita etiam pinguedo maximè effluxura erat, quemadmodum spuma quædam ab his quæ feruorem tolerant. Cæterùm vbi ipsis ossibus carnem superseuit priùs, quàm membranis integeret, ibi minùs aridum eiusmodi totum os factum est. Extendit autem à circumossalibus membranis etiam carnibus gracilia opercula;

τῷ γὰρ ἀλλαντοειδεῖ, καίτοι προτέρῳ τοῦ ἀμνείου γεγονότι, συγχρήσασθαι πρὸς τὴν τοιαύτην ὑπηρεσίαν, οὐκ ἐδικαίωσεν ἡ φύσις, ἅμα μὲν ὅτι λεπτὸς καὶ ἄτονος ἦν, ἐξ ὀρρωδεστέρου γεγενημένος σπέρματος. ἐχρῆν δὲ τὸν περιέξοντα τὸ ἔμβρυον ὑμένα, πάχος ἔχειν ἰσχυρὸν, ὡς ἂν οὐ μόνον ἱδρῶτος ἀγγεῖον αὐτῷ γενησόμενον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τὰς μελλούσας ἔσεσθαι τῶν κώλων κινήσεις ἀνθέξοντα. πρὸς τοῦτο δὲ, καὶ ὅτι στενότερος ἦν ὁ ἀλλαντοειδὴς, ἢ ὡς τὸ πᾶν ἀμφιέσαι τὸ κύημα. τί δὴ οὖν οὐκ ἐποίησεν αὐτὸν εὐρύτερον, ὑπολάβοις ἄν μοι τῷ λόγῳ; ὅτι τὸ θῆλυ σπέρμα, ἔλαττον ὑπάρχει πολλῷ τοῦ ἄρρενος. λέλεκται γάρ μοι, καὶ πρόσθεν. οὐκοῦν ἦν δυνατὸν εὐρὺν ἅμα καὶ μακρὸν ἐργάσασθαι τὸν ἀλλαντοειδῆ, ἀλλ' ἔστιν ἐξ ἀνάγκης μακρὸς, ὡς ἂν εἰς ἀμφοτέρας τὰς κεραίας τῶν μητρῶν ἀνηρτημένος, ὥστ' εὐλόγως ἅμα καὶ ἀναγκαίως, στενὸς ἐγένετο. τοιούτου δ' ὄντος αὐτοῦ, καὶ προσέτι λεπτοῦ, τὸν ὑποδεξάμενον ὑμένα τὰς ἀτμώδεις ἀπορροὰς, εὐρὺν καὶ παχὺν, ἅμα τῇ πρώτῃ συλλήψει τῆς γονῆς, ἡ φύσις ἔξωθεν αὐτῇ περιέτεινεν, ἀτμίζειν γε μελλούσῃ διὰ τὴν θερμότητα. τῶν δ' ἄλλων ὑμένων οὐδεὶς ἐν ταῖς πρώταις ἡμέραις ἀναγκαίαν ἔχει τὴν γένεσιν. οὐδὲ γὰρ ἐξήρκεσεν εἰς τὴν ἁπάντων αὐτῶν δημιουργίαν ἡ τοῦ σπέρματος οὐσία, ἀλλ' ἐν τῷ χρόνῳ προϊόντι κύημα μὲν, τὸ σπέρμα ἤδη, τρεφόμενον δὲ ηὐξάνετο, καὶ πλεῖστον ὑπῆρχεν, ἡνίκα διαφράττεσθαι μὲν ἔδει τὴν καρδίαν ἀπὸ τοῦ ἥπατος. ἀμφιέννυσθαι δὲ ἔξωθεν αὐτὴν κατ' αὐτὴν, ἰδίῳ φρουρίῳ, περιτείνεσθαι δὲ τῇ γαστρὶ τὸ περιτόναιον, ὑπαλείφεσθαι δὲ τῷ θώρακι τὸν ὑπεζωκότα, τηνικαῦτα καὶ τὸν ἐγκέφαλον ἐχρῆν σκεπάσασθαι διτταῖς μήνιγξι, καὶ τὸν νωτιαῖον ἅμα ταύταις, ἑτέρᾳ τρίτῃ, καὶ σύμπαν τὸ κύημα τὴν ἔξωθεν ἅπασαν περιγραφὴν ὑμενώδη λαβεῖν, ὡς εἶναι ταύτην αὐτῷ σύμφυτον σκέπασμα, τοῦ μήτε βλάπτεσθαι μηδὲν ὑπὸ τῶν περιττωμάτων, ἃ στέγειν ἔμελλεν ὁ ἀμνειός. ὕστερον δὲ δέρμα γενέσθαι, σαρκώδους οὐσίας ἐπιτραφείσης αὐτῷ. κατεχρήσατο γοῦν ἡ φύσις εἰς ταῦτα σύμπαντα, τῷ γλίσχρῳ τῆς γονῆς. ὅσον δὲ ἐν αὐτῇ παχύτερον καὶ γεωδέστερον ἦν, καὶ ἧττον ὁλκιμον, εἰς τὴν τῶν ὀστῶν χώραν κατέθετο. σύμπαν γὰρ ἤδη διεπέπλαστο τὸ ἔμβρυον, ὡς ἂν οὐδέποτε κατ' οὐδὲν μέρος ἀργοῦσα· καὶ τηνικαῦτα ἥκει ὁ τρίτος μὲν χρόνος τῇ κυήσει. πάντων δὴ φύσις ὑπογραφὰς πεποιημένη σπέρματος οὐσίας, διαρθροῦν ἀκριβῶς αὐτὰ, καὶ τὰ μόρια ταῦτα ἐξεργάζεσθαι καιρὸν εἶχεν, ἅμα τε οὖν ἐπέφυέ τε, καὶ περιέφυεν ἅπασι τοῖς ὀστοῖς τὰς σάρκας, ἅμα τε καὶ τὸ πιότατον ἐξ αὐτῶν μυζήσασα, γεώδη μὲν ἐκεῖνα, καὶ κραῦρα, καὶ ἀλιπῆ παντάπασιν ἀπετέλεσεν, ὅσον εἷλκεν ἐξ αὐτῶν γλίσχρον ἐκφύουσα καθ' ἕκαστον, ἐπὶ μὲν τοῖς πέρασι τῶν ὀστῶν συνδέσμους εἰργάσατο πρὸς ἄλληλα. κατὰ δὲ τὸ μῆκος ἐν κύκλῳ πᾶν, ὑμένας λεπτοὺς περιέβαλεν, οὓς ὀνομάζουσι περιοστείους, οἷς τὰς σάρκας ἐπέφυσεν. ἐχρήσατο δ' εἰς τὴν τῶν ὀστῶν δημιουργίαν μάλιστα τῇ τοῦ θερμοῦ δυνάμει, κατοπτήσασα πάντη αὐτὰ καὶ ξηραίνουσα. καὶ γὰρ ἐκείνοις ἄμεινον ἦν τοῦτο, σκληροῖς ἔσεσθαι μέλλουσι, καὶ τὸ λιπαρὸν ἐξ αὐτῶν οὕτως ἔμελλε μάλιστα ἐκχυθήσεσθαι, καθάπερ ἀφρός τις ζεσθέντων. ἔνθα δὲ ἐπέφυσεν αὖθις τοῖς ὀστοῖς σάρκα, πρὶν σκεπάσαι τοῖς ὑμέσιν, ἧττον κραῦρον γέγονε τὸ τοιοῦτο ὀστοῦν ξύμπαν. ἐξέτεινε δὲ ἀπὸ τῶν περιοστείων ὑμένων, καὶ ταῖς σαρξὶν ἰσχνὰ σκεπάσματα.

καὶ μέντοι καὶ νεῦρον εἰς ἑκάστην αὐτῶν εἰσάγουσα διέσπειρε, λύσασα πρότερον εἰς ἶνας, ἀραχνῶν λεπτοτέρας. ἑτέρας δὲ ἶνας ὁμοίως λεπτὰς ἐκ τῶν συνδέσμων ἀγαγοῦσα, καὶ περιπλέξασα πάσαις αὐταῖς σάρκας, συνήγαγεν αὖθις εἰς ταὐτὸ ἀμφότερα τῶν ἰνῶν τὰ γένη, ὃ μὲν ὅλον ὄργανον ἐν ᾧ ταῦτα ἐτεχνήσατο, μῦν εἰργασμένη, ὃ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἰνῶν συνόδου, τένοντα. τῶν μὲν δὴ συνδέσμων, ὡς εἴρηται, μοῖραν οὐκ ὀλίγην εἰς τοὺς μῦς ἐνέβαλε. τῶν νεύρων δέ, οὐκ εἰς τούτους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς σπλάγχνοις ἅπασιν ὁμοίαν ποιεῖται τὴν νομήν. ἔστι δὲ δή τι καὶ ἕτερον εἶδος ἰνῶν, ἔν τε τῇ γαστρί, καὶ τοῖς ἐντέροις, καὶ ἀμφοτέραις ταῖς κύστεσι, καὶ ταῖς μήτραις, καὶ τῇ καρδίᾳ, τὴν γένεσιν ἐκ σπέρματος ἔχον, αἷς περιπέφυκεν ὥσπερ πλοκάμῳ τινί, τὸ τοῦ σπλάγχνου σύμπαν σῶμα, τὴν γένεσιν ἐξ αἵματος εἰληφός.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

Τὰ σαρκώδη ῥᾳδίως φθαρῆναί τε καὶ γεννᾶσθαι πάλιν, τὰ δὲ σπερματικὰ οὐ ῥᾳδίως φθαρῆναι, ἀλλ' ἢ οὐδ' ὅλως, ἢ κατὰ σπάνιον αὖθις γεννᾶσθαι. περὶ θρέψεως.

Ἅπαντα γὰρ ὅσα σαρκώδη τὴν ἰδέαν ἐστίν, ἐξ αἵματος ἐγένετο. τὰ δ' ὑμενώδη πάντα, ἐκ σπέρματος ἐπάγη. καὶ διὰ τοῦτο, τὰ μὲν ἐξ αἵματος εἰ φθαρείη ποτέ, γεννᾶται πάλιν ῥᾳδίως, ὡς ἂν τὴν ὕλην ἔχοντα τῆς γενέσεως ἄφθονον. ὅσα δ' ἐκ σπέρματος, ἢ οὐδ' ὅλως, ἢ κατὰ σπάνιον αὖθις γεννᾶται, καίτοι τήν γε ποιητικὴν αἰτίαν αὐτοῦ ἔχοντα ὁμοίως τελείοις. οὐ γὰρ δὴ καταλέλοιπέ γε ἡ φύσις τὸ ζῶον, οὐδ' ἐπιλέλησται τῶν δυνάμεων ὧν ἔχει συμφύτων. ἃς γὰρ οὐκ ἐπεκτήσατο παρά τινος, ἀλλ' ἐκ σπέρματος εἶχεν, ἀμήχανον ἀποβαλεῖν αὐτάς. τί δή ποτ' οὖν, εἰ ἐκτέμνει τις τοῦ σώματος ἡμῶν πιμελήν, ἢ σάρκα, γεννᾶται πάλιν ἐν τῇ χώρᾳ τῆς ἀπολλυμένης, ἑτέρα πιμελὴ καὶ σάρξ, ἀρτηρία δέ, ἢ φλέψ, ἢ νεῦρον, ἢ ὑμήν, ἢ σύνδεσμος, ἢ τένων, ἢ χόνδρος, ἢ ὀστοῦν, ἅπαξ ἀπολόμενα, δεύτερον οὐκ ἔτι γεννᾶται; καὶ τό γε θαυμασιώτερον, ὅταν γυμνωθῇ τι τούτων, καὶ δέον σκεπάσαι, καὶ εἰς οὐλὴν ἀγαγεῖν αὐτά, σὰρξ μὲν περιφύεται τῶν εἰρημένων ἑκάστῳ, τὸ δ' ὅμοιον αὐτῷ τῷ γυμνωθέντι, κατ' οὐδένα τρόπον ἔτι ἐπιφύεται, οὐδ' ἂν αὐτὰ τὰ παιώνια φάρμακα προσφέρηται. ἀλλὰ διὰ τί συμβαίνει τὸ τοιοῦτο; ἢ ὅτι ἡ τῆς μὲν σαρκὸς ὕλη καὶ νῦν ἐστιν, ἐκείνων δ' οὐδενός, εἴ τι νομίζεις; ὁ χιτὼν τῆς ἀρτηρίας, ἢ τὸ τοῦ νεύρου σῶμα, τὴν διοικοῦσαν αὐτὸ δύναμιν οὐκ ἔχει τοιαύτης οὐσίας ποιητικήν, οἵαν αὐτὸ κέκτηται; καὶ μὴν εἴπερ τι ἄλλο, καὶ τοῦτο ταῖς φύσεσιν ὑπάρχει, τὸ ποιεῖν ἑαυταῖς ὅμοια. πῶς δ' ἂν ἄλλως ἐτρέφετο σῶμα, μὴ τῆς τοιαύτης δυνάμεως ἀεὶ παραμενούσης αὐτῇ; πάντως γὰρ ἀπορρεῖ τι τῆς οὐσίας ἑκάστου, καὶ διὰ τοῦτο, δεῖται τοῦ θρέψοντος. ὅμοιον δ' εἶναι χρὴ τὸ προστιθέμενον ἐκ τῆς τροφῆς, τῷ διαφορηθέντι. καὶ σὲ κἀνταῦθα τῶν σῶν ἀναμνήσω λόγων, Ἀριστότελες φίλτατε. δυοῖν γὰρ θάτερον ἀναγκαῖον, ἢ ἐν τοῖς σιτίοις ἑκάστου τῶν τρεφομένων σωμάτων ἐμφέρεσθαι μόρια, κἄπειτα τῶν ὁμοίων ὡς τὰ ὅμοια φοιτώντων, γίνεσθαι τὴν θρέψιν, ἢ ἀλλοιουμένης τῆς τροφῆς. ἀλλὰ τὸ μὲν πρότερον δόγμα τὸ τῶν ὁμοιομερῶν, ἐξήλεγξας αὐτὸς ὡς οὐκ ἀληθές. τὸ δ' ἕτερον, ὁ τὴν ἀλλοίωσιν πρεσβεύει, ὡς ἀληθὲς συνεστήσω, οὐ μὴν οὐδὲ ἐξ ἅπαντος εἰς ἅπαν ὁμοίως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, δυνατὸν εἰπεῖν.

quin & neruum in vnamquamque ipsarum inductum dispersit, vbi priùs dissoluit in fibras araneorum telis tenuiores. Alteras autem fibras similiter tenues ex ligamentis inductas, & carnibus implicatas inuexit; atque ita rursus in vnum & idem ambo fibrarum genera coëgit, totum quidem organum in quo hæc fabricauit musculum efficiendo, id verò vbi fibræ congrediuntur tendinem. Et ligamentorum quidem non modicam, vt dixi, partem in musculos indidit, neruorum verò non in hos solùm, sed & in viscera omnia similem facit distributionem. Est autem & aliud quoddam fibrarum genus, tum in ventre, tum in intestinis, & vtraque vesica, & vtero, ac corde generationem ex semine habens, quibus velut nexui cuipiam, totum visceris corpus circa accreuit, generationem ex sanguine habens.

CAPVT XI.

Carnosas partes facilè & corrumpi, & renasci, spermaticas verò non facilè corrumpi, sed vel nunquam, vel raro regenerari. De nutritione.

Omnia enim quæ sunt carnosi generis, ex sanguine generata sunt. Membranosa verò omnia ex semine ortum habent. & ob id, quæ ex sanguine generata sunt, si corrumpantur quandoque facilè rursum generantur, vt quæ materiam generationis copiosam habeant, quæ verò ex semine, aut neque prorsus, aut valdè rarò regenerantur, quanquam efficiens ipsius causa perfectis animalibus insit: neque enim reliquit natura animal, neque oblita est virium sibi insitarum. Quas enim à nullo acquisiuit, sed ex semine habet, eas impossibile est ipsam abiicere. Cur igitur si quis ex corpore nostro pinguedinem aut carnem amputet, generatur rursus in loco deperditæ altera pinguedo & caro, arteria verò aut vena, aut neruus, aut membrana, aut ligamentum, aut tendo, aut cartilago, aut os semel deperdita, non ampliùs regenerantur? & quod mirabilius est, quum aliquod ex his fuerit denudatum, ac tectorio opus habuerit, & perductione ad cicatricem: caro quidem circumnascitur vnicuique prædictorum, simile autem ipsi denudato nullo modo ampliùs innascitur, neq; si ipsa pæonia pharmaca adhibeantur. Sed propter quid contingit huiusmodi? num quòd carnis materia etiam nunc extat, illorum verò nullus ampliùs? itaque putas quòd arteriæ tunica, aut nerui corpus, gubernatem ipsum facultatē non ampliùs habeat, talis substātiæ effectricem, qualem ipsum possidet? Atqui si quid aliud & hoc naturis inest, vt sibiipsis similia faciant. Quomodo namque aliàs nutriretur corpus, si eiusmodi facultas nō semper ipsi permaneret? Omnino enim defluit aliquid à substantia vniuscuiusq;, & ob id opus habet nutriente. Simile autem esse oportet id quod ex alimento apponitur ei quod iam exhaustum est & insumptum. Atque hic te tuorum sermonum commonefaciam, amicissime Aristoteles. Ex duobus enim alterum necessarium, aut in cibis vniuscuiusq; corporis quod alitur partes inferri, ac deinde similibus ad similia accedentibus fieri nutritionem, aut alterato iam alimento. Verùm prius dogma, similiarium videlicet partium, ipse redarguisti tanquam non verum: alterum verò, quod alterationem proponit, vt verum constituisti. Non tamen ex omni in omne similiter transmutationes fieri, dicere licet.

in id enim quod naturæ eius quod transmutatur propinquius est, facilis transmutatio est, & ob id sanguini facillimum est carnem fieri, difficillimum verò membranæ & neruo, & venæ, & arteriæ, & tunicæ. Primùm igitur vnumquodque eorum quæ nutriri debent, familiarem sibi ex sanguine trahit succum, quemadmodum Hippocrates sensit, & à nobis alibi fusiùs demonstratum est, tum de his ipsis, tum quòd aliud crassiore sanguine indiget, aliud tenuiore, aliud calidiore, aliud frigidiore, aliud pituitosiore, aliud magis atrabiliario, sed & sinceriore ac puriore quædam opus habent, & rursus alia quidem puriore, alia verò serosiore & quàm exactissimè elaborato, in quibusdam nihil refert, etiam si non tale sit ipsum quod nutriens futurum est. Cæterùm pòst attractionem familiaris succi in vnamquámque particulam, id quidem quod attractum est in multas partes dissolutum, in modū vaporis his quæ ipsum attraxerunt, apponitur, ac diuturniori tempore transmutatur, nam & hoc isthic abundè est demonstratum. Deinde verò per longi temporis moram id quod hoc attraxit, sibi ipsi vnit & assimilat. Nequaquam igitur vnaquæque primarum partium animalis à principio quidem ex semine nata esse videtur, aliud autem esse ipsarum vltimum & familiarissimum alimentum.

CAPVT XII.

Ortum seminis ex sanguine.

QVomodo igitur hoc generetur, facillimum fuerit nobis breuibus ostendere. Volo autem demonstrationem sermoni apponere, quòd huic præsenti tractationi familiarissimum existat. Quemadmodum igitur, quum de vsu & facultate seminis sermo esset, ab euidenter apparentibus incipientes, & dicentes in vtero manere semen quando conceptурum est animal, inde conclusionem inferebamus Eodem modo (opinor) etiam nunc ab apparentibus in dissectionibus initium facere conuenit. Apparent igitur arteria & vena in vtrumque testem non recta via, sicut in alia omnia procedere: sed multiformiter ad pampinorum vitis aut hederarum similitudinem inuolui. vnde sanè puto etiam ipsis artis dissecandi corpora peritis in mentem venisse, vt aliqui quidem hederiformem, aliqui pampiniformem ipsarum naturam appellarent. In multis itaque eiusmodi circunuolutionibus, quas faciunt priusquam ad testiculos perueniant, licet tibi videre sanguinem paulatim albescentem, & ad finem postquam iam testem contingit vas ipsum, seminis substantia in ipso manifestè apparet. An verò etiam ex testium natura alterationem aliquam assumat, & aliàs impossibile sit ipsum perfici, in præsens considerare prætermittamus. Sequamur autem, si vis, primum Aristotelem, quòd testes ad seminis generationem nihil conferunt: quare non plurimum, sed totum seminalem humorem tum arteria, tum vena operantur. Natura itaque est ipsis genitrix seminis, verùm ex sanguine ipsum generarunt per multum tempus in eis commutato: Hic enim est vsus obuolutionis. Alteratur autem vtique sanguis transiens in semen. Omne verò alterans in suam naturam ducit id quod alteratur, quod sanè etiam apparet. album enim & crassum & viscosum est semen, aptum vt arteriæ

A Εἰς γὰρ τὸ πλησιώτερον τῇ φύσει τοῦ μεταβαλλομένου, ῥᾴων ἡ μεταβολή. καὶ διὰ τοῦτο, τῷ αἵματι ῥᾷστον μὲν γενέσθαι σαρκί, χαλεπώτερον δὲ ὑμένι, καὶ νεύρῳ, καὶ φλεβὶ, καὶ ἀρτηρίᾳ, καὶ χιτῶνι. πρῶτον μὲν οὖν ἕλκει τὰ μέλλοντα θρέψασθαι τὸν οἰκεῖον ἕκαστον ἐκ τοῦ αἵματος χυμὸν, ὡς Ἱπποκράτης ἐγίνωσκεν, ἀποδέδεικται δὲ ἡμῖν ἐν ἑτέροις ἐπὶ πλέον, αὐτά τε ταῦτα, καὶ ὡς τὸ μὲν παχυτέρου δεῖται τοῦ αἵματος, τὸ δὲ, λεπτοτέρου, καὶ τὸ μὲν θερμοτέρου, τὸ δὲ ψυχροτέρου, καὶ τὸ μὲν φλεγματωδεστέρου, τὸ δὲ μελαγχολικωτέρου. ἀτὰρ οὖν καὶ ἀκριβεστέρου, καὶ καθαρωτέρου δεῖταί τινα, καὶ αὖ-
B θις ἕτερα μὲν καθαρωτέρου, τὰ δὲ ὀῤῥωδεστέρου. καὶ δὴ καὶ τελεωτάτου κατειργασμένου, τοῖς δὲ οὐδὲν ἐμποδίζει κἂν μὴ τοιοῦτο ᾖ τὸ θρέψον, μετὰ δὲ τὴν εἰς ἕκαστον μορίων ὁλκὴν τοῦ οἰκείου χυμοῦ, τὸ μὲν ἑλχθὲν εἰς πολλὰ μέρη διαλυθὲν, ἀτμοειδῶς προστίθεται τοῖς ἕλξασι, μεταβαλλόμενον ἐν χρόνῳ πλείονι. δέδεικται γὰρ καὶ τοῦτο. προσφύει δὲ αὐτὸ κατὰ τὴν πολυχρόνιον μονὴν, ἑαυτῷ τὸ ἕλξαν τε, καὶ ὁμοιοῦσθαι. μὴ τοίνυν δοκεῖ γεγονέναι μὲν ἐξ ἀρχῆς ἕκαστον τῶν πρώτων τοῦ ζώου μορίων ἐκ
C σπέρματος, ἄλλην δὲ αὐτῶν εἶναι τὴν ἐσχάτην καὶ οἰκειοτάτην τροφήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

Τὴν τοῦ σπέρματος γένεσιν ἐκ τοῦ αἵματος.

ΟΠως οὖν αὐτὴ γίνεται, ῥᾷστον μὲν ἂν ἡμῖν διὰ βραχέων ἀποφήνασθαι, βούλομαι δὲ ἀπόδειξιν προσθεῖναι τῷ λόγῳ, καὶ μάλιστα ὅτι τῆς ἐνεστώσης πραγματείας οἰκειότατόν ἐστιν. ὥσπερ οὖν, ὁπότε περὶ χρείας τε καὶ δυνάμεως
D σπέρματος ὁ λόγος ἦν, ἀπὸ τῶν ἐναργῶς φαινομένων ἀρξάμενοι, καὶ λέγοντες ἐν ταῖς μήτραις μένειν τὸ σπέρμα, ἡνίκα κυήσειν μέλλοι τὸ ζῷον, ἐντεῦθεν συνελογισάμεθα· κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οἶμαι, καὶ νῦν ἀπὸ τῶν φαινομένων ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ἄρξασθαι προσήκει. φαίνεται τοίνυν ἀρτηρία, καὶ φλὲψ, ἐφ' ἑκάτερον ἰοῦσαι τῶν ὄρχεων, οὐκ εὐθεῖαν ὁδὸν ὥσπερ ἐπὶ τὰ ἄλλα σύμπαντα, πολυειδῶς δὲ πρότερον ἑλισσόμεναι δίκην ἑλίκων, ἢ κισσῶν. ὅθεν, οἶμαι, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀνατομικοῖς ἀνδράσιν ἐπῆλθε, κισσοειδῆ μὲν ἐνίοις, ἑλικοειδῆ δὲ ἄλλοις ὀνομάσαι τὴν φύσιν αὐτῶν. ἐν δὲ δὴ ταῖς
E πολλαῖς ἕλιξι ταύτης, ἃς ποιοῦνται πρὶν ἐπὶ τοὺς ὄρχεις ἐξικέσθαι, κατὰ βραχὺ λευκαινόμενον ἔνεστί σοι θεάσασθαι τὸ αἷμα. καὶ τέλος ἐπειδὰν ἤδη τοῦ ὄρχεως ἅπτηται τὸ ἀγγεῖον, ἡ τοῦ σπέρματος οὐσία σαφῶς ἐν αὐτῷ φαίνεται. εἰ μὲν δὴ κἀκ τῆς τῶν ὄρχεων φύσεως ἀλλοίωσίν τινα προσλαμβάνει, καὶ ἄλλως ἀμήχανον αὐτῷ συντελεσθῆναι, παρείσθω τό γε νῦν εἶναι σκοπεῖν. ἑπώμεθα δὲ εἰ βούλει τήν γε πρώτην, Ἀριστοτέλει, καὶ ὅτι μηδὲν ἡμῖν συνεργοῦσιν, εἰς σπέρματος γένεσιν οἱ ὄρχεις, ὥστε οὐ τὸ πλεῖστον, ἀλλὰ τὸ σύμπαν, ἥτε ἀρτηρία, καὶ ἡ φλὲψ ἐργάζονται τῆς θορώδους ὑγρότητος.
F φύσις ἄρ' ἐστὶν αὐταῖς γεννητικὴ σπέρματος, ἀλλ' ἐξ αἵματος ἐγέννησαν αὐτὸ, πολυχρονίως ἐν αὐταῖς διατρίψαντος. αὕτη γὰρ καὶ ἡ χρεία τῆς ἕλικος. ἀλλοιοῦσαι δὲ δήπου τὸ αἷμα μεταβάλλουσιν εἰς σπέρμα. τὸ δὲ ἀλλοιοῦν ἅπαν, εἰς τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἄγει τὸ ἀλλοιούμενον, ὅπερ δὴ καὶ φαίνεται. λευκὸν γὰρ καὶ παχὺ, καὶ γλίσχρον ἐστὶ τὸ σπέρμα, πέφυκεν ἐπιτήδειον,

ἀρτηρίας καὶ φλεβὸς σῶμα. φαίνεται δὲ ὁ Ἀριστοτέλης ἐν τούτοις ἡμῖν ὁμολογῶν, ἐπειδὰν φάσκῃ. τοὐναντίον ἄρ' οἷς οἱ ἀρχαῖοι ἔλεγον, λεκτέον. οἱ μὲν γὰρ, τὸ ἀπὸ παντὸς ἀπιόν, ἡμεῖς δὲ τὸ πρὸς ἅπαν ἰέναι πεφυκὸς, σπέρμα ἐροῦμεν. τῆς δ' αὐτῆς ἔχεται γνώμης, κἂν τῷ φάναι. χρησίμου ἄρα περιττώματος μέρος τι ἐστὶ τὸ σπέρμα. χρησιμώτατον δὲ τὸ ἔσχατον, καὶ ἐξ οὗ δὴ γίνεται τὸ ἕκαστον τῶν μορίων, ὅθεν, οἶμαι, θαυμάσειέ τις ἔτι καὶ μᾶλλον αὐτοῦ, κατὰ τὸ πρῶτον βιβλίον περὶ ζώων γενέσεως, ἐν μὲν τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει καθ' ἣν ἀντιλέγει τοῖς ἀρχαίοις ἑαυτὸν, περὶ τῆς τοῦ σπέρματος οὐσίας ἀποδεικνύναι πειρωμένου, τῶν μορίων ἕκαστον ἐξ αὐτοῦ γίνεσθαι, κατωτέρω δ' ὑπ' αὐτοῦ μὲν, οὐκ ἐξ αὐτοῦ δέ. τὸ γὰρ ἐξ οὗ γίνεται, τὸ καταμήνιον εἶναι.

& venæ nutriat corpus. Videtur porrò etiam Aristoteles in his nobiscum sentire, quum inquit, *Contrarium itaque his quæ veteres dicebant, dicendum est. Illi enim ab omni abiens: nos verò ad omne ire à natura aptum semen dicimus.* In eadem sententia hæret etiam quum inquit, *Vtilis itaque recrementi pars aliqua est ipsum semen, vtilissimum autem est extremum, & ex quo sanè vnaquæque pars generatur.* Vnde opinor admirabitur adhuc ampliùs aliquis ipsum, in primo libro de generatione animalium in præscripto quidem sermone, in quo veteribus contradicit, conantem de seminis substantia demonstrare, quòd vnaquæque pars ex ipso generetur. Inferiùs autem ab ipso quidem, non autem ex ipso generari tradentem, ex quo enim generatur, sanguinem menstruum id esse.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

Πότερον αἱ φλέβες, καὶ ἀρτηρίαι τὸ σπέρμα γεννῶσι, καὶ ἀποκοπεῖσαι οὐκ ἀποφύουσιν.

Τάχ' οὖν φαίη τις ἀπορώτερον ἡμῖν γεγονέναι τὸν λόγον. εἰ γὰρ οἷαί τε γεννᾷν εἰσιν αἱ ἀρτηρίαι τε, καὶ αἱ φλέβες τὸ σπέρμα, διὰ τί τοῖς ἀποκοπεῖσιν ἑαυτῶν μέρεσιν οὐκ ἀποφύουσιν ἕτερα ἀντ' αὐτῶν. διττὴ δ' ἂν εἴη καὶ ἡ πρὸς τοῦτο ἀπόκρισις. ἡ μὲν ἑτέρα, διότι φλέβας ἐθεασάμεθά τινες ἤδη γεγεννημένας ἐν ἕλκεσι μεγάλοις, ὥσπερ καὶ ἡμεῖς αὐτοὶ κατά τε ἄλλα τινὰ μόρια, καὶ κατὰ τὴν κεφαλὴν ἱκανῶς ἀξιολόγους τε, καὶ πολλάς. ἑτέρα δὲ, ἣν οὐκ ἀπόκρισιν ἴσως ἐάσει τις ὀνομάζεσθαι τῶν περὶ λέξιν ἐσπουδακότων, ἀλλὰ διέξοδον. ἐρῶ γὰρ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν οὔτε πολλοῖς ὤφθησαν ἐν ἕλκεσι γεννηθεῖσαι φλέβες, ἀλλ' ὀλιγίστοις παντάπασιν. ἀρτηρίαν δὲ, καὶ νεῦρον οὐδεὶς οἶδεν, οὐδὲ κατὰ τὸ σπάνιόν τινι γεννηθέντα. ταυτὶ μὲν οὖν ὀλίγον ὕστερον ἐροῦμεν, ὡς μηδὲν λείπῃ τῷ λόγῳ. πρὸς Ἀριστοτέλη δὲ πρότερον ἐν οἷς ἔλεγον ἐπιθεῖναι βούλομαι τελευτὴν, ἀποφηνάμενον ἀχρήστους εἰς τὴν τοῦ σπέρματος γένεσιν εἶναι τοὺς ὄρχεις. ἐξ ὧν γὰρ οὕτω γινώσκει, τῇ φλεβὶ, καὶ τῇ ἀρτηρίᾳ τὴν γένεσιν αὐτοῦ παραχωρεῖ, ταῖς εἰς τοὺς ὄρχεις φερομέναις. οὐ δήπου δὲ ταύταις μὲν ὑπάρχει φύσις, ὡς γεννᾷν σπέρμα, ταῖς δ' ἄλλαις οὐχ ὑπάρχει. ἀλλ' εἰ καὶ κατ' ἄλλην τινὰ τοῦ ζώου χώραν ἀρτηρία καὶ φλὲψ ὁμοίως ἦσαν ἐλελιγμέναι, καὶ κατ' ἐκείνην ἂν ἐφαίνετο τοιοῦτος χυμός. εἴπερ οὖν γεννῶσι, καὶ τρέφονται πρὸς αὐτοῦ. ἀλλ' ἡ γένεσις τοιαύτη, οὐδὲν ἐστὶν ὅμοιον τῷ διαφορηθέντι, ἡ θρέψις δὲ, μόρια γεννᾷ τῶν τρεφομένων ὅμοια τῷ διαφορηθέντι. ἀλλ' οὐκ ἐξ ἄλλης μὲν ὕλης ἐγεννήθη μὲν τὸ ὅλον ἀγγεῖον, ἐξ ἄλλης δὲ νῦν αὐτοῦ γεννᾶται τὰ μέρη. δῆλον οὖν ὡς εἴπερ ἐξ ὑγρότητος τρέφεται θορώδους, ἐκ τοιαύτης καὶ κατ' ἀρχὴν ἐγίνετο. πρὸς Ἀριστοτέλη μὲν αὐτάρκης ὁ λόγος. ἀναλάβωμεν δὲ ἅπερ ἔμπροσθεν ἀνεβαλλόμεθα. πρῶτον μὲν ὡς ὀλιγάκις ὤφθη φλὲψ γεννηθεῖσα, δεύτερον δὲ, ὅτι τῶν ἄλλων οὐδὲν ὤφθη. τὸ γὰρ ἐπιτρεφόμενον ἀγγεῖον τῇ προϋπαρχούσῃ φλεβὶ, ταύτῃ γὰρ δηλονότι συνεχές ἐστιν, οὐκ ἐν ἁπάσῃ τῇ φύσει τοῦ σώματος ὕλην ἄφθονον εἰς γένεσιν ἔχει. ἂν τοίνυν οὐδὲ φθάσῃ σὰρξ ἐν κύκλῳ περιπεφυκυῖα τῷ στόματι τῆς ἀποκεκομμένης φλεβὸς, οὐδ' ἂν ἐξ ὑγροῦ ποτε δαψιλοῦς ὕλης ἀπορήσῃ, δυνήσεται γεννῆσαι. χρὴ τοίνυν, ἅμα μὲν ἐρρωμενεστάτην εὑρεθῆναι τὴν ἐν ταῖς ἀποκεκομμέναις φλεψὶ δύναμιν. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ

CAPVT XIII.

An venæ & arteriæ semen generent, & abscisæ regenerentur.

Fortassis igitur dixerit quispiam magis dubium & obscurum nobis factum esse sermonem. Si enim arteriæ & venæ semen generare possunt, cur amputatis partibus ipsarum, non alias pro ipsis producunt? Duplex autem fuerit & ad hoc responsio. Altera quidem, quòd iam aliqui viderint venas in magnis vlceribus natas, quemadmodum & nos ipsi, tum in aliis quibusdam partibus, tum in capite satis memorabiles & multas. altera verò, quam neque responsionem fortassis appellari permittet, sed vagum excursum, siue explicationem, si quis circa dictionem magis est studiosus; referam enim causam, ob quam non multis visæ sunt venæ in vlceribus renatæ, sed omnino paucissimis, arteriam verò & neruum nemo vidit, neque vel rarò cuipiam regenerata. Hæc quidem igitur paulò post dicemus, vt nihil desit sermoni. His verò quæ ex Aristotele adduxi priùs finem imponere volo. Nimirum quòd testes ad seminis generationem inutiles esse pronunciauit. Vt enim hoc ita statuat, venæ & arteriæ generationem ipsius concedit, eis videlicet quæ in testes deferuntur. Non autem quòd his quidem natura insit generandi seminis, aliis verò non insit: verùm si etiam in alio quopiam animalis loco arteria & vena similiter essent inuoluta, etiam iuxta illum ipsum huiusmodi humor appareret. Si itaque generant, etiam nutriuntur ab ipso, sed nutritio & generatio nihil simile habent ad id quod ita est exhaustum & consumptum, & pars fuit id quod consumptum est, eorum quæ nutriuntur. Nutritio partes generat eorum quæ nutriuntur, sed non ex alia materia generatum est totum vas, ex alia nūc ipsius generantur partes. Manifestum igitur est quòd si quidem ex seminali humore nutritur, ex eiusmodi etiam in principio fuit generatum. Et ad Aristotelem quidem sufficit hic sermo. Repetamus autem quod dicere distulimus, primùm quidem quòd vena rarò visa est regenerata, deinde quòd reliquorum nullum visum est. Vas namque quod præexistenti venæ innutritur (huic enim cohæret) non in omni corporis natura largam & copiosam materiam ad generationem habet. Si itaque neque caro præoccupauerit, in osculo præcisæ venæ orbiculatim enascens, neque larga materia humoris destituetur, poterit vtique regenerari. Oportet igitur simul robustissimam reperiri in præcisis venis facultatem: hæc enim est

opifex eius quæ innascitur: simul autem & materiam seminalem tantam, vt ne à præoccupante carne quæ excrescere solet, osculum claudatur. rarissimè autem contingit ambo hæc simul in vnum concurrere. Si itaque in vena quæ simplicem & tenuem tunicam habet, rara est generatio: nihil vtique mirum est in arteria, quæ sextuplam respectu venæ crassitiem habet, non rarum, sed impossibile esse generari, propterea quòd & tantæ materiæ præparatio impossibilis extet. Sic autem & singula alia, quæ ex semine generationem habent, ob largæ materiæ penuriam rursus non nascuntur. Tantum enim nullibi aceruatim contentum semen reperire licet, quantum vnumquodque eorum quæ deperdita sunt, indiget ad generationem. quin & quum per multum tempus coaceruari posset, à præoccupante carnis generatione impeditur. Verùm iuxta primam ex semine generationem, coaceruatus adhuc est humor, ex quo vasa ipsa formantur. Opifex autem ipsius duplex est, tum facultas quæ in ipso semine est, tum quæ in vteri vasis, quibus allapsum est. In vlceribus namque ob largæ materiæ inopiam, tantus opifex nobis otiosus erat, in generatione verò animalis in vtero, larga erat materia, & adest ipsi opifex alius, non solùm tangens materiam, sed & per totam ipsam perambulans. Nihil itaque mirum est prima naturæ organa velociter in fœtibus formari, tum ob materiæ copiam simúlque præstantiam, tum ob opificum ipsorum circa actionem efficaciam.

δημιουργοῦσα τὴν ἐπιφυομένην, ἅμα δ' ὕλην ἀφθόνως τοσαύτην, ὡς μὴ φθασθῆναι πρὸς τῆς ἐπιφυομένης σαρκὸς κλεισθῆναι τὸ στόμα. σπανιώτατον δέ ἐστι, συνελθεῖν εἰς ταὐτὸ ἄμφω ταῦτα. εἰ τοίνυν ἐπὶ φλεβὸς, ἁπλοῦν καὶ λεπτὸν ἐχούσης τὸν χιτῶνα, σπανίως ἡ γένεσις, οὐδὲν δήπου θαυμαστὸν ἐπ' ἀρτηρίας, ἑξαπλάσιον ἡ κατὰ φλέβα τὸ πάχος ἐχούσης, οὐ σπάνιον, ἀλλ' ἀδύνατον γενέσθαι. διότι καὶ ἡ τοσαύτης ὕλης παρασκευὴ ἀδύνατος. οὕτω δὲ δήπου καὶ τῶν ἄλλων ἕκαστον, οἷς ἐκ σπέρματος ἡ γένεσις, ἀπορίᾳ δαψιλοῦς ὕλης αὖθις οὐ φύεται. τοσοῦτο γὰρ οὐδαμόθι περιεχόμενον ἀθρόον σπέρμα δυνατόν ἐστιν εὑρεῖν, ὅσου δεῖται πρὸς τὴν γένεσιν ἕκαστον τῶν ἀπολομένων. ἀλλὰ καὶ χρόνῳ πλείονι συναθροίζεσθαι μέλλον, φθανούσης τῆς σαρκώσεως ἴσχεται. κατὰ δὲ τὴν πρώτην ἐκ τοῦ σπέρματος γένεσιν, ἀθρόον μὲν ἔτι τὸ ὑγρὸν, ἐξ οὗ τῶν ἀγγείων ἡ διάπλασις. δημιουργὸς δ' αὐτοῦ διττὸς, ἥ τ' ἐν αὐτῷ τῷ σπέρματι δύναμις, ἥ τ' ἐν τοῖς τῆς μήτρας ἀγγείοις, οἷς προσέπεσεν. ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἑλκωμάτων, ἀπορίᾳ δαψιλοῦς ὕλης, ἀργὸς ἦν ἡμῖν τοσοῦτος δημιουργός. ἐπὶ δὲ τῆς ἐν τῇ μήτρᾳ τοῦ ζώου γενέσεως ἥ τε ὕλη δαψιλὴς, καὶ σύνεστιν αὐτῇ δημιουργὸς ἕτερος, οὐ ψαύων μόνον τῆς ὕλης, ἀλλὰ καὶ δι' ὅλης αὐτῆς διαπεφοιτηκώς. οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν, ἐν τάχει διαπλάττεσθαι τοῖς κυουμένοις τὰ πρῶτα τῆς φύσεως ὄργανα, τῇ τε τῆς ὕλης ἀφθονίᾳ τε ἅμα, καὶ ἀρετῇ, καὶ τῇ τῶν δημιουργούντων αὐτὰ ἐνεργείᾳ.

CAPVT XIV.

Vtrum totum à testibus semen gignatur?

QVando verò & de his iam demonstratum est, ad id quod restat ex dilatis progrediar. Ad Aristotelem equidem expeditissimus sermo fuit, testes seminis generatione priuantem. Si enim illi non generant ipsum, manifestum est quod arteria & vena. Verùm non conuenit Aristotelis ignorantiam pro refugio habere, & tantum dogma demonstratum relinquere, ne fortè aduersarius quispiam exprobret nobis, quòd simulemus quidem nos veritatem amare, arripiamus autem sermones magis quàm demonstremus. Non etenim si Aristoteles ignorauit testiũ facultatẽ, ob id etiam nos conuenit vasis pampiniformibus omnem permittere seminis generationem. atque ego sanè fatear me pudore confundi, si ipsis omnem permitterem. verùm hoc quidem promptè in Aristotelis gratiã arripui, vt ne mihi longior aduersus ipsum sermo extenderetur. Redeo autem rursus ad eos qui putant omne semen à testibus generari, ac primum quidem interrogo, Quidnam tãdem in vasis quæ ad ipsos deferũtur supernè apparet contentũ? siquidem solorum testium opus est? Quemadmodũ enim in ventre ac intestinis sanguinẽ reperire non datur, propterea quòd nihil in totum ad generationem ipsius conferunt: Sic neque in ipsis vasis semẽ fuerit, vtpote nihil adiuuantibus eius generationẽ. Sequitur autem vt obuolutionis quæram vsum. possibile enim, opinor, erat dicere. Melius & facilius esse, vt vasa citra huiusmodi in ipsis materiam, rectà ad testiculos procederent, si mortuas & alterare nequeuntes vasorum tunicas statuunt, vtpote quæ materiam multo tempore in eis versatam alterare non possint; aut si concedunt quidem hoc, & secundum sui ipsorũ naturam eas alterationem facere volunt: verùm & hoc adhuc absurdius est,

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔʹ.

Πότερον ἅπαν ὑπὸ τῶν ὄρχεων γεννᾶται τὸ σπέρμα;

ΕΠεὶ δὲ καὶ περὶ τούτων ἀποδέδεικται, τὸ καταλοιπον τῶν ἀναβληθέντων δίειμι. πρὸς μὲν γὰρ τὸν Ἀριστοτέλη ῥᾷστος ὁ λόγος ἐγένετο, τοὺς ὄρχεις ἀποστερήσαντα τῆς τοῦ σπέρματος τὴν γένεσιν. εἰ γὰρ οὐκ ἐκεῖνοι γεννῶσιν αὐτὸ, πρόδηλον ὡς ἡ ἀρτηρία τε, καὶ ἡ φλέψ. ἀλλ' οὐ χρὴ τὴν Ἀριστοτέλους ἄγνοιαν ἕρμαιον ἡγησαμένους, ἀναπόδεικτον καταλιπεῖν τηλικοῦτο δόγμα, ὅπως μὴ καὶ τῶν ἀντιλογικῶν ἐπιτιμήσῃ τις ἡμῖν, ὡς προσποιησαμένοις μὲν ἀλήθειαν ἐρᾶν, ἁρπάζουσι δὲ τοὺς λόγους μᾶλλον, ἢ ἀποδεικνύουσιν. οὐ δήπου γὰρ, εἰ Ἀριστοτέλης ἠγνόησε τῶν ὄρχεων τὴν δύναμιν, ἡμᾶς χρὴ διὰ τοῦτο, τοῖς ἑλικοειδέσιν ἀγγείοις ἐπιτρέπειν ἅπασαν τοῦ σπέρματος τὴν γένεσιν. κἀγὼ φαίην ἂν πρὸς αὐτοὺς, ὡς αἰσχυνοίμην ἂν αὖθις εἰ ἐπιτρέποιμι ξύμπασαν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ἑτοίμως ἔλαβον Ἀριστοτέλους ἕνεκεν, ὅπως μὴ μακρὸς ὁ πρὸς αὐτόν μοι γίγνοιτο λόγος. ἥκω δ' αὖθις ἐπὶ τοὺς οἰομένους, ἅπαν ὑπὸ τῶν ὄρχεων γεννᾶσθαι τὸ σπέρμα, καὶ πρῶτον μὲν ἐρωτῶ. τί δήποτε ἐπ' αὐτοὺς καταφερομένοις ἐν τοῖς ἄνωθεν ἀγγείοις φαίνεται περιεχόμενον, εἴπερ μόνον τῶν ὄρχεων ἔργον ἐστίν; ὥσπερ γὰρ οὐκ ἔστιν εὑρεῖν ἐν τῇ γαστρὶ καὶ τοῖς ἐντέροις, αἷμα, διότι μηδὲν ὅλως εἰς γένεσιν αὐτοῦ συντελοῦσιν, οὕτως οὐδ' ἂν ἐν τοῖς ἀγγείοις ἦν τὸ σπέρμα, μηδὲν συμπραττουσιν. ἑξῆς δὲ, τῆς ἕλικος αὐτῆς αὐτὸν ἐρωτήσω τὴν χρείαν. δυνατὸν γὰρ ἦν, οἶμαι, μᾶλλον εἰπεῖν, ἄμεινόν τε, καὶ ῥᾷστον, εὐθὺ τῶν ὄρχεων ἰέναι τοῖς ἀγγείοις ἄνευ τῆς τοιαύτης ὕλης ἐπὶ τούτοις, εἰ νεκροὺς καὶ ἀδυνάτους ἀλλοιοῦν ὑποτίθενται τῶν ἀγγείων τοὺς χιτῶνας, ὕλην πολυχρονίως ὁμιλοῦσαν. ἢ εἰ συγχωροῦσι μὲν τοῦτο, καὶ κατὰ τὴν ἑαυτῶν δὲ φύσιν ἀξιοῦσιν αὐτοὺς ποιεῖσθαι τὴν ἀλλοίωσιν, ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἀτοπώτερον ἔτι,

καὶ ὅμοιον, ὡς εἴ καὶ τὸ πῦρ φαίη τις ψυχρὸν ὄν, θερμαίνειν. οὐδὲν γὰρ ἄλλο ἐστὶν ἡ κατὰ ποιότητα μεταβολή, καὶ ἀλλοίωσις ἢ τοῦ πάσχοντος ὁμοίωσις τῷ δρῶντι. καὶ μὴν εἰ καὶ τοῦτο συγχωροῖτο, παχὺ, καὶ γλίσχρον, καὶ λευκὸν ἐργάσονται τὸ ἀλλοιούμενον, ὅπερ οὐδὲν ἄλλο ἐστίν, ἢ τοῦ σπέρματος αὐθις ἀναθεῖναι τὴν γένεσιν. ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐνταῦθα κείσθω.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΕ'.

Πρὸς τινας ἰατροὺς τοὺς δόξαντας οὐδὲν εἰς σπέρματος γένεσιν ὄρχεις συντελεῖν.

ΤΟ δ' ἕτερον μέρος τοῦ λόγου διέλθωμεν, ἐπειδὴ καὶ τῶν ἰατρῶν ἔδοξαν τισιν, οὐδὲν εἰς σπέρματος γένεσιν οἱ ὄρχεις συντελεῖν, ἐξευρήκασι δ' οἱ πλεῖστοι πιθανὰς ἀποδείξεις, καὶ τοῖς ἐρωτῶσι τὴν αἰτίαν διδόασι· διὰ τί μᾶλλον τῶν ἄλλων θερμανθέντων καὶ ψυχθέντων αἴτιον γίνονται, εἰ μηδὲν εἰς σπέρματος γένεσιν συντελοῦσιν, ὧν ἀποκρίσεων ἐνίας Ἀριστοτέλης πρῶτον εἶπεν. οἷον καὶ ὅτι τοιαύτην χρείαν παρέχονται τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις, οἵαν καὶ αἱ λίθαι καλούμεναι, κατὰ τοὺς ὀρθίους ἱστούς. κατασπῶντες γὰρ αὐτοὺς, αὔξουσι τὴν ἐπαναδίπλωσιν, ἣν ἐκεῖνός φησι χρήσιμον ὑπάρχειν εἰς τὸ στασιμωτέραν γίνεσθαι τὴν κίνησιν τοῦ σπερματικοῦ περιττώματος. ἀφαιρεθέντων δέ, ὥς φησιν, ἀνασπᾶται· ἀλλὰ ψυχθέντες γε σφοδρῶς, ἀγόνους ποιοῦσι, καίτοι κατασπᾶν γε ἔτι δύνανται. τί ποτ' οὖν καί φησιν, ὅτι καὶ σπερματικῶν ἀγγείων ἡ ψύξις, οὐχὶ τῶν ὄρχεων αὐτῶν αἰτία τῆς ἀγονίας ἐστί; διὰ τί τοίνυν θλασθέντες; ὅτι συνθλᾶται φησὶ τὰ σπερματικά. διὰ τί δὲ σκιρρωθέντες; ὅτι κἀκεῖνα συσκιρροῦνται. καὶ ὅλως ὅ,τι περ ἂν εἴποι τις πάθος τῶν ὄρχεων ἀγονίας ποιητικόν, ἐκείνου καὶ τὰ σπερματικὰ μετεσχηκέναι φησίν. ἴσως οὖν ἄμεινον ἄνωθεν ἄρξασθαι τοῦ λόγου, περὶ τῆς κατασκευῆς πρότερον ἀκριβῶς διελθεῖν τῶν σπερματικῶν ὀργάνων, ὧν χωρὶς οὐδὲ συνιέναι τῶν λεχθησομένων ἐστίν. ἡ μὲν οὖν ἀρτηρία, καὶ ἡ φλέψ, ἀπὸ τῶν κατὰ ῥάχιν ἀγγείων ὁρμηθεῖσαι, διὰ τῶν λαγόνων φέρονται κάτω, μέχρι περ ἂν ἐξίκωνται πρὸς τὴν καλουμένην ἐπιδιδυμίδα. μόριον δέ ἐστιν αὕτη τοῦ ζώου, κατὰ τῆς κεφαλῆς ἐπικείμενον τοῦ ὄρχεως, ὡς καὶ τοὔνομα ἐνδείκνυται, καὶ σύριγγες πολλαὶ διήκουσιν ἐξ αὐτῆς εἰς τὸν ὄρχιν, ὑγροῦ ὀρρώδους μεσταί. ταύτῃ τῇ ἐπιδιδυμίδι, καὶ ἀρτηρία, καὶ φλὲψ προσπεφύκασι κατὰ τὴν εἰρημένην ὀλίγον ἔμπροσθεν ἕλικα. καί τινα βραχεῖαν ἑαυτῶν ἀπονέμησιν αὐτῇ παρέχουσι, πρὶν ἐμφῦναι τῷ ὄρχει. καὶ μὴν δὴ καὶ ὁ πόρος ὁ σπερματικὸς, ὃν ὀνομάζουσιν ἔνιοι κιρσοειδῆ παραστάτην, ἐντεῦθεν ἀρυόμενος τὴν γονὴν, ἐπὶ τὴν ἔκφυσιν ἀναφέρει τοῦ αἰδοίου. καὶ διὰ τοῦτο, οἶμαι, καὶ Ἡρόφιλον οἰηθῆναι μηδέν τι μέγα συνεργάζεσθαι τῇ γενέσει τοῦ σπέρματος. μέχρι μὲν γὰρ ἐντὸς τῶν λαγόνων ἐστὶν ἡ ἀρτηρία, καὶ ἡ φλέψ, ἅμα τοῖς ἄλλοις ἅπασι σπλάγχνοις, τῷ κοινῷ πάντων καλύπτεται σκεπάσματι, τῷ περιτοναίῳ καλουμένῳ. τὸ δ' ἀπὸ τοῦδε τέτρηται τὸ περιτόναιον ἑκατέρωθεν ἀξιολόγῳ τρήματι, καὶ πόρος ἀπ' αὐτοῦ γίνεται μέγιστος, εἰς τοὺς ὄρχεις καθήκων. ἐν τούτῳ τῷ πόρῳ, καὶ ἡ τῶν ἀγγείων ἕλιξ γεννᾶται, καὶ τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον ἐκ τῆς ἐπιδιδυμίδος ἐκφυόμενον, ἐπὶ τοὺς λαγόνας ἀναβαίνει. ψαῦον μὲν κατὰ τὴν ἔκφυσιν τοῦ ὄρχεως, οὐ μὴν ἐξ αὐτοῦ γε τὴν γένεσιν ἔχον. ἤδη μοι πάλιν ἄνωθεν ἀρξάμενος, καὶ προσέχων ἀκριβέστερον τὸν νοῦν τῷ

& simile, velut si quis ignem frigidum esse dicat & calefacere. Nihil enim aliud est permutatio & alteratio secundum qualitatem, quam assimilatio patientis ad ipsum efficiens. Atqui si etiam hoc concedatur crassum & viscosum, ac album efficient id quod alteratur, quod nihil aliud est, quàm seminis ipsis deferre generationem. atque hactenus quidem de his.

CAPVT XV.

Aduersus quosdam Medicos, qui testes nihil ad seminis procreationem conferre arbitrati sunt.

IAm verò alteram sermonis partem percurramus. Quandoquidem & medicis quibusdam visum est, Testes nihil ad seminis generationem cõferre, & plurimi sanè etiam probabiles demonstrationes inuenerunt, ac interrogantibus causam reddunt. atqui non magis ipsis calefactis quàm perfrigeratis causa vera contingat, si nihil conferunt ad seminis generationem. Verùm responsionum aliquas Aristoteles primùm dixit, verbi gratia: Quòd testes eiusmodi vsum seminalibus vasis exhibent, qualem lapides appensi circa rectas fœminarum telas: trahentes enim ipsas deorsum, augent reduplicationem. quam ille adhoc vtilem existere dicit, vt seminalis recrementi motus stabilior reddatur, vbi verò (vt ille inquit) ablati sunt testes, vasa ipsa retrahuntur; at certè quum perfrigerati sunt vehementer, steriles & non generantes reddunt, quamuis adhuc detrahere possint. Cur igitur tandem dicit etiam, quòd seminalium vasorum perfrigeratio, non ipsorum testium, causa est sterilitatis? Cur igitur vbi hi sunt contusi, steriles faciũt? quia etiam seminalia vasa (inquit) simul cum eis contunduntur. Cur vbi sunt in scirrhum indurati? quod etiam illa simul indurantur. & in totum, quodcunque tandem quis protulerit affectus genus quod testium sterilitatem facit, ex illo etiam vasa seminalia participare ait. Præstiterit igitur fortassis altiùs rem repetere, atque de seminalium organorum constitutione priùs exactè transigere, citra quorum cognitionem neque intelligi queant quæ referentur. Arteria itaque & vena à vasis circa spinam progredientes, per ilia deorsum feruntur, donec perueniant ad epididymidem appellatam. Est autem hæc pars animalis iuxta caput testiculi incumbens, vt & nomen demonstrat, & fistulæ multæ ex ipsa in testem perueniunt seminalis humoris plenæ. Huic epididymidi, & arteria & vena adnata sunt circa paulò antè relatam obuolutionem, & paruam quãdam à seipsis distributionem ipsi exhibent, priusquam in testem inserantur. At verò & seminalis meatus, quem aliqui varicosum adstitem appellant, inde genituram hauriens ad pudendi exortum subuehit. Et ob id puto etiam Herophilum existimasse, eum nihil adeo magnum cooperari ad seminis generationem. Quousque enim intra illa sunt arteria & vena, simul cum aliis omnibus visceribus communi omnibus operculo peritonæo appellato integuntur; hinc verò peritonæum vtrinque memorabili foramine perforatum est, & meatus ab ipso fit maximus ad testes descendens. In hoc meatu & vasorum obuolutio generatur, & vas seminale ex epididymide enascens ad ilia ascendit, contingens quidem iuxta exortum ipsum testiculum, non tamen ex ipso generationem habens. Iam verò rursus altiùs repetens, & animum diligentiùs ser-

moni aduertens, iuxta vtrunque meatum, velut fiſtulam quandam, arteriam cum vena deſcendentem reperias; aſcendens verò ſeminale vas. Inde verò rurſum non ampliùs extra pubis oſſa, ſed per profundum & ſupra ipſa in decliue fertur, donec ad veſicæ perueniat collum, cui continenter cohæret ipſum pudendum. Euidenter itaque manifeſtũ eſt ei qui dicta per diſſectionem conſiderauit, quòd vas ſeminale propterea quòd longiſſimum factum eſt, tantam viam circuncurrit, ſi enim extremè breue eſſet, ab epididymide rectà ad collum veſicæ perueniret; & ſanè ſi intra peritonæum, teſticuli ſiti eſſent, vaſis ſeminalis dimidia pars perderetur, & arteriæ, itémque venæ obuolutio. Quò igitur hæc fieret, & vas ſeminale augeſceret, natura & peritonæi meatum ſecuit, & teſtes infra locauit. Contingit enim ita ſanguinem in vaſis morantem concoqui, & in grumos cogi, & vas ſeminale longiſſimum fieri, quò ampliùs eiaculetur circa vnam actionem ſemen, & ob hoc ipſum vtique varicoſius fecit ipſum iuxta vaſicæ collum, vnde ſanè & nomen ipſi inditum eſt, varicoſi adſtitis. Si quis igitur hæc viderit, admirabitur viros, quibus viſum eſt, teſtes à natura ea gratia productos eſſe vt ſeminalia organa deorſum traherent. Vtrum enim volunt, num vt ea quæ obuolui præſtabat, rectà procedant, aut vt adſtes varicoſus? Moror autem hîc fortaſſis non neceſſariò, quum maximum teſtimonium ex animalibus quæ intra peritonæum teſticulos habent, quemadmodum ſunt & aues. Non enim vtique & his dixerit quiſpiã eos è vaſis ſeminalibus appenſos eſſe, velut lapides ſtaminibus telarum, vtpote quum altiùs in ipſis ſita ſint ſeminaria vaſa. Fortaſſis igitur perturbat quod paulò antè dictum eſt, Quòd vaſis ſeminalis memorabilem longitudinem eſſe oporteat: videtur enim ſitus intra peritonæum dimidiam ipſius partem abſtuliſſe, eam nimirum quæ cum varicoſis vaſis ad teſtem deferebatur. Verùm ſi didiceris hæc animalia tum teſtes habere ſeptum trunſuerſum contingentes, tum ſeminales meatus ampliſsimos; in promptu eſt ſolutio hæſitationis, nam interuallum quod à ſepto tranſuerſo interiacet, magnum eſt, & locus calidus. Quare quantùm ex longa vaſorum obuolutione, & ex ſeminalium meatuum longitudine, ſeminis copia in nobis augeſcit, tantùm in illis ex meatuum amplitudine, & teſticulorum ſitu. Seminales enim meatus tantò plùs poſſident amplitudinis, quantùm longitudine deſtituuntur. Situs verò teſtium in alto factus, propter diſtantiam vaſis ſeminalis memorabilem longitudinem præbuit, propter viſcerum verò calidiſsimorum vicinitatem, non parum ad generationis velocitatem ſemini contulit. Sed hæc quidem ex abundantia. Cæterùm illorum ſermo ſufficienter redargutus eſt, ſolo ſitu teſtium conuictus, non minùs quàm per ea quæ antea dixi. Redargui autem poſſit vel maximè etiam per hæc: Oportet enim iam nos commemorare quod omnes ferè tum medici, tum naturales philoſophi de vſu & facultate teſtium ignorantes negligunt, Quòd in his quibus hi executi ſunt citra epididymidis contactum, nihil patitur vas ſeminarium. Deperit autem animalibus non ſolùm ſeminis emiſsio (refugium enim erat hoc his qui rebus venereis abſtinere volunt) ſed & virilitas, & (vt ita dicam) maſcula natura. Sic verò etiamſi animalis fœminæ teſticulos excindas, neque libidine concitatur vnquam tale

A λόγῳ καθ' ἑκάτερον πόρον, οἷόν αὐλόν τινα τὴν μὲν ἀρτηρίαν ἅμα τῇ φλεβὶ καταφερομένην εὕροις ἄν, ἀναφερόμενον δὲ τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον. ἐντεῦθεν δὲ πάλιν, οὐκ ἔτι ἔξωθεν τῶν τῆς ἥβης ὀστῶν, ἀλλὰ διὰ βάθους τε, καὶ ἐπ' αὐτοῖς εἰς τὸ κάταντες φερόμενον, ἄχρις ἂν ἐπὶ τὸν τῆς κύστεως ἐξικνῆται τράχηλον, ᾧ συνεχὲς ὑπάρχει τὸ αἰδοῖον. ἄντικρυς οὖν δῆλόν ἐστι τῷ κατεσκεμμένῳ τὰ εἰρημένα διὰ τῶν ἀνατομῶν, ὡς τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον, διὰ τὸ μακρότατον γίνεσθαι, τοσαύτην ὁδὸν περιέρχεται. βραχὺ γὰρ ἂν ὂν ἐσχάτως, ἀπὸ τῆς ἐπιδιδυμίδος εὐθὺ τοῦ τραχήλου τῆς κύστεως ἀφίκοιτο. καὶ μὲν B δὴ καὶ εἴπερ ἐντὸς τοῦ περιτοναίου τῶν ὄρχεων ἡ θέσις ἐγένετο, τοῦ σπερματικοῦ τὸ ἥμισυ μέρος ἀπώλετο, καὶ ἡ τῆς ἀρτηρίας τε, καὶ φλεβὸς ἕλιξ. ὅπως οὖν ἐκείνη τε γένοιτο καὶ τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον αὐξηθείη, τόν τε τοῦ περιτοναίου πόρον ἡ φύσις ἐτέμετο, καὶ τοὺς ὄρχεις ἔταξε κάτω. συμβαίνει γὰρ οὕτως, ἐν μὲν τοῖς ἀγγείοις χρονίζον τὸ αἷμα πέττεσθαί τε, καὶ θρομβοῦσθαι. μακρότατον δὲ γίνεσθαι τὸ σπερματικόν, ὅπως πλέον ἐξακοντίζοι κατὰ μίαν ἐνέργειαν τὸ σπέρμα. δι' αὐτό γέ τοι τοῦτο κιρσωδέστερον ἐποίησεν αὐτό, πλησίον τοῦ τραχήλου τῆς κύστεως, ὅθεν καὶ τοὔνομα αὐτῷ κιρσοειδὴς ἐτέθη παραστάτης. εἴ τις C ταῦτα θεάσαιτο, θαυμάσει τῶν ἀνδρῶν ὅσοις ἔδοξεν, ἕνεκα τοῦ κατασπᾶσθαι τὰ τοῦ σπέρματος ὄργανα, τοὺς ὄρχεις ὑπὸ τῆς φύσεως γεγονέναι. πότερον γὰρ οἷς ἄμεινον ἦν ἑλίττεσθαι, ταῦτ' εὐθύνεσθαι θέλουσιν, ἢ τὸν κιρσοειδῆ παραστάτην; διατρίβω δὲ ἴσως οὐκ ἀναγκαίως ἐν τῷδε, μέγιστον ἔχων μαρτύριον, ὅσα τῶν ζώων ἐντὸς τοῦ περιτοναίου κέκτηται τοὺς ὄρχεις ὥσπερ καὶ οἱ ὄρνιθες. οὐ γὰρ δὴ καὶ τούτοις γε φήσει τις ἐξῆφθαι τῶν σπερματικῶν ἀγγείων, ὥσπερ τὰς λείας, ἐφ' ὑψηλοτέρου κειμένων αὐτοῖς τῶν σπερματικῶν. ἴσως οὖν γε ταράττει τὸ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένον, ὡς χρὴ μῆκος ἀξιόλογον D ὑπάρχειν τῷ σπερματικῷ. δοκεῖ γὰρ ἡ ἐντὸς τοῦ περιτοναίου θέσις, ἀφαιρεῖσθαι τὸ ἥμισυ μέρος αὐτοῦ, τὸ καταφερόμενον ἅμα τοῖς κιρσώδεσιν ἀγγείοις ἐπὶ τὸν δίδυμον. ἀλλ' εἰ μάθοις, τούς τε ὄρχεις ἔχειν ταῦτα τὰ ζῶα τῶν φρενῶν ψαύοντας, εὐρυτάτους τε τοὺς σπερματικοὺς πόρους, ἑτοίμη τῆς ἀπορίας ἡ λύσις. ἀπό τε γὰρ τῶν φρενῶν, ἱκανὸν τὸ μεταξὺ διάστημα, καὶ τὸ χωρίον θερμόν, ὥστε ὅσον ἐκ τῆς μακρᾶς ἕλικος τῶν ἀγγείων, καὶ τοῦ μήκους τῶν σπερματικῶν εἰς πλῆθος ἐφ' ἡμῶν ὠφελεῖται τὸ σπέρμα, τοσοῦτ' ἐπ' ἐκείνων, ἔκ τε τῆς τῶν πόρων εὐρύτητος, καὶ τῆς θέσεως τῶν ὄρχεων. οἱ μὲν γὰρ σπερματικοὶ E πόροι, τοσοῦτον ἐπλεονέκτησαν τῆς εὐρύτητος, ὅσον ἀπολείπονται τοῦ μήκους. ἡ δὲ θέσις τῶν ὄρχεων ἐφ' ὑψηλοῦ γενομένη, διὰ μὲν τὴν ἀπόστασιν, ἐχαρίσατο τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις ἀξιόλογον μῆκος, διὰ δὲ τὴν τῶν θερμοτάτων σπλάγχνων γειτνίασιν, εἰς τάχος γενέσεως, οὐ σμικρὰ τῷ σπέρματι συνετέλεσεν. ἀλλὰ ταῦτα μέν, ἐκ περιουσίας. ὁ δ' ἐκείνων λόγος αὐτάρκης ἐξελήλεγκται, μόνῃ τῇ θέσει τῶν ὄρχεων ἐξεληλεγμένος, οὐδὲν ἧττον, καὶ δι' ὧν ἔμπροσθεν εἶπον, οὐχ ἥκιστα δ' ἂν ἐλεγχθείη, καὶ διὰ τῶνδε. χρὴ γὰρ ἤδη διελθεῖν ἡμᾶς ὃ παρορῶσιν ἅπαντες σχεδὸν ἰατροί τε, καὶ φυσικοὶ φιλόσοφοι, F περὶ χρείας τε, καὶ δυνάμεως ὄρχεων, οὐ γινώσκοντες, ὡς ἐπὶ τῶν ἐκτμηθέντων αὐτοὺς ἄνευ τοῦ ψαῦσαι τῆς ἐπιδιδυμίδος, οὐδὲν πάσχει τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον. ἀπόλλυται δὲ τῶν ζώων οὐ τὸ σπερμαίνειν μόνον, ἕρμαιον γὰρ ἦν τοῦτο τοῖς τῶν ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι βουλομένοις, ἀλλὰ καὶ ἡ ἀνδρία τε, καὶ ὡς ἂν εἴποι τις ἀρρενότης. οὕτω δὲ καὶ εἰ θήλεος ζώου τοὺς ὄρχεις

ἐκτεμνομένοις, οὔτ' ὀργᾷ ποτε τὸ τοιοῦτο, οὔτε προσίεται τοῦ ἄρρενος ἀφροδισίου κοινωνίας ἕνεκεν, ἀπόλλυσί τε ὡς ἂν εἴποι τις, τὴν θηλύτητα. τὰς γοῦν θηλείας ὗς ἐκτέμνουσιν οἱ παρ' ἡμῖν, οὐ μόνον ἐπὶ τῆς Ἀσίας, ἀλλὰ κἀν τοῖς ὑπερκειμένοις ἔθνεσιν ἄχρι Καππαδοκίας, καὶ γίνονται πᾶσαι παραπλήσιαι τοῖς εὐνουχισθεῖσιν, ἱκανῶς εὐτραφεῖς τε, καὶ πίονες, ἥδιόν τε τὸ κρέας ἔχουσι τῶν ἄλλων θηλειῶν, ὥσπερ καὶ οἱ ἄρρενες τῶν ἀρρένων. οὐ μὴν ὁμοίως ἀκίνδυνος ἡ ἐξαίρεσις τῶν τῆς θηλείας ὀρχεῶν ἐστι, διὰ τὸ χωρίον ἐν ᾧ κεῖνται. τοῖς γὰρ τῶν μητρῶν πλαγίοις μέρεσι παράκεινται καθ' ἑκάτερον, εἰς ἀρτηρίαν μὲν, καὶ φλέβα, καθάπερ καὶ οἱ τῶν ἀρρένων, λαμβάνοντες ἑλικοειδῶς ἐμφυόμενον ἑαυτοῖς ἀγγεῖον σπερματικὸν εἰς ἑκάτεραν τῶν κεραιῶν περαῖνον. ἀναγκαῖον οὖν ἐστι διαιρεῖν τοὺς λαγόνας ἑκατέρους, εἴ τις ἐκτέμνειν βούλοιτο, κἀν τούτῳ μείζων ὁ κίνδυνος, ἤπερ ἐπὶ τῶν ἀρρένων. ταύτην οὖν τηλικαύτην ὑπάρχουσαν τοῖς ὄρχεσι τὴν δύναμιν, οὐκ οἶδ' ὅπως ἅπαντες παρεωράκασι, καὶ περὶ τοῦ συντελεῖν αὐτούς, ἢ μὴ συντελεῖν τῷ σπέρματι ζητοῦσιν. εἶθ' οἱ μὲν ἐσχάτως ἐσφάλησαν, ὡς καὶ τοῦτο αὐτῶν ἀφαιρεῖσθαι, τινὲς δὲ γεννᾶσθαι μὲν ὑπ' αὐτῶν ἔφασαν τὸ σπέρμα, τί δὲ συμβαίνει τῷ παντὶ ζώῳ, δι' ὃ ψυχρότερόν τε, καὶ ἀσθενέστερον εὐνουχισθὲν ἀποτελεῖται, ζητῆσαι παρέλιπον; ἀλλ' εἴπερ τὸ σπερμαίνειν μόνον, ἄλλο δ' οὐδὲν ἀπόλλυται τῶν ὄρχεων ἀρθέντων, ὅτι συνδιασπᾶται, καθάπερ ἐκεῖνοί φασι τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον, ἓν ἂν ἦ μόνον ἐπὶ τῆς τομῆς αὐτῶν τὸ βλάβος, μὴ δύνασθαι φῦσαι παῖδας. ὥστε οὖν τῶν παίδων οὐδεμία φροντίς, ἀλλ' εἴτε στεφανίτης ἀγῶνας ἀναιρεῖσθαι μᾶλλον ἐσπούδασεν, ἤ τινα τοιαύτην ἄλλην ὑπόθεσιν ἐπανῄρηται, δεῖν οὐκ ἀγαθὸν ἁγνεύειν ἔγνωμεν, οὐδ' ἂν εἴη τοῦτο ἐκτομῆς ὄρχεων. ὥρα τοίνυν ἡμῖν ἐστι τῶν ἀσκούντων ὀλύμπια τοὺς ὄρχεις ἐκτέμνειν, ὡς οὐ μόνον ἐκείνοις γε παίδων γενέσεως οὐδεμία φροντίς, ἀλλὰ καὶ παντὸς ὁτουοῦν ἄλλο μέρος ἑτοίμως ἐπιδώσουσι τῆς νίκης ἕνεκεν, ἀλλ' οὐκ ἀσφαλὴς ἡ τομή, συνεκτέμνουσα τοῖς ὄρχεσι τὴν ἰσχὺν τοῦ σώματος ἅπαντος. ἢ εἰ μὴ τοῖς ὄρχεσι τὴν ἰσχύν, ἀλλ' ὡς ἂν ἐκείνων τις ἴσως εἴποι τοῖς πόροις τοῖς σπερματικοῖς, ἐχρῆν καὶ τοῦτο διασκέψασθαι καθ' ὅν τινα τρόπον γίνεται. καίτοι γοῦν οὐδ' ἐκτέμνεται τούτων οὐδέτερος, ἀλλ' ἀποσπῶνται μόνον ἀπὸ τῶν ὄρχεων, ὥστε εὔλογον, οὐ διὰ τὸ μένον ἐστὶ καὶ σωζόμενον, ἀλλὰ διὰ τὸ τελέως ἀπολλύμενον ἐκ τοῦ ζώου μόριον ἀπόλλυσθαι τὴν ἀρρενότητα, καὶ τὴν ἰσχύν. ἆρά σοι δοκοῦσι καθάπερ αἱ λᾶαι τοῖς ἱστοῖς, οὕτως οἱ ὄρχεις τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις προσκεῖσθαι; ἀλλ' οὐχὶ μόνον ἐγγὺς ἥκειν τῇ χρείᾳ τῆς καρδίας αὐτῆς; ἀποψύχονται γοῦν οἱ ἀπολέσαντες αὐτούς, ἑτέραν ἀρχὴν ἐμφύτου θερμότητος ἀφῃρημένοι, καὶ καταπίπτει πᾶς ὁ τόνος αὐτοῖς, ὡς εἰ καὶ γεγηρακότες ἔτυχον. οὔτ' εὐρεῖα φλέψ, οὔτ' ἀνθηρὸν αἷμα, καὶ ἀρτηρίαι, μικρὸν καὶ ἀρρώστως σφύζουσιν, ὥσπερ τοῖς γέρουσιν, ὥστε καὶ ῥώμης ἀρχὴ τοῖς ζώοις εἰσί, καὶ θερμότητα πολλὴν ἐπιρρέουσι τῷ σύμπαντι σώματι, δι' ἣν οἱ στερηθέντες αὐτῶν, ἄτριχοι μὲν, οὐ τὰ γένεια μόνον, ἀλλὰ καὶ τὸ σύμπαν γίνονται σῶμα. μικρὰς δ', ὡς εἴρηται, τὰς φλέβας ἴσχουσιν ὁμοίως ταῖς γυναιξί, οὐκ ἐπιθυμοῦσιν ἀφροδισίων, ὡς ἄλλο τι μᾶλλον, ἢ ζῷον ὑπάρχοντες. ὥστε ταύτῃ γε, καὶ τῆς καρδίας αὐτῆς πλέον ἔχουσιν οἱ ὄρχεις, ὡς πρὸς τὴν θερμότητά τε, καὶ ῥώμην τοῖς ζώοις παρέχειν, ἔτι καὶ τῆς τοῦ γένους διαμονῆς ἐξηγοῦνται. ταῦτ' οὖν καὶ τηλικαῦτα παρι-

A animal, neque marem admittit venereæ communionis gratia, perditque (si ita dicere licet) fœmineam naturam. Itaque fœminas sues apud nos castrant, non solùm in Asia, sed etiam in gentibus supra Asiam sitis vsque ad Cappadociam, atque fiunt omnes eunuchis ac castratis masculis similes, vberius alimentum accipientes, & pingues, suauioremque carnem reliquis fœminis habent, quemadmodum & mares maribus. Non tamen similiter periculo vacans ablatio testium fœminarum est, propter locum in quo sunt siti. lateribus enim vteri ab vtraque parte singuli adiacent, arteriam quidem & venam, velut hi qui in masculis B sunt, pampiniformiter sibi ipsis inserta accipientes, vas verò seminale ad vtrumque cornu finiens. Necessarium igitur est vtrumque latus diffindere, siquis excindere velit, atque in hoc sanè maius periculum est quàm in maribus. Hanc igitur, quæ tanta est in testiculis, facultatem, haud scio quomodo omnes neglexerint, & an conferant aut non conferant semini, quærunt. Deinde alij quidem extremè errauerunt, vt & hoc ab ipsis abstulerint: quidam verò generari quidem ab ipsis semen dixerunt, quid verò accidat omni animali, ob quod frigidius & debilius redditur castratum, quærere reliquerunt? Verùm si seminis emissio sola, & nihil C aliud, testibus ablatis deperit, propterea quòd simul diuellitur (vt illi inquiunt) vas seminale; vnum vtique solùm oboriretur ex sectione ipsorum detrimentum, nimirum pueros generare non posse. Tanquam igitur puerorum nulla cura sit, sed siue athleta certamina magis suscipere studeat, siue aliquid aliud huiusmodi exercitium obeat, huic sanè castè viuere bonum esse nouimus, atque quum hoc non adsit ipsi ex testium sectione, opportunum vtique nobis fuerit eorum qui olympia exercent testiculos exsecare, vt qui non solùm puerorum generationis curam nullam habeant, sed & omnem quãD cunque aliam corporis partem promptè, victoriæ gratia, proiecturi sint. Verùm sectio non tuta est adeo, vtpote quæ simul cum testibus robur totius corporis excindat, aut si non cum testibus robur, sed cum seminariis meatibus, vt fortassis illorum aliquis dixerit, considerare & hoc oportebat secundum quem modum fiat, & quidem quum neuter horum excindatur, sed solùm à testibus diuellantur. Quare rationi consentaneum est, non propter manentem adhuc & seruatam, sed propter penitus perditam ex animali partem, virilitatem & robur perire. Itaque videntur tibi quemadmoE dum lapides telis, sic testes seminariis vasis appositi esse? Sed nunquid propè ad vsum ipsius cordis accedere? Perfrigerantur itaque qui ipsos perdiderunt, nimirum altero insiti caloris principio priuati, & concidit ipsis omne robur, tanquam qui iam senes facti essent, neque ampla est vena, neque floridus sanguis, & arteriæ parum & debiliter pulsant, velut senibus. Quare & roboris principium sunt animalibus, & multum calorem irrigant ac affundunt toti corpori, & ob id ipsis priuati, depiles non circa mentum solum, sed circa vniuersum corpus fiunt, paruásF que vt dictum est, venas habent, quemadmodum mulieres, neque rem veneream appetunt, vt qui aliud quiddam magis quàm animal existant. Quare hac parte testes etiam ipso corde præstantiores sunt, nempe qui vltra hoc quod calorem ac robur animalibus exhibent, amplius etiam generi conseruando præsunt. His igitur & tantis præteritis

teritis et neglectis, philosophi et medici qui ante me fuerunt, de paruis ac vilibus litigant, quærentes an testes ad seminis generationem conferant. Nos itaque rursus repetito de ipsis sermone dicamus, quòd supra ea quæ iam relata sunt, etiam adhuc illa non modica signa sunt, quòd per ipsos testes totum corpus alteretur. Non solùm enim suauior est caro castratarum victimarum, insuauior autem non sectarum: sed et qualitas ipsa carnium simile quiddam testiculorum qualitati habet, graue et virosum, vt ita dicam, vsque etiam ad similitudinem odoris. Itaque alios quosdam hæc ignorasse nihil mirum est; Aristotelem verò minimè conueniebat, qui ipse adeò nobis sæpè dixit, quòd paruæ partes maximarum alterationum toti corpori causæ existant. hoc enim illum solùm apponere conueniebat, siquidem ablata aliqua parte totum animal alteratur, causa alterationis est ipsa pars, non vtique eiusdem, tum ab animali ablata, tum præsens: sed si quidem ablata perfrigerat, præsens vtique calfaciebat. si verò debile reddit, roboris vtique principium erat. Eodem autem modo, si absecta appetentiam coeundi aufert, ex illa sanè generis successio animalibus contingebat. Hoc quidem tertium neque cor ipsum exhibere potest, quare illud quidem viuendi solùm, testes verò benè viuendi fuerint principium. quantò autem melius est bene viuere quàm simpliciter et solùm viuere, tantò sunt in animalibus testes corde præstantiores. Iustum igitur erat ipsos lapidibus assimilare, qui filis dependent inter texendum, et qui sola grauitate vtiles existunt? Quæ igitur existit causa ob quam execti, simul totum animalis robur rescindunt? Oportebat equidem maximum quoddam problema Aristotelem fecisse, in primo de animalium generatione. vbi vsum eorum exponens, propter conseruandam seminalium vasorum reduplicationem, testes à natura productos tradit. Exiguum enim hoc est: at verò omnis animalium roboris principium in ipsis apparet, atque hoc erat vel maximè necessarium sciscitari, inter ea quæ de testiculorum vsu inuestigantur. Verùm quum id ipse omiserit, atque eius in primo nullam fecerit mentionem: in quinto præter institutum, quando de voce acuta et graui sermonem facit, ostendere conatur, quomodo testibus exectis, debilius circa actiones ipsum cor reddatur. Habet autem sermo eius hoc modo. *Omnia autem execta in mulierositatem mutantur, et propter remissionem neruosi roboris in principio, similem fœminis vocem edunt. Remissio autem similiter fit, velut si quis demissam chordam deorsum, extentam faceret per ponderis alicuius appensionem, quemadmodum quæ telas texunt facere solent. nam et hæ deorsum staminibus demissis ponderosos lapides appendunt. Sic enim et testiculorum natura appensa est ad seminarios meatus, hi verò ex vena, cuius principium est in corde.* Hic quidem est Aristotelis sermo. attendamus autem ipsi iam dicto capitulo circa finem, quod totam prædicti sermonis summam compendio comprehendit. Ob id enim, inquit, in castrationibus animalia ad debilitatem transmutantur, quoniam cordis, ex quo firmitas et vigor corpori accedit, exolutionem et remissionem fieri contingit, ablatis ponderibus quæ deorsum extendebant; tanquam sanè cor ipsum non ex proprio temperamento et natura robur habeat, sed ex testium deorsum tractione ad lapidum quorundam similitudinem appensorum.

ὄντες οἱ πρὸ ἐμοῦ φιλόσοφοί τε καὶ ἰατροί, περὶ μικρῶν καὶ φαύλων ἐρίζουσι, ζητοῦντες εἰ συντελοῦσί τι πρὸς τὴν τοῦ σπέρματος γένεσιν οἱ ὄρχεις, ἡμεῖς οὖν αὖθις ὑπὲρ αὐτῶν ἀναλαβόντες εἴπωμεν, ὡς πρὸς τοῖς εἰρημένοις ἔτι κἀκεῖνα. τῶν ὄρχεών ἐστιν οὐ σμικρὰ τεκμήρια τοῦ ὅλου τοῦ σώματος ὑπ' αὐτοῖς ἀλλοιώσεως. οὐ μόνον γὰρ ἥδιόν ἐστι τὸ κρέας τῶν εὐνουχισθέντων ἱερείων, ἀηδέστερον δὲ τὸ τῶν ἀτμήτων, ἀλλὰ καὶ ἡ ποιότης αὐτὴ τῶν σαρκῶν ὅμοιόν τι τῇ τῶν ὄρχεων ἔχει ποιότητι, βαρὺ, καὶ βρομῶδες, ὡς ἂν οὕτω τις εἴποι, μέχρι καὶ τῆς κατὰ τὴν ὀσμὴν ὁμοιότητος. ἄλλους μὲν οὖν τινας ἀγνοῆσαι τὰ τοιαῦτα θαυμαστὸν οὐδέν, Ἀριστοτέλην δ' οὐκ ἐχρῆν, ἡμῖν αὐτὸν εἰρηκότα πολλάκις, ὡς μικρὰ μόρια μεγίστων ἀλλοιώσεων αἴτια τῷ παντὶ γίνεται σώματι. τοῦτο γὰρ ἐκεῖνον ἐχρῆν προσθεῖναι μόνον, ὥσπερ ἐξαιρεθέντος τινὸς μορίου, τὸ ζῶον ἀλλοιοῦται σύμπαν. αἰτία τῆς ἀλλοιώσεώς ἐστι τὸ μόριον. οὐ γὰρ δὴ τὸ αὐτῆς γε καὶ ἀφαιρούμενον τοῦ ζώου, καὶ παρόν. ἀλλ' εἰ μὲν αἱρούμενον καταψύχει, παρὸν ἐθέρμαινεν. εἰ δὲ ἀσθενὲς ἐργάζεται, ῥώμης ἦν ἀρχή. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν τρόπον εἰ τὰς πρὸς τὴν συνουσίαν ὁρμὰς ἀφαιρεῖται τμηθέν, ἐξ ἐκείνου τοῖς ζώοις ἡ τοῦ γένους ἦν διαδοχή. τουτὶ μέν γε τὸ τρίτον, οὐδ' ἡ καρδία δύναται παρασχεῖν, ὥστ' ἐκείνη μὲν ἂν εἴη τοῦ ζῆν μόνον. οἱ δ' ὄρχεις τοῦ καλῶς ζῆν ἀρχή. ὅσον δὲ ἐστι κρεῖττον τὸ εὖ ζῆν, ψιλοῦ καὶ μόνου τοῦ ζῆν, τοσοῦτον ἐπὶ τοῖς ζώοις οἱ ὄρχεις αἱρετώτεροι τῆς καρδίας. ἦν ἄρα δίκαιον αὐτοὺς εἰκάσαι λίθοις ἐξημμένοις νημάτων, οἷς ἐκ τοῦ βάρους μόνον ἡ χρεία; τίς οὖν ἐστιν ἡ αἰτία δι' ἣν ἐκτμηθέντες συντέμνουσιν ἑαυτοῖς ἅπασαν τοῦ ζώου τὴν εὐτονίαν; ἐχρῆν μὲν δήπου μέγιστόν τι πεποιῆσθαι πρόβλημα τὸν Ἀριστοτέλη κατὰ τὸ πρῶτον σύγγραμμα περὶ τῆς τῶν ζώων γενέσεως, ἔνθα τὴν χρείαν ἐξηγούμενος, ὑπὲρ τοῦ σώζεσθαί φησι τὴν ἐπαναδίπλωσιν τῶν σπερματικῶν ὀργάνων τοὺς ὄρχεις ὑπὸ τῆς φύσεως γεγονέναι. μικρὸν μὲν γὰρ τοῦτο· τῆς δὲ ἰσχύος ἁπάσης τῶν ζώων ἐν αὐτοῖς ἡ ἀρχὴ φαίνεται, καὶ τοῦτο ἦν ἀναγκαῖον ἐν τοῖς μάλιστα ζητηθεῖσι, τὴν χρείαν τῶν ὄρχεων ἐπισκεπτομένῳ. παραλιπὼν οὖν αὐτὸ καὶ μηδὲν ἐν τῷ πρώτῳ διαλεχθεὶς, ἐν τῷ πέμπτῳ κατὰ τὸ πάρεργον ἡνίκα περὶ φωνῆς ὀξείας τε καὶ βαρείας ὁ λόγος ἦν, αὐτῷ πειρᾶται δεικνύναι ὅπως τῶν ὄρχεων ἐκτεμνομένων ἀτονωτέρα περὶ τὰς ἐνεργείας ἡ καρδία γίνεται. ἔχει δὲ ἡ ῥῆσις ὧδε. ἐκτεμνόμενα δὲ πάντα εἰς τὸ θῆλυ μεταβάλλει, καὶ διὰ τὸ ἀνίεσθαι τὴν ἰσχὺν τὴν νευρώδη ἐν τῇ ἀρχῇ οἵαν ἀφίησι φωνὴν τοῖς θήλεσιν. ἡ δ' ἄνεσις παραπλησία γίνεται, ὥσπερ ἂν εἴ τις χορδὴν κατατείνας σύντονον ποιήσειε τῷ ἐξάψαι τι βάρος, οἷα αἱ τοὺς ἱστοὺς ὑφαίνουσαι. καὶ γὰρ αὗται τὸν στήμονα κατατείνουσαι προσάπτουσι τὰς καλουμένας λείας. οὕτω γὰρ καὶ ἡ τῶν ὄρχεων φύσις προσήρτηται πρὸς τοὺς σπερματικοὺς πόρους. οὗτοι δὲ ἐκ τῆς φλεβὸς, ἧς ἀρχὴ ἐν τῇ καρδίᾳ. ἡ μὲν ῥῆσις αὕτη. προσσχῶμεν δὲ αὐτῆς τῷ κατ' αὐτὸ τὸ τέλος εἰρημένῳ κεφαλαίῳ, σύμπαντος τοῦ προειρημένου λόγου τὴν ἐπιτομὴν ἔχοντι. διὰ τοῦτο γὰρ ἐν τοῖς εὐνουχισμοῖς φησι μεταβάλλειν ἐπὶ τὸ ἀσθενέστερον τὰ ζῶα, διότι τῆς καρδίας ἐξ ἧς ἐστιν ἡ συντονία τῷ σώματι, συμβαίνει γίνεσθαι τὴν ἔκλυσίν τε καὶ ἄνεσιν, ἀφαιρουμένων τῶν κατατεινόντων βαρῶν, ὡς δὴ τῆς καρδίας, οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας κράσεώς τε καὶ φύσεως ἐχούσης τὴν ῥώμην, ἀλλ' ἐκ τοῦ κατασπᾶσθαι κάτω, καθάπερ ὑπὸ λίθων τινῶν ἐξημμένων τῶν ὄρχεων.

ἀλλ' εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν οἰκείαν φύσιν ἡ καρδία τὴν ῥώμην ἔχει ταύτην, καὶ τοῖς ἄλλοις ἐπιπέμπει μορίοις, ὡς ἂν ἀρχή, καὶ δεῖται ἔξωθέν τινος εἰς τοῦτο ἐπικουρίας ἑτέρας, ἔχει παρὰ τῶν ὄρχεων βοηθείας μυρίας, ἀπολείπεσθαι μὴ δυναμένας ἔστ' ἂν περιῇ τὸ ζῶον, ὧν μίαν ἐναργεστάτην τε καὶ ἰσχυροτάτην εἴποιμι ἂν αὐτῷ, κατατείνειν γε βουλομένῳ τὴν καρδίαν. ἐπιβαινούσης γὰρ τῆς ἀορτῆς τῇ ῥάχει, τί χαλεπὸν ἦν τῇ φύσει προσδῆσαι δεσμοῖς ἰσχυροῖς τὸ ἀγγεῖον ἐνταῦθα, δι' ὧν ἀντεχομένη τε καὶ τεινομένη βιαίως συνεπισπᾷ ἑαυτῇ τὴν ὅλην καρδίαν; οὐκ ἀδύνατον δέ, οὐδὲ τὸ ἕτερον μέρος τῆς ἀρτηρίας τὸ πρὸς τὴν κλεῖν ἀναφερόμενον ἐνταῦθα προσθεῖναι. διαφέρει γὰρ οὐδὲν εἰς τὸ τετάσθαι τὰς χορδάς, ὧν αὐτὸς ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, καθ' ὁπότερον ἂν μέρος αὐτῶν, εἴτε τὸ ἄνωθεν, εἴτε τὸ κάτωθεν, ἡ τάσις αὐτῶν γίνηται. κατὰ μὲν τὸ ἀληθὲς ἐξ ἀμφοῖν χρὴ καὶ τοῦτο, οὐ κατὰ τὸ ἄνω καὶ κάτω μόνον ἀντικειμένων ἀλλήλοις, ἀλλὰ καὶ τῶν πλαγίων ἑκατέρωθεν, ἢ πρόσθεν, ἢ ὄπισθεν, ἢ κατὰ λοξὴν ἀντίθεσιν ἡντιναοῦν. εἴπερ οὐκ ἤρκει τῇ καρδίᾳ πρὸς ῥώμην ἡ οἰκεία φύσις, ἀλλ' ἐχρῆν ὥσπερ χορδὴν ἢ στήμονα τάσιν ἐπίκτητον αὐτὴν προσλαβεῖν, ἕτοιμον ἦν οἶμαι τῇ φύσει διά τε τῶν εἰρημένων ἀρτηριῶν ἐργάσασθαι τοῦτο, καὶ διὰ φλεβῶν δὴ καὶ νεύρων, καὶ ὑμένων, οὐδὲν ἧττον, ὧν οὐδὲν ἂν ἑτοίμως αὐτῆς ἀφαιρεθῇ, καθάπερ οἱ ὄρχεις. πόσον γάρ τοι βάρος εἰσὶν οὗτοι; πῶς δ' ἥκοι ἄν ποτε πρὸς τὴν καρδίαν ἡ ἐξ αὐτῶν τάσις; εἰ γὰρ καὶ μὴ μεταξὺ συνέβαινε καμπὰς πλείονας εἶναι τοῖς ἐκ τῆς καρδίας εἰς τοὺς ὄρχεις ἀφικνουμένοις ἀγγείοις, ἐχρῆν ἔξωθεν θεῖναι πρότερον, ἵν' ἐπ' αὐτὴν ἡ τάσις ἐξικνῆται. τάς τε τῶν κιρσωδῶν ἀγγείων ἕλικας, ἄξιον ἦν ἐπισκέψασθαι τὸν Ἀριστοτέλην, καὶ πεπειρᾶσθαι τοῦ πράγματος, ἐπὶ τῶν ἐκτὸς φαινομένων πρότερον, εἴπερ μὴ λόγῳ περιλαβεῖν αὐτὸ δυνατὸς ἦν. ὧν γὰρ ἂν μεταξύ τις ἕλιξ ᾖ, οὐκ ἐνδέχεται τὴν ἐκ θατέρου τάσιν εἰς θάτερον ἀφικέσθαι, πρὶν εὐθυνθῆναι τὴν ἕλικα. τοσαύτη δ' ἐστὶ περὶ τῶν ὄρχεων ἡ ἕλιξ ἀγγείων, ὥστε εἴπερ εὐθύνοιτο μέχρις μέσων τῶν μηρῶν ἀφικέσθαι δύνασθαι, καὶ οὕτως ἄν, οὐδὲν μὲν τῶν ἄλλων ἀνθρώπων ἐχρῆν ῥώμην ἐνυπάρχειν, ἐκείνοις δὲ μόνοις οἷς ἱκανῶς εἰσιν οἱ ὄρχεις χαλαροὶ πάντως, ἢ ἀσθενεῖς. διὰ τοῦτο καὶ τοῖς παρηβῶσι καὶ ἀσθενέσι συμβαίνει τὸ πάθημα. νέοις δὲ καὶ ἰσχυροῖς, οὐδὲ πώποτε χαλαροὶ εἰς τοσοῦτον οἱ ὄρχεις ἐγένοντο. τί δ' ἂν ἐπὶ τῶν ζώων εἴποιμεν, ὧν οἱ ὄρχεις προσεσταλμένοι τέ εἰσι καὶ οὐκ ἐκκρεμεῖς, ὥσπερ αἱ λεῖαι, καθάπερ ἐν μὲν τοῖς τετράποσι τῶν ὑῶν. ἐν δὲ τοῖς ὄρνισιν, οὐχ ἑνὶ τούτων γε ἢ δυοῖν, ἀλλὰ σύμπασιν ἐντὸς τοῦ περιτοναίου, πλησίον τῶν φρενῶν, ἐπὶ τῆς ῥάχεως εἰσὶν ἐστηριγμένοι, καίτοι καὶ τούτων τῶν ζώων, ὁ εὐνουχισμὸς ἄτονον ἐργάζεται τὸ σύμπαν σῶμα. εἰ δὲ καὶ πρὸς τῶν ἐστηριγμένων μορίων κατασπᾶσθαι τὴν καρδίαν φήσομεν, ὥρα καὶ τοὺς νεφροὺς ἡμῖν ἐπισπᾶσθαι πολὺ μᾶλλον τῶν ὄρχεων, καὶ τὸν σπλῆνα, καὶ τὴν γαστέρα, καὶ τοιόνδε ὁτιοῦν. καθήκουσι γὰρ εἰς ἅπαντα φλέβες καὶ ἀρτηρίαι σὺν τῷ πλησιέστερον εἶναι τῆς καρδίας αὐτά, καὶ χωρὶς μέσης ἕλικος, ἧς καὶ αὐτῆς οὐχ ὅπως τὴν χρείαν οὐ συνοιδεν, ἐξῆφθαι νομίζων αὐτῆς τοὺς ὄρχεις, ὥσπερ τὰς λείας τῶν στημόνων. ἐναντιώτατον γάρ ἐστι τῷ ἑλίττεσθαι τὸ κατατείνεσθαι. πῶς οὖν εἰς ταὐτὸ χωρίον ἀμφότερα

Verùm, etiamsi non ex propria natura cor tale robur habeat, ac illis partibus transmittat, vtpote quòd principium existat, & aliquo altero extrinseco auxilio ad hoc opus habeat, pro testibus vtique sexcenta alia auxilia habet, quæ deficere non possunt, donec animal supersit. ex quibus vnum euidentissimum & potentissimum referam ipsi cor deorsum extendere volenti. Quum enim arteria aorta ad spinam aduenіat, quid adeò difficile fuerat naturæ ipsum vas istic fortibus vinculis alligare, per quæ retracta & violenter tenta secum totum cor traheret? Neque impossibile erat etiam arteriæ partem, quæ ad clauiculam sursum fertur, istic affigere, nihil enim refert, quòd ad chordæ tensionem attinet, cuius etiam ille ipse meminit, in quamcunque tandem partem, siue sursum, siue deorsum, ipsius distentio fiat. Et, vt verum fateamur, ex ambabus partibus tendere oportebat, & hoc, non sursum ac deorsum solùm, quæ inter se opposita sunt, sed & vtrinque ex lateribus, aut ante & retro, aut etiam secundum obliquam quamcunque tandem oppositionem. Siquidem igitur non sufficiebat cordi propria natura ad robur, sed oportebat ipsum, velut chordam aut stamen, acquisititiam assumere tensionem: promptum erat, opinor, naturæ hoc ipsum per prædictas arterias facere, & per venas, ac neruos, & membranas, non minùs quàm per arterias, ex quibus nullum adeô promptè ab ipsa auferri possit, quemadmodum testes. Sed enim quanti sunt hi ponderis tandem? quomodo verò peruenerit tandem ad cor tensio quæ per eos contingit? tametsi enim non contingeret interim plures flexuras esse vasorum ex corde ad testes procedentium, tamen forinsecus priùs poni eos oportebat, quò ad ipsum tensio perueniat. Quin & vasorum varicosorum obuolutiones operæpretium erat Aristotelem considerare, & rem ipsam extrinsecus apparentibus priùs experiri, siquidem ratione apprehendere ipsam non poterat. In quorum enim medio obuolutio quædam extat, impossibile est ex altero ad alterum tensionem peruenire priùs quàm obuolutio in rectum dirigatur. Tanta est autem ante testes inuolutio vasorum, vt si quidem rectà dirigerentur, vsque ad media femora peruenire possint, atque ita nulli alij hominum robur inesse oportebat, sed solis illis quibus testes multùm laxi aut omnino debiles existunt. & ob id senescentibus & debilibus hoc vitium contingit. iuuenibus verò & robustis nunquam in tantum testiculi laxati sunt. Quid porrò in animalibus dixerimus, quorum testes substricti sunt, & non pensiles quemadmodum ex staminibus lapides? veluti in quadrupedum genere suibus, in volucrium genere non vni saltem, aut duabus: sed omnibus intra peritonæum propè septum transuersum in spina firmati sunt, & tamen etiam horum animalium castratio infirmum reddit totum corpus. Si verò etiam à firmatis partibus cor ipsum deorsum trahi dicemus, opportunum vtique fuerit & renes ipsum detrahere, multò magis quàm testes itémque splenem, & ventrem, & quodcunque huiusmodi. Procedunt enim in omnia venæ & arteriæ, vltra hoc quòd etiam ipsa viciniora sint cordi, atque hoc citra interuenientem inuolutionem, cuius etiam ipsius haud scio quomodo vsum non intellexit, ex ipsa pendere existimans testes, velut à staminibus lapides: maximè enim contraria sunt obuolui, & deorsum tendi. Quomodo igitur in eundem locum ambo

congregauit natura, & vtrumque vas tum inter se mutuò, tum per se seorsim, & varicosum fecit, & conduplicauit? Si enim vtilis est obuolutio vasorum, non solùm inutile, sed & nocens ipsi fuerit testiculorum pondus. si verò hoc vtile erat, cor malè deorsum intendere. Verùm his concessis ipsi, aliisque eiusmodi sexcentis, vnius visceris quod reuera cor deorsum intendere potest, mentionem faciemus. Si quidē enim omnino non ex propria natura cor robur habet, sed ex acquisita & præter naturam tensione ipsum accipere oportebat: nihil sanè opus erat paruum adeò corpus, ipsum videlicet testem, ex tam longo interuallo, ex ipso annectere, & id per vasa adeò longa, atque ad id inuoluta etiam, quum hepar habeat magnitudine molis consimili, & propinquissimè situm, & per maximam omnium in toto corpore venam annexum, rectà à corde, citra obuolutionem, & flexum tensam. Abscedentes igitur iam ab his quæ euidenter ex dissectionibus apparent, Aristotelem ipsum vt virum naturæ doctum propriarū opinionum commonefaciemus, qui semper quidem aut insitum calorē, aut insitum spiritum, aut etiam bonum temperamentum, sanitatis ac roboris partium causam facit. In præscripto verò sermone solam quæ ex appensis contingit tensionem, quam sanè esse violentam & præter naturam, quando cuipiam forinsecus contingit, etiam in chordis, quas ipse proposuit, videre licet. Rumpuntur itaque si paulò ampliori tempore tensæ asseruentur, & ob id relaxant ipsas citharistæ lyras & citharas reponentes, vbi iam ab opera cessant. Nequaquam igitur ob id quod psallentibus earum tensio vtilis est, existimo naturaliter id chordis accidere, neque enim nostris vsibus metiendum est id quod in vnaquaque re est secundum naturam. Sic namque etiam victimis quæ mactantur, mors secundum naturam erit, vtpote quæ vtiles nobis futuræ sunt. Atqui etiam si chordis secundum naturam necessaria tensio erat, ob id vtique non etiam cordi. Vbi enim ex inductione demonstrationem scientificam non constituimus, nullatenus ex exemplo constituerimus.

A συνήγαγεν ἡ φύσις, ἐκίρσωσέ τε καὶ κατ' ἀλλήλων καὶ ἑαυτῶν ἐδίπλωσε πολλάκις ἑκάτερον τῶν ἀγγείων. ἡ γὰρ εὔχρηστος ἀγγείων ἕλιξ, οὐ μόνον ἄχρηστον. ἀλλὰ καὶ βλαβερώτερον αὐτῆς τῶν ὄρχεων ἐστὶ βάρος. εἰ δὲ τοῦτο εὔχρηστον ἦν, ἡ καρδία κατατάσεται κακῶς. ἀλλὰ καὶ ταῦτα συγχωρήσαντες αὐτῷ, καὶ ἄλλα μυρία τοιαῦτα τοῦ κατατείνειν ὄντως δυναμένου τὴν καρδίαν. ἀναμνήσωμεν σπλάγχνου τοῦ ἥπατος. εἴπερ γὰρ ὅλως οὐκ ἐκ τῆς οἰκείας φύσεως ἔχει τὴν εὐτονίαν, ἀλλ' ἐξ ἐπικτήτου τε, καὶ παρὰ φύσιν τάσεως ἐχρῆζε λαβεῖν αὐτήν, οὐδὲν ἔδει δήπου μικρὸν οὕτω σῶμα τὸν ὄρχιν ἐκ μακροῦ διαστήματος ἐξάπτειν αὐτῆς δι' ἀγγείων μακρῶν, καὶ τούτων ἑλελιγμένων, ἔχουσης τὸ ἧπαρ ὄγκῳ τε παραπλήσιον, ἐγγυτάτω τε κείμενον, καὶ ἐξημμένον διὰ τῆς μεγίστης ἁπασῶν τῶν ἐν τῷ σώματι φλεβῶν εὐθὺ τῆς καρδίας, ἄνευ πάσης ἑλικός τε καὶ καμπῆς τεταμένης. ἀποχωρήσαντες οὖν ἤδη τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων, ὡς φυσικὸν ἄνδρα τὸν Ἀριστοτέλην τῶν οἰκείων ἀναμνήσωμεν δοξῶν, ἀεὶ μὲν ἤτοι τὴν ἔμφυτον θερμασίαν, ἢ τὸ πνεῦμα τὸ σύμφυτον, ἢ τὴν εὐκρασίαν αἰτιώμενον τῆς εὐρωστίας τῶν μορίων. ἐν δὲ τῇ προγεγραμμένῃ ῥήσει, μόνην τὴν ἐκ τῶν ἐξημμένων τάσιν, ἥτις ὡς ἔστι βίαιός τε καὶ παρὰ φύσιν, ὅταν ἔξωθεν γίνηταί τινι, κἀπὶ τῶν χορδῶν, ὡς αὐτὸς προὔθετο, θεάσασθαι πάρεστι. ῥήγνυνται γοῦν εἰ βραχὺ πλείονι χρόνῳ τεταμέναι φυλάττοιντο. καὶ διὰ τοῦτο ἀνιᾶσιν αὐτὰς ἀποτιθέμενοι τὰς λύρας τε καὶ κιθάρας, ὅταν μηκέτι ἐνεργῶσι δι' αὐτῶν οἱ κιθαρισταί. μὴ τοίνυν ὅτι τοῖς ψάλλουσιν ἡ τάσις αὐτῶν ἐστὶ χρήσιμος, ἡγούμεθα κατὰ φύσιν εἶναι τοῦτο ταῖς χορδαῖς. οὐ γὰρ ταῖς ἡμετέραις χρείαις μετρεῖται τὸ κατὰ φύσιν ἑκάστου τῶν ὄντων. οὕτω γὰρ καὶ τοῖς σφαζομένοις ἱερείοις κατὰ φύσιν ὁ θάνατος ἔσται, μέλλουσί γε χρησίμοις ἡμῖν γενέσθαι. οὐ μὴν οὐδ' εἰ ταῖς χορδαῖς ἡ κατὰ φύσιν τάσις ἀναγκαία ἦν, διὰ τοῦτο καὶ τῇ καρδίᾳ. ὅπου γὰρ οὐδ' ἐξ ἐπαγωγῆς ἀπόδειξιν ἐπιστημονικὴν συνιστάμεθα, σχολῇ γ' ἄν ποτε ἐκ παραδείγματος συστησαίμεθα.

CAPVT XVI.

De vsu vasorum spermaticorum, ipsáque esse præcipuas ad seminis generationem partes.

IMmoror autem diutius fortassis opinionem palam vitiosam redarguendo, vt quæ nullum adeò idiotam lateat. vnde optarim sanè si fieri posset, vt nihil tale vnquam ab Aristotele dictum esset omnino quemadmodum alij omnes siluissent, & problema de castratis penitus intactum reliquisset, ob quid videlicet in testium exectionibus totum corpus effœminatur. Inquiramus igitur nos argumentis vtentes demonstratis, & palam apparentibus in dissectionibus. Arteria enim & vena quæ in caput testiculi se inserunt, seminalem humorem continere iam apparent, atque ipse testiculus totus huiusmodi humore plenus est, & qui etiam in epididymide contentus est, ex hoc transsumptus est ad ipsam, quemadmodum ex hac rursus in vas seminale, cuius partem ad colem vergentem Herophilus astitem varicosum appellauit, qui quidem & ipse delinquit in eo, quòd vasi seminali plùs, quàm testibus defert seminis generationis: non tamen similiter vt Aristoteles fallitur, qui lapidibus ex staminibus telarum appensis testiculos assimilat.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙϚ'.

Περὶ τῆς τῶν ὄρχεων χρείας, καὶ αὐτοὺς εἶναι τὰ εἰς τὴν σπέρματος γένεσιν κυριώτατα μέρη.

E ΔΙατρίβω δ' ἴσως ἐπὶ πλέον ἐλέγχων δόξαν ἐναργῶς μοχθηράν, ὡς μηδ' ἂν ἰδιώτην μηδένα λαθεῖν, ὅθεν εἰ οἷόν τε ἦν εὐξαίμην ἂν ὡς μηδὲ εἰρῆσθαι μηδὲν τοιοῦτο ὑπὸ Ἀριστοτέλους, ἀλλὰ παντάπασιν ὥσπερ καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι σεσιγῆσθαι τὸ περὶ τῶν εὐνουχιζομένων πρόβλημα, καὶ παραλελεῖφθαι ἄσκεπτον, δι' ὃ ἐπὶ ταῖς τῶν ὄρχεων τομαῖς ὅλον ἐκθηλύνεται τὸ σῶμα. ζητῶμεν οὖν ἡμεῖς αὐτοὺς, ὑποθέσεσι χρώμενοι ταῖς ἀποδειχθείσαις τε, καὶ φαινομέναις ἐναργῶς ἐπὶ ταῖς ἀνατομαῖς. ἥτε γὰρ ἀρτηρία, καὶ ἡ φλέψ, αἱ εἰς τὴν κεφαλὴν τοῦ ὄρχεως ἐμβάλλουσαι, σπερματῶδες ὑγρὸν περιέχειν ἤδη φαίνονται· καὶ αὐτὸς ὅλος ὑγροῦ τοιούτου μεστός ἐστι. καὶ F τὸ κατὰ τὴν ἐπιδιδυμίδα περιεχόμενον, ἐκ τούτου μετείληπται πρὸς αὐτήν, ὥσπερ ἐκ ταύτης εἰς τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον, οὗ τὸ πρὸς τῷ καυλῷ μέρος Ἡρόφιλος ὠνόμασεν ἀδένα κιρσοειδῆ, ὃ πρὸς τῷ καυλῷ μέρος Ἡρόφιλος ὠνόμασεν, ἁμαρτάνων μὲν καὶ αὐτὸς, ὅτι τῷ σπερματικῷ πλέον ἢ τοῖς ὄρχεσιν ἀναφέρει τῆς τοῦ σπέρματος γενέσεως, οὐ μὴν ἴσα Ἀριστοτέλει σφαλλόμενος εἰκάζοντι λείαις τοὺς ὄρχεις.

μὴ τείνω ἔτι μηκύνωμεν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς ἐναργῶς φαι-
νομένοις συλλογιζώμεθα, προσλαβόντες τι τῶν ἀποδε-
δειγμένων ἡμῖν ἐν ἑτέροις, ὁμολογουμένων δὲ καὶ πρὸς
Ἀριστοτέλους· ἕκαστον γὰρ δεῖ τῶν τοῦ ζώου μορίων, ἀλ-
λοιοῦν τὸν ἐπιρρέοντα χυμὸν ἐν λόγῳ τροφῆς εἰς τὴν
ἑαυτοῦ φύσιν. ἔστι δὲ ἑκάστῳ μορίῳ τὸ εἶναι τοῦτο, ὅπερ ἐστὶν,
οὐ κατὰ τὴν τῶν ἐνυπαρχόντων ὑγρῶν φύσιν, ἀλλὰ κατὰ
τὴν τῶν στερεῶν σωμάτων οὐσίαν, ὑφ' ὧν καὶ τοῖς περιε-
χομένοις ὑγροῖς ἡ ἀλλοίωσις. ἀλλ' εἴπερ τοῦτο οὕτως ἔχει,
περιέχεται δὲ ἐν ὄρχεσιν θορώδες ὑγρὸν, ὑπὸ τοῦ τοιού-
του δηλονότι τὸ σῶμα αὐτῶν τρέφεται. ἕκαστον δὲ αὐτῶν τὴν
οἰκειοτάτην ἐργάζεται τροφὴν, ὥστε οἱ ὄρχεις ἐργάζονται
σπέρμα. ἐδείχθησαν δὲ καὶ αἱ ἀρτηρίαι, καὶ αἱ φλέβες
ἐργαζόμεναι. ἀλλ' αὗται μὲν ὀλίγον ἐν χρόνῳ πολλῷ, οἱ
δ' ὄρχεις οὐ πολὺ μόνον, ἢ διὰ ταχέων, ἀλλὰ καὶ κα-
τειργασμένον ἀκριβῶς. εἰλικρινεστάτη μὲν γὰρ αὐτοῖς ἀκρι-
βῶς, ἡ τοῦ σπέρματός ἐστι ποιότης, διὸ καὶ τάχιστα αὐτοῖς
μεταδίδωσιν ἅπασι τοῖς τοῦ ζώου μέρεσι, καὶ οὐδὲν θαυ-
μαστὸν, εἴπερ γε καὶ ὀπὸν, εἴτ' οὖν τὸν Μηδικὸν, εἴτε Κυ-
ρηναϊκὸν, ἐὰν ὀλίγον τις προσενέγκοιτο διά τε τῶν οὔ-
ρων αὐτῶν, καὶ διὰ τῶν ἱδρώτων, ἐμφαίνεταί τι τῆς ποιό-
τητος, ὥσπερ οἶμαι, καὶ πήγανον, ἢ σκόροδον, ἤ τι τοιοῦ-
το. αἱ γὰρ ἰσχυραὶ δυνάμεις, ἑαυταῖς συναλλοιοῦσι τὸ σύμ-
παν σῶμα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν λόγον, ἐλάχιστον ὑγρὸν ἐμ-
πεσὸν ζώου σώματι τῶν δηλητηρίων ὀνομαζομένων, ὅλον
ἐν τάχει μεταβάλλει τε, καὶ συνδιατίθησιν ἑαυτῷ τὸ σῶ-
μα. καὶ ἡ ἴασις δὲ διὰ τῶν ἀλεξιφαρμάκων ὁμοίως γί-
νεται, πᾶν ἀλλοιούντων καὶ τούτων τὸ σῶμα, τὴν ἐναν-
τίαν τοῖς δηλητηρίοις ἀλλοίωσιν, οὐ τῆς οὐσίας αὐτῶν εἰς
ὅλον διασπειρομένης τὸ ζῶον. οὐ γὰρ οἷόν τε βραχὺν οὕτω
χυμὸν, ἐλαχίστῳ χρόνῳ πληροῦν ὄγκον σώματος ἐνίοτε
μέγιστον, ἀλλὰ τῆς ποιότητος διαδιδομένης οἵα περ ὁρᾶται
διάδοσις, ἐκτὸς μὲν τῆς ἡλιακῆς αὐγῆς εἰς τὸ περιέχον.
ἐν ἡμῖν δὲ ἐκ καρδίας μὲν εἰς ἀρτηρίας, ἐξ ἐγκεφάλου
δὲ εἰς νεῦρα. τί δὴ θαυμαστόν ἐστι, κἀκ τῶν ὄρχεων εἰς
ὅλον τὸ σῶμα διαδίδοσθαί τινα δύναμιν; οἷα τοῖς μὲν
νεύροις αἰσθήσεώς τε, καὶ κινήσεως ἐξ ἐγκεφάλου. ταῖς δ'
ἀρτηρίαις, τοῦ σφύζειν ἐκ καρδίας, ἥτις δύναμις ἐν μὲν
τοῖς ἄρρεσιν εὐρωστίας τε καὶ ἀρρενότητος, ἐν δὲ τοῖς θήλε-
σιν αὐτῆς τῆς θηλύτητός ἐστιν αἰτία. καὶ διὰ τοῦτο ὁμοιοῦται
τὸ θῆλυ ζῶον ἐκτμηθὲν τοὺς ὄρχεις, εὐνουχισθέντι τῷ
ἄρρενι. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα σύμπαντα μόρια, τὰς αὐτὰς ἔχει
δυνάμεις ἐν ἀμφοτέροις. ὅπερ δὲ ἐξαίρετον ἦν ἐν ἑκατέ-
ρῳ, δι' ὃ τὸ μὲν ἄρρεν αὐτῶν ὑπῆρχε, τὸ δὲ θῆλυ, τοῦτο
ἀποτελέσαντα τὸ κατάλοιπον ἑαυτῷ, ἔχει ταὐτὸν, ὡς εἰ κα-
τ' ἀρχὰς ἐγεγόνει μήτε θῆλυ, μήτε ἄρρεν, ἀλλά τι τρίτον δια-
φέρον μὲν ἀμφοῖν. οὐδέτερον δὲ ἐκείνων· πάλιν οὖν ἀνα-
μνήσωμεν ὧν πολλάκις ἐπεδείξαμεν, ὡς ἕκαστον τῶν μορίων
ἐκ τῶν φλεβῶν ἕλκει τὸν οἰκεῖον ἑαυτῷ χυμὸν, ἄχρι καὶ τῶν
περιττωμάτων. οὕτως ἐδείκνυντο καὶ οἱ νεφροὶ τὸ οὖρον ἐπι-
σπώμενοι, καὶ ἡ χοληδόχος κύστις τὴν χολήν· ἕλκουσιν οὖν καὶ
οἱ ὄρχεις τὸ ὑγρὸν τὸ θορώδες, ὃ προπαρασκευάζουσιν αὐ-
τοῖς αἱ τῶν ἀγγείων ἕλικες. εἶτ' ἀπολαύσαντες αὐτοῦ τῆς ποιό-
τητος, αὖθίς τε μεταδόντες ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ τῆς ἑαυτῶν,
ὀλίγον ὕστερον ἐναποτίθενται τοῖς σπερματικοῖς πόροις τὸ
περιττὸν, οἱ δ' ἀποκρίνουσιν ἐκτὸς ἐν ταῖς συνουσίαις.

Ne itaque prolongemus ſermonem, ſed ex eis quę manifeſtè apparent concludamus, aſſumptis etiam quibuſdam à nobis alibi demonſtratis, atque ab ipſo adeò Ariſtotele confeſſis. Vnaquæque animalis pars humorem ad ſe loco alimenti influentē in ſui ipſius naturam permutat. Eſt autem vnicuique particulæ hoc eſſe, quod videlicet eſt non ſecundum humorum quæ ipſi inſunt naturam, ſed ſecundum ſolidorum corporum ſubſtantiam, à quibus etiam contentis iam humoribus alteratio contingit. Verùm ſiquidem hoc ita habet, continetur autem in teſtibus ſeminarius humor; ab huiuſmodi vtique corpus ipſorum nutritur: vnaquæque autem pars ſibi familiariſſimum operatur alimentum, quare teſtes ſemen operantur. Demonſtratū porrò eſt & arterias & venas ſemen operari, verùm hæ quidem paucum in multo tempore, Teſtes verò non ſolùm multum, atque id breui tempore, ſed & exactè elaboratum, ſinceriſſima enim exactè eſt ipſis ſeminis qualitas, & propterea celerrimè omnes animalis partes eius participes faciunt. Neque id mirum eſt, ſiquidem ſanè etiamſi quis Medicum, aut Cyrenaïcum ſuccum modicum exhibeat, tum per vrinas, tum per ſudores aliquantulum ea qualitas apparet, quemadmodum etiam opinor, ſi quis rutam, aut allium, aut conſimile quippiam offerat; fortes enim facultates in ſuam naturam totum corpus alterant. Iuxta eandem denique rationem minutiſſimus liquor ex his quæ venenoſa appellantur, animalis corpori illapſus, totum corpus breuiſſimo tempore tranſmutat, ac ſuæ naturæ ſimile reddit. Quin & ſanatio per alexipharmaca contingit, quæ ſimiliter totum corpus alterant alteratione venenoſis contraria, non ſubſtantia ipſorum in totum animalis corpus penetrante. neque enim poſſibile eſt modicum adeò liquorem, pauciſſimo tempore, corporis molem aliquando maximam explere, ſed qualitatis diſtributione facta. Qualis diſtributio etiam forinſecus videtur, ex ſplendore Solis in ambientem aërem contingere, intra nos autem ex corde in arterias ex cerebro in neruos. Quid igitur mirum eſt etiam ex teſtibus in totum corpus facultatem quandam diſtribui? qualis neruis quidem ſenſus & motus ex cerebro, arteriis verò pulſandi facultas ex corde: Atque ea quidem facultas in maribus roboris & virilitatis, in fœminis vero fœminei ſexus cauſa exiſtit. & ob id animal fœmina teſtibus exectis, caſtrato maſculo aſſimilatur, reliquæ enim omnes partes eaſdem facultates in vtriſque habent. Quòd verò in alterutro præcipuum erat, & ob quod alterum ex eis mas extabat, alterum fœmina, hoc ipſum vbi perdiderunt quod reliquum eſt, vtrumque ſimiliter habet tanquam ſi à principio neque mas neque fœmina generati eſſent, ſed tertium quoddam ab vtriſque diuerſum, & neutrum illorum. Rurſus igitur in memoriam reuocemus ea quæ ſæpè demonſtrauimus, Nimirum quod vnaquæque pars familiarem ſibi humorem ex venis trahit, vſque ad recrementa etiam. ſic oſtendebantur & renes vrinam attrahentes, & veſica bilis ſuſceptrix bilem trahens. Trahunt igitur etiam teſtes ſeminarium humorem, quem præparant ipſis vaſorum inuolutiones, deinde accepto fructu qualitatis ex ipſo, & viciſſim de ſua ipſorum qualitate per hoc tempus fructus impertito eique communicato; paulò poſt quòd ſuperfluum eſt in meatus ſeminarios deponunt, hi verò in coitu foràs excernunt.

Si verò aliquis immodestiùs venere vtatur, testes semen frequentiùs ex vasorum inuolutione trahentes, perfectè ipsa euacuant, & si reseces huiusmodi animal non reperies in ipso seminarium humorem, quemadmodum rursus si disseces animal quod à venere abstinuit, plurimum & crassissimum semen reperies. Velim autem & te quicunque tandem mea scripta versabis, etiam nunc in honorem veritatis, ea quæ dicta sunt exquirere non frigidè & oscitanter, neque enim sic inuenientur, sed primùm ad dissectiones progrediendo, & diligenter intuendo quæ dicta sunt antea, & maximè ea de quibus nunc dicere cessaui: Nimirum quòd animalia quæ à conuersatione fœminarum abstinent, omnia semine plena habent, primùm quidem varicosum astitem, deinde totum vas seminale, deinde epididymidem, & postea totum testiculum, denique etiam vasorum obuolutionem. Si verò animal aliquod per assiduos coitus omne semen euacuauit, eius neque alia vlla pars semen habet, neque etiam obuolutio. Circa hoc igitur tempus testes ex suprapositis venis seminarium humorem, quantum eius in ipsis continetur, trahunt. Est autem modicus hic, & ad roris similitudinem sanguini immixtus, huiusmodi autem illas opus habere est demonstratum. Violenter igitur eo, per testiculos vtpote potentiori facultate præditos quàm venæ sunt, detracto; venæ ipsæ rursus à suprapositis reuellunt; hæ verò rursus ab his quæ deinceps sitæ sunt, deinde hæ rursus à vicinis, atque hoc fieri non cessat, donec ad omnem corporis particulam transsumptio perueniat, adeò vt omnes totius animalis partes proprio alimento euacuentur. Reuellit enim semper id quod perfectè est euacuatum, ab eo quod plùs habet velut violenter eripiens. Hoc igitur quum semper fiat, & omnia velut in choro inter se mutuò participent, in tantùm sanè omnia vasa ac partes totius animalis euacuari necesse est, donec fortissima ex omnibus pars expleatur. Neque verò solam seminariam humiditatem ab omnibus animalis partibus auferri continget hoc tempore, sed etiam spiritum vitalem. Nam & hîc ex arteriis vnà cum seminali humore euacuatur. quare nihil mirum est immoderato coitu vtentes imbecilliores reddi, à toto corpore vtroque sincerissimo ablato, accedente insuper voluptate, quæ ipsa per se sufficiens est vitalem firmitatem dissoluere, adeò vt iam quosdam ex nimia voluptate ac iucunditate mortuos esse constet. Sed hæc quidem præter institutum dicuntur, quanquam non ita otiosè & præter rem dicta sint. Quæritur namque non minùs quàm alia ab ipsis hoc problema. Cur maximè coitus exoluit? & dicunt sanè ad hoc multa ac falsa, propterea quòd prima principia ignorant, ad quæ necessariò hoc consequitur. Cæterùm institutus sermo seipsum ad proposita vocat, & dicit ex semine omnibus solidis animalis partibus generationem esse, ex semine etiam nutritionem; quemadmodum rursus carnosis omnibus ex sanguine tum generatio, tum nutritio existit. Vnaquæque enim pars ex qua primùm facta est substantia, etiam semper nutritur, quòd nutritio expletio sit substantiæ defluentis. Quapropter etiam nunc generari licet quæcunque à principio ex sanguine sunt generata, non generari autem præterquam alicubi venam quandam, atque id rarò; quibus ex semine generatio à principio contigit.

A Εἰ δὴ ἀμετρότερόν τις λαγνεύοι, συνεχέστερον ἕλκοντες ἐκ τῆς τῶν ἀγγείων ἕλικος οἱ ὄρχεις τὸ σπέρμα, τελέως ἐκκενοῦσιν αὐτά. καὶ εἰ ἀνατέμοις τὸ τοιοῦτο ζῶον, οὐχ εὑρήσεις ἐν αὐτῷ θορῶδες ὑγρόν. ὥσπερ αὖ πάλιν ἀφροδισίων ἀπεσχημένον ἀνατεμὼν ζῶον, εὑρήσεις πλεῖστόν τε, καὶ πάχιστον σπέρμα. βουλοίμην δ' ἂν οὖν καί σε, τὸν ὁμιλοῦντα τοῖσδε τοῖς γράμμασι, κἂν νῦν γοῦν ἀλήθειαν τιμήσαντα, βασανίσαι τὰ λεγόμενα, μὴ κατὰ τὸ πάρεργον. οὐδὲ γὰρ οὕτως εὑρέθη, ἀλλὰ πρῶτον μὲν ἐπὶ τὰς ἀνατομὰς ἐλθόντα, καὶ θεασάμενον ἀκριβῶς ὅσα εἴρηται τῶν ἔμπροσθέν τε καὶ μάλιστα αὐτῶν ὧν δὴ νῦν πέπαυμαι λέγων, B ὡς τοῖς μὲν ἀπεσχημένοις ὁμιλίας τῆς πρὸς τὸ θῆλυ ζῶον, ἅπαντα σπέρματός εἰσι μεστά. πρῶτον μὲν ὁ κιρσοειδὴς παραστάτης. εἶθ' ὅλον τὸ σπερματικὸν ἀγγεῖον, εἶθ' ἐπιδιδυμὶς, εἶθ' ὅλος ὁ ὄρχις, εἶθ' ἡ τῶν ἀγγείων ἕλιξ. εἰ δέ τις συνεχέσι λαγνείαις ἐξεκένωσεν ἅπαν τὸ σπέρμα, τούτου τοῦ ζώου, μήτ' ἄλλο τι μόριον ἔχει σπέρμα, μήτε τὴν ἕλικα. κατὰ τοῦτον οὖν τὸν καιρὸν οἱ ὄρχεις ἕλκουσιν ἐκ τῶν ὑποκειμένων φλεβῶν ὅσον ἐν αὐταῖς περιέχεται θορῶδες ὑγρόν. ἔστι δ' ὀλίγον τοῦτο, καὶ δροσοειδῶς ἀναμεμιγμένον τῷ αἵματι· C τοιούτου δ' ἐδείχθησαν κἀκεῖναι δεόμεναι. βιαίως οὖν ἀφαιρούμενον πρὸς τῶν ὄρχεων αὐτῶν, σφοδροτέραν ἐχόντων δύναμιν, αὗται τῶν ὑποκειμένων ἀντισπῶσιν. αἱ δ' αὖ πάλιν αὐτῶν ἐφεξῆς, εἶτ' ἐκεῖναι τῶν ἐχομένων, καὶ τοῦτο οὐ παύεται γινόμενον, ἄχρι περ ἂν εἰς μοίρας πάσας τοῦ σώματος ἡ μετάληψις ἐξικνῆται, ὥστε τὰ καθ' ὅλον τὸ ζῶον μόρια, κενοῦσθαι τῆς οἰκείας τροφῆς. ἀντισπᾷ γὰρ ἀεὶ τὸ τελέως ἐκκενωθὲν ἐκ τοῦ πλέον ἔχοντος οἷον ἐξαρπάζων βιαίως. ἀεὶ τοίνυν τούτου γινομένου, καὶ πάντων ὥσπερ ἐν χορῷ μεταδιδόντων ἀλλήλοις, μέχρι τοσούτου D κενοῦσθαι τὰ καθ' ὅλον τὸ ζῶον ἀγγεῖά τε καὶ μόρια πάντα, ἀναγκαῖόν ἐστιν, ἄχρι περ ἂν ἐμπλησθῇ τὸ ἰσχυρότατον· οὐ μόνον δὲ τῆς θορώδους ὑγρότητος ἀφαιρεῖσθαι πᾶσι τοῦ ζώου τοῖς μέρεσι συμβήσεται κατὰ τοὺς τοιούτους καιροὺς, ἀλλὰ καὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ζωτικοῦ. καὶ γὰρ καὶ τοῦτο ἐκ τῶν ἀρτηριῶν ἐκκενοῦται μετὰ τῆς σπερματώδους ὑγρότητος, ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, ἀσθενεστέρους ἀποτελεῖσθαι τοὺς λαγνεύοντας ἀμετρότερον, ἀφαιρουμένου τοῦ σώματος ἅπαντος ἑκατέρου τῶν ὑγρῶν τὸ εἰλικρινέστατον. προσερχομένης δὲ καὶ τῆς ἡδονῆς, ἥτις αὐτὴ καθ' ἑαυτήν ἐστιν ἱκανὴ E διαλύειν τὸν ζωτικὸν τόνον, ὥστ' ἤδη τινὲς ὑπερησθέντες ἀπέθανον. ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰρήσθω κατὰ τὸ πάρεργον, οὐκ ὄντα πάρεργα. ζητεῖται γοῦν οὐδὲν ἧττον τῶν ἄλλων αὐτοῖς, καὶ τοῦτο τὸ πρόβλημα. διὰ τί μάλιστα ἐκλύει συνουσία; καὶ λέγουσιν εἰς αὐτὸ πολλὰ καὶ ψευδῆ, διότι τὰς πρώτας ἀρχὰς ἠγνόησαν, αἷς ἐξ ἀνάγκης ἕπεται τοῦτο πάλιν. ἀλλ' ὁ λόγος ἑαυτὸν ἐπὶ τὰ προκείμενα καλεῖ, καί φησιν, ἐκ σπέρματος μὲν εἶναι τὴν γένεσιν ἅπασι τοῖς στερεοῖς τοῦ ζώου μορίοις, ἐκ σπέρματος δὲ, καὶ τὴν θρέψιν. ὥσπερ οὖν τοῖς σαρκοειδέσιν ἅπασιν ἐξ αἵματος ὑπάρχειν καὶ γένεσιν καὶ θρέψιν. F ἕκαστον γὰρ, ἐξ ἧς τὸ πρῶτον οὐσίας ἐγένετο, καὶ τρέφεται διὰ παντός. ὅτι καὶ ἡ θρέψις, ἀναπλήρωσίς ἐστι τῆς ἀπορρεούσης οὐσίας. ἔστι τοίνυν καὶ γίνεσθαι μὲν ἔτι καὶ νῦν, ὅσα τὴν ἀρχὴν ἐξ αἵματος ἐγένετο, μὴ γίνεσθαι δὲ, πλὴν εἴπου τινὰ φλέβα σπανίως, οἷς ἐκ σπέρματος ἡ γένεσις.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΖ΄.

Περὶ ἀγγείων τῶν σπερματικῶν τε, καὶ τῆς τοῦ ἐπιδιδυμίδος χρείας.

Εἰ μοι δοκεῖ προσθεῖναι τῷ λόγῳ, τάχα μὲν οὐκ ἀναγκαῖον. ἐπεὶ δὲ ἐξηγησάμενος ἅπασαν τὴν ὄρχεων τὴν φύσιν, οὐδὲν ἂν εἴη χεῖρον καὶ περὶ τῶν σπερματικῶν ἀγγείων αὖθις εἰπεῖν. εἰ γὰρ δὴ φαίνεται σπέρματος μεστὰ, καθ᾽ ὃν οὐκ ἀφροδισιάζει χρόνον τὰ ζῶα, τάχ᾽ ἂν ἐρωτήσειέ τις ὅπως γίνεται τοῦτο πότερον ἑλκόντων αὐτῶν τὴν γονὴν, ἢ τῶν ὄρχεων ἐκπεμπόντων εἰς αὐτὰ, διὰ μεγίστης ἐπιδιδυμίδος; ἀποκριτέον οὖν ἐστι καὶ τοῖς ταῦτα ἐρωτῶσιν, ἑκατέρως γίνεσθαι τὴν πλήρωσιν. εἴρηται δὲ καὶ οὗτος ὁ λόγος τῶν φυσικῶν δυνάμεων, ἐπὶ πλεῖστον ἀποδεδειγμένος ἐν ἐκείνῃ τῇ πραγματείᾳ, νυνὶ δὲ ἐξ αὐτοῦ τὸ χρήσιμον εἰς τὰ παρόντα ληπτέον. ἐδείχθη γὰρ ἕκαστον μόριον ἕλκειν μὲν εἰς ἑαυτὸ τὴν οἰκείαν τροφήν. ἀπολαῦσαν δὲ αὐτῆς, ἐκκρίνειν τὸ κατάλοιπον, ἑαυτῷ μὲν ὑπάρχον περίττωμα, τροφὴν δὲ ἑτέρῳ τὸ μετ᾽ αὐτὸ γενησόμενον. αὕτη μὲν ἡ πρὸς ταῦτα ἀπόκρισις. εἰ δέ τις ἔροιτο, τίνος οὖν ἕνεκεν ἡ ἐπιδιδυμὶς, ὑπὸ τῆς μηδὲν εἰκῇ ποιούσης ἐγένετο φύσεως; ἀποκρινούμεθα ἂν αὐτῷ, τῶν εἰρημένων ὀργάνων αὐτῶν ὄρχεώς τε, καὶ σπερματικοῦ πόρου, καὶ τῆς ἀρτηρίας, καὶ φλεβὸς, ἐν οἷς προαθροίζεται τὸ σπέρμα. μὴ γὰρ οἷόν τε εἶναι τὸν ὄρχιν ἀκινδύνως αὐτοῖς ἑνωθῆναι, σφοδροτάτης συντονίας ἐν τῇ προέσει τοῦ σπέρματος γινομένης. νευρώδης μὲν γὰρ ὅ, τε τῆς ἀρτηρίας τε καὶ φλεβὸς χιτὼν, ὡς καὶ τῶν σπερματικῶν ἀγγείων. ἀδενώδεις δ᾽ εἰσὶν οἱ ὄρχεις, καὶ μαλακοί. ῥᾳδίως οὖν ἔμελλεν ἰσχυρᾶς τάσεως τὸ σκληρὸν ἀπορρήγνυσθαι τοῦ μαλακοῦ, λαβαῖς ἠρτημένον ἀσθενέσιν. ἐξηύρηται τοίνυν τῇ φύσει τὸ τῆς ἐπιδιδυμίδος σῶμα, μέσον οὐ τῇ θέσει μόνον, ἀλλὰ καὶ τῷ τῆς ὅλης οὐσίας εἴδει. τοσούτῳ γάρ ἐστι μαλακωτέρα τοῦ σπερματικοῦ, καὶ τῶν ἑλικοειδῶν, ὅσῳ τοῦ ὄρχεως σκληροτέρα. τοσούτῳ δὲ πάλιν τούτου νευρωδεστέρα τὴν φύσιν, ὅσῳ ἐκείνων σαρκωδεστέρα. τῷ μὲν οὖν νευρώδει καὶ σκληρῷ, πρὸς τὸ μαλακὸν καὶ σαρκῶδες ἀνάρμοστος ἡ κοινωνία, τῷ μέσῳ δ᾽ ἀμφοῖν, οἰκεία πρὸς ἄμφω. τοσούτῳ μὲν γὰρ αὐτῇ μέτεστι σκληρότητος, ὡς μὴ ῥήγνυσθαι τεινομένην πρὸς τῶν σπερματικῶν. τοσοῦτον δ᾽ αὖ μαλακότητος, ὡς εὐαρμόστως ἔχειν ὄρχεων οὐσίας. συνάπτονται τοίνυν διὰ μέσης αὐτῆς οἱ ὄρχεις τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις. μᾶλλον δ᾽ εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἀρχὴ καὶ ῥίζα τούτων ἐστὶν ἡ ἐπιδιδυμὶς, ἐξ ὅλου τοῦ ὄρχεως εἰς αὐτὴν ἀρυομένη τὸ σπέρμα.

CAPVT XVII.

De vasis spermaticis, ac de vsu epididymidis.

Si huic orationi quicquam addere mihi videatur, id sanè fortassis minimè necessarium erit. Quoniam verò totam testium naturam explicaui, nihil deterius fuerit de spermaticis vasis rursum disserere. Si namque semine plena apparent, quo tempore animalia venere non vtuntur; fortassis interrogauerit quispiã, quomodo hoc fiat, nũ trahãt genituram, aut testes ad ipsa per maximã epididymidem emittant? Respondendũ igitur est his qui hæc interrogant, vtroq; modo fieri expletionem. Relatus autẽ est etiã hic sermo in libris de naturalibus facultatibus, ac ibidẽ fusissimè demonstratus; nũc verò inde, quod ad præsens commodũ fuerit, transsumendũ est. Demonstratum enim est vnamquamque partem trahere ad seipsam familiare alimentũ, ex quo vbi fructũ cœpit, id quod reliquum est excernit; vtpote quod sibi ipsi quidẽ excremẽtum existit, alteri verò ab ipsa sitæ parti itidem nutrimentum futurũ est, atq; hęc quidẽ responsio illis dãda est. Si verò quis interroget, cuius igitur gratia epididymis à natura nihil frustra faciẽte producta est, huic respondebimus prædictorum organorum gratia productam esse, nimirum testiculi, seminarij meatus, & arteriæ, & venæ, in quibus priùs aceruatur semen. Non enim fieri posse testiculũ citra periculũ ipsis vniri, quum vehementissima cõcitatio in seminis emissione fiat. neruosa etenim est arterię itẽmq; venæ tunica, quemadmodũ etiam vasorum seminalium, glãdulosi autem sunt testes & molles, facile itaq; per fortem tensionem durũ à molli abrumperetur, vtpote debilibus planè ansis appẽsum & connexum. Itaq; inuentum est à natura epididymidis corpus mediũ, non situ tantùm, sed & totius substantiæ specie. tantò enim est mollior vase seminali, & vasis pãpiniformiter inuolutis, quãtò testiculo durior. & rursus tãtò neruosior est secundũ naturã testiculo, quantò illis carnosior. Quare neruoso quidẽ & duro inepta societas & cõiunctio est ad molle & carnosum. quod verò in medio amborum est, aptitudinem & proprietatẽ habet, vt cùm vtroq; copulari possit. tantùm etenim duritiei ipsi adest, vt non rũpatur à vasis seminalibus distenta; tantùm autem rursus mollitiei, vt congruenter habeat ad substantiã testiculorũ. Connectuntur igitur per mediã ipsam testiculi cum seminariis vasis, aut si magis veritatem ipsam dicere oportet, epididymis principium est & radix vasorum seminalium, quæ ex toto testiculo semen in seipsam haurit.

ΓΑΛΗΝΟΥ ΠΕΡΙ ΣΠΕΡΜΑΤΟΣ ΒΙΒΛΙΟΝ ΔΕΥΤΕΡΟΝ.

GALENI DE SEMINE LIBER SECVNDVS.

ΥΠΟΚΕΙΜΕΝΟΝ ΤΟΥ ΔΕΥΤΕΡΟΥ ΒΙΒΛΙΟΥ.

Τὸ τῶν θηλειῶν σπέρμα, καὶ τὰ τούτου συμβεβηκότα λέγονται· καὶ ὅσα κατὰ τὴν ἔμπροσθεν διέξοδον περὶ τοῦ σπέρματος καὶ ἀγγείων σπερματικῶν εἰρημένα, ἐπὶ τὰς θηλείας ἀναφέρονται· καὶ ἡ γένεσις τῶν ζώων καταφανής.

ARGVMENTVM LIBRI SECVNDI.

Semen mulierum, eiúsque accidentia explicantur: & quæ de marium semine ac vasis spermaticis priori libro narrata sunt, ea ad fœminas referuntur; generatio animalium dilucida.

CAPVT PRIMVM.

A Nobis quidem iam potestate soluta est hæc quæstio in priore libro: dicetur tamen nihilominus etiam nũc. Porrò neq; Athenæus, neq. Aristoteles, neque alius medicus, aut philosophus, eius soluendæ facultatem habuit. Pleriq; verò consimile quid faciunt his qui motum omnino nõ esse pronunciant, propterea quòd non sciunt quomodo fiat. Et oportet sanè in hoc Empedoclẽ magis laudare, quàm Athenæum & Aristotelem, propterea quòd seruato eo quod apparet, inuestigat causam. Si enim in his rebus de quarum rationali causa dubitamus, rem ipsam sustulerimus, tempestiuam occasionem dicendi habebimus, quod neq; videmus penitus, neque audimus, imò neque sentimus, neq. recordamur, neque somnia videmus, eò quòd dubia est in his singulis causa ipsorum generationis. Quòd quidem igitur fœmininũ animal semen habeat, sensibus credendum est, quemadmodum antea dicebamus, neque permittendum rationi vt ea subuertat, quorum substantia euidenter existere apparet. Quæ verò sit causa ob quam, quum etiam fœmininum animal semen emittat, masculum tamen sit generatũ: aut cur generato masculo etiam adhuc seruatum sit fœmineum semen, considerandum. Præstabat namque opinor, ipsum habere excrementum conferens ad fœtus generationem. At verò Athenæus contrario omnino vtitur sermone, ob hoc enim fœminæ excrementum seminale esse negat, quòd sanguineum habet. duo verò ipsi generari excrementa non conueniebat. Apponit autem aliquando sermoni, quòd non possit vnum animal vtraque in sese habere principia generandi fœtus, materiam videlicet & facultatem.

ἐν τῷ σπέρματι τὸν ταῦτα ἐργαζόμενον ὑποθέσθαι χρὴ τεχνίτην, ὃν ἐξ ἀρχῆς ἔχοντες ἀτόπως ὑποτιθέμεθα διεσπασμένα μόρια. πῶς γὰρ δὴ καὶ διέσπασται; πότερον τὰ μὲν τῆς κεφαλῆς ὀστοῦ τὸ μέρος ἑκάτερον ἐστὶν ἰδίᾳ περιγεγραμμένον ἐν ἑκατέρῳ τῶν σπερμάτων, ὡς πάλιν ἑκάστου τῶν σπονδύλων. εἶτ' αὖθις ἰδίᾳ τε βραχιόνων καὶ πήχεων ἑκάστου τε τῶν ἄλλων, ἢ συμπάντων γε ὁμοῦ τῶν ὀστῶν ἀδιάπλαστόν τε καὶ συγκεχυμένην ἔχει τὴν οὐσίαν ἑκάτερον τῶν σπερμάτων, εἶτ' ἐξ αὐτῆς ἄλλος τις τεχνίτης διαπλάττει μὲν ὁ τῶν ὀστῶν ἕκαστον, εἶτ' ἄλλος συντίθησιν, ὥσπερ ἐκ τοῦ πηλοῦ τοὺς πλίνθους διαπλάττει μὲν ὁ πλινθουργός. συντίθησι δ' ἀλλήλοις ὁ οἰκοδόμος; ἀλλά τοι ταῦτα πάντα ἐστὶν ἀδύνατα καθ' ἕκαστόν τε τῶν ὀργανικῶν μορίων ἐπισκεπτομένῳ τι, καὶ μάλιστα τῶν γεννητικῶν. ἤτοι γὰρ ἐν ἑκατέρῳ τῶν σπερμάτων, ἑκατέρων ἐστὶ τὰ μόρια τῶν γυναικείων καὶ ἀρρενικῶν ὀργάνων, ἢ τῶν γυναικείων ἐν τῷ τῆς θηλείας, τῶν δ' ἀρρενικῶν ἐν τῷ τοῦ ἄρρενος. ὁποτέρως δ' ἂν ἔχοι, μιχθέντων αὐτῶν ἄμφω διαπλασθήσεται κατὰ τὸ κυούμενον, ὡς γίνεσθαι πάντα ἡμῖν τὰ ἔγγονα τοιαῦτα τὴν ἰδέαν, οἵους οἱ πλάσται πλάττουσι τοὺς καλουμένους ἑρμαφροδίτους, ἀμφότερα ἔχοντας τέλεα τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ τὰ τῶν ἀρρένων, καὶ τὰ τῶν θηλειῶν. εἰ δ' ἀπόλλυται θάτερα καὶ σκέλος ἀπόλλυσθαι, καὶ χεῖρα, καὶ ἄλλο τι μέρος ἀναγκαῖον ἐστι. πολυειδῶς οὖν ἄτοπος ἡ Ἐμπεδοκλέους δόξα, καὶ μένειν ἔτι φαίνεται τὸ ἐξ ἀρχῆς πρόβλημα ἄπορον. διὰ τί, εἴπερ ὑπάρχει καὶ τῷ θήλει ζώῳ σπέρμα, τὸ ἄρρεν ἐγένετο; διὰ τί οὐ γεννᾷ τὸ θῆλυ μόνον αὐτὸ καθ' ἑαυτό;

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ χρείας τοῦ τῆς θηλείας σπέρματος πρὸς τὸν Ἀθήναιον, καὶ τὸν Ἀριστοτέλη, καὶ τὸν Ἐμπεδοκλέα.

ΠΡΟΣ ἡμῶν ἤδη λέλεκται δυνάμει τὸ ζήτημα, διὰ τοῦ προτέρου γράμματος. εἰρήσεται δὲ οὐδὲν ἧττον καὶ νῦν. οὔτε δὲ Ἀθήναιος, οὔτε Ἀριστοτέλης, οὔτ' ἄλλος ἰατρὸς, ἢ φιλόσοφος, εὐπόρησε τῆς λύσεως αὐτοῦ. παραπλήσιον δ' ἔπαθον οἱ πλεῖστοι τοῖς τὴν κίνησιν οὐδ' ὅλως εἶναι φήσασιν, ὅτι μὴ γιγνώσκουσιν ὅπως γίνεται. καὶ χρὴ κατά γε τοῦτο τὸν Ἐμπεδοκλέα μᾶλλον ἐπαινεῖν Ἀθηναίου, καὶ Ἀριστοτέλους, ὅτι φυλάξας τὸ φαινόμενον ἐζήτει τὴν αἰτίαν. εἰ γὰρ ἐν οἷς ἀποροῦμεν αἰτίας εὐλόγου, τὸ πρᾶγμα ἀναιρήσομεν, ὥρα λέγειν ἡμῖν, ὅτι μήθ' ὁρῶμεν ὅλως, μήτ' ἀκούομεν, ἀλλὰ μήτ' αἰσθανόμεθα, μήτ' ἀναμιμνησκόμεθα, μήτ' ὀνείρους ὁρῶμεν, ὡς ἀπόρου γε καθ' ἕκαστον αὐτῶν ἡ αἰτία τῆς γενέσεως. ὅτι μὲν οὖν ἔχει τὸ θῆλυ ζῶον σπέρμα ταῖς αἰσθήσεσι πιστευτέον, ὡς ἔμπροσθεν ἐλέγομεν, οὐκ ἀνατρεπτέον δὲ τῷ λόγῳ τὴν ὕπαρξιν τῶν ἐναργῶν. ἥτις δ' ἐστὶν ἡ αἰτία δι' ἣν σπερμαίνοντος καὶ τούτου, ὅμως ἄρρεν ἐγένετο τὸ ζῶον, ἐπισκεπτέον ἢ διὰ τί γενομένου τοῦ ἄρρενος ἐφυλάχθη καὶ τὸ θῆλυ τὸ σπέρμα, βέλτιον γὰρ ἦν ἔχειν αὐτὸ περίττωμα συντελοῦν εἰς τὴν τοῦ κυουμένου γένεσιν. οἱ δὲ περὶ τὸν Ἀθήναιον ἔμπαλιν ἐχρήσαντο τῷ λόγῳ· διὰ τοῦτο γὰρ οὐκ εἶναί φασι τῷ θήλει περίττωμα σπερματικὸν, ὅτι τὸ αἱματικὸν ἔχει. δύο δ' οὐκ ἦν αὐτῷ περιττώματα γενέσθαι. προστιθέασι δ' ἐνίοτε τῷ λόγῳ, καὶ ὡς οὐχ οἷόν τε ἐστὶν ἓν ζῶον ἀμφοτέρας ἔχειν ἐν ἑαυτῷ τὰς ἀρχὰς τοῦ γεννηθησομένου, τήν τε ὕλην καὶ τὴν δύναμιν.

ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως οἱ πλανώμενοι πάλιν αὐτοὶ κατὰ τὰ φυτὰ μὴ διακεκρίσθαι φασὶ τὰς ἀρχὰς τῆς γενέσεως, ἀλλ' ἀμφοτέρας ἐν αὐτοῖς εἶναι, καὶ τὰς ὡς ὕλης, καὶ τὰς ὡς δυνάμεως. Ἀριστοτέλης δ' ἔτι καὶ μᾶλλον ἐπί τινων ζώων ὦφθαι φησὶν ἅπαντα τὰ κυϊσκόμενα, καὶ μηδὲν ἀποκεκριμένον ὑπάρχειν ἐν αὐτοῖς, ἀλλ' ἡνῶσθαι, καὶ τούτου μὲν ἕνεκεν οὐκ ἀναμένουσι τὸν ἔξωθεν κατήγορον, ἀλλ' αὐτοὶ καταβάλλουσιν ἑαυτοὺς ὑπὸ τῆς Ἀδραστείας νικώμενοι. λέγομεν δ' ἡμεῖς αὐτό, ἐν ᾧ περ ἀποροῦσιν, ἐν τῷ περὶ τούτου γράμματι λελύσθαι φθάνει. πρῶτον μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ὀρεχθῇ συνουσίας τὸ θῆλυ χωρὶς τοῦ ἔχειν ὄρχεις τε καὶ σπέρμα, καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ λόγων γε πιθανῶν, οἷς ἐκεῖνοι χρῶνται, τοῖς ἐπιστημονικοῖς δὲ καὶ ἀποδεικτικοῖς φάσκοντες εἶναι πιστούμεθα. μόνον δ' ἀρκούμεθα διηγήσασθαι τὰς κατὰ τῶν ὄρχεων ἐκτομὰς ἃς ἐν πολλοῖς ἔθνεσιν ἐπὶ τῶν θηλειῶν ὑῶν ποιοῦνται. φαίνονται γὰρ αὗται μηκέτι τοῖς κάπροις ἑαυτὰς ὑποβάλλουσαι καθάπερ ἔμπροσθεν, ἀλλ' ἐπιλανθανόμεναι πάσης ἀφροδισίου συμπλοκῆς. ἑξῆς δ' ἄν σοι δηλώσαιμι χρείαν ἑτέραν οὐ σμικρὰν τοῦ τῆς θηλείας σπέρματος, εἰ βουληθείης ἀνατεμὼν θεάσασθαι τὸν ἀλλαντοειδῆ καλούμενον ὑμένα τῶν σπερματικῶν ἀγγείων ἐξημμένον, ὃν ἐκ τοῦ τῆς θηλείας σπέρματος ἐλέγομεν γεννᾶσθαι. θεάσῃ δ' εὐθέως ἐν ταῖς ἀνατομαῖς, ὡς οὐδὲ δυνατὸν ἦν ἅπαντα τῆς μήτρας ὑπαλεῖψαι τὰ μόρια τῷ τοῦ ἄρρενος σπέρματι. κατ' εὐθὺ γὰρ ἐξακοντιζόμενον φέρεται διὰ τοῦ τῶν ὑστερῶν αὐχένος ἐπὶ τὸν πυθμένα, καὶ ὅσα τούτου πλησίον. ἐπιστραφῆναι δὲ εἰς τὰ πλάγια μέχρι τῶν κεραιῶν αὐτῷ ἀδύνατον. καὶ ταύτην οὖν οὐ μικρὰν χρείαν παρέχει τῷ κυησομένῳ τὸ τῆς θηλείας σπέρμα, καὶ ὥσπερ τις οἰκεία τροφὴ γίνεται τῷ τοῦ ἄρρενος ὑγρότερόν τε καὶ ψυχρότερον ὑπάρχον, παχυτέρῳ γε ὄντι καὶ θερμοτέρῳ. μὴ τοίνυν ἀδύνατον εἶναι λέγωμεν, ἀμφότερα ἀθροίζειν περιττώματα τὸ θῆλυ. φαίνεται γὰρ ἀθροίζειν αὐτά, καὶ δυνατὸν εἶναι φάσκειν τὸ φαινόμενον ἐναργῶς ὑπάρχειν. οὐ γὰρ τοῦτο ἀδύνατον ὅ γε ὑπάρχει σαφῶς, ἀλλ' ὁ διαβάλλων αὐτὸ λόγος ἀπίθανος, ἐναντιούμενος τοῖς ἐναργέσι. μήτε οὖν μάτην γεγονέναι τὸ τῆς θηλείας λέγωμεν σπέρμα. βέλτιον γὰρ ἦν αὐτοῖς ὀλίγον τι παραφράσασι τὸν λόγον φάσκειν ἀδύνατον εἶναι τὸ θῆλυ, τό θ' αἱματικὸν ἴσχειν περίττωμα, καὶ τὸ σπέρμα γόνιμον, εἴ γε διὰ μὲν τὸ τῆς κράσεως ψυχρὸν ἀθροίζουσιν αἷμα περιττόν. ἰσχυρᾶς δὲ δεῖ θερμότητος εἰς γένεσιν ἀκριβῶς κατειργασμένου τοῦ σπέρματος. ὑγρότερον μὲν οὖν τὸ θῆλυ καὶ ψυχρότερον, θερμότερον δὲ καὶ ξηρότερον τὸ ἄρρεν. εὐλόγως ἄρα τὸ μὲν ἐνδεῖ τι, πρὸς τὴν τοῦ σπέρματος ἀκριβῆ κατεργασίαν, τὸ δ' οὐκ ἐγχωρεῖ περίττωμα ἔχειν αἱματικὸν ὑπὸ θερμότητός τε καὶ ξηρότητος ἅπαν ἐξικμαζούσης. διὰ τοῦτο καὶ ὅσα ἐστὶ τῶν ζώων ξηρότερα ταῖς κράσεσιν, ὥσπερ ὄρνιθές τε πολλαί, καὶ τῶν ἰχθύων οὐκ ὀλίγοι, τά τε ᾠὰ πέφυκε γεννᾶν αὐτοῦ τῆς πρὸς τὸ ἄρρεν ὁμιλίας. ἐνδεῖ γοῦν ὅμως καὶ τούτοις τι πρὸς τὸ τέλεον, εἰ μὴ μεταλάβοι τῆς ἐξ ἐκείνου θερμότητος, οὐ μὴν ἀδύνατόν γε ἐπινοῆσαι τοιαύτην κρᾶσιν ζώου σώματος ὡς γεννῆσαι ἀτέλεον ζῶον, αὐτοῦ τῆς πρὸς ἕτερον ὁμιλίας. ζῶον μέντοι γε τέλεον ἐν αὐτῷ κυῆσαι χαλεπὸν ὄντως ἐστί, καὶ ἴσως ἀδύνατον. ἐν πολλῷ γὰρ χρόνῳ δεῖ τρέφεσθαι τὸ τοιοῦτο κύημα. τοῦτο δ' οὐκ ἐγχωρεῖ γενέσθαι χωρὶς τοῦ περιττωματικὸν εἶναι τὸ θῆλυ. περιττωματικὸν δ' οὐκ ἂν εἴη, χωρὶς τοῦ ψυχρότερόν τε καὶ ὑγρότερον ἱκανῶς ὑπάρχειν τῇ κράσει.

Verùm haud scio quomodo id eueniat, vt errore seductus idem ipse circa plantas generationis principia non esse discreta tradat, sed ambo in ipsis esse, tum materiæ, tum facultatis. Aristoteles verò etiam magis adhuc in quibusdam animalibus visa esse ait omnia prægnantia, & nihil in ipsis discretum aut segregatum existere, sed vniri. Quare huius rei gratia non expectant externum accusatorem, sed ipsi seipsos deiiciunt ab Adrastia victi. Nos porrò id in quo dubij hærent in priore libro iam solutum esse dicimus. Primùm etenim neque appetiuerit coitum fœmina, si non habeat testes & semen, atque hoc non ex rationibus probabilibus, quibus illi vtuntur, sed scientificis & demonstratiuis asserentes, fidem omnibus faciemus. Suffecerit autem vel solas testium exectiones exponere ac proferre, quas apud multos populos in fœminis suibus faciunt. Apparent enim hæ non ampliùs seipsas verribus subiicere velut antea, sed omnis venerei complexus oblitæ esse. Ostendam autem tibi ordine etiam alium non leuem muliebris seminis vsum. Si enim dissectione volueris membranam allantoidem appellatam inspicere, seminariis vasis appensam, quam etiam ex muliebri semine generari dicebamus; videbis sanè statim in ipsis dissectionibus, non posse masculo semini omnes vteri partes oblini, è directo enim eiaculatum per vteri collum ad fundum eique vicinas partes fertur, ad latera verò vsque ad cornua diuertere id non potest, & hunc igitur non paruum vsum generando fœtui exhibet muliebre semen, quin & velut proprium ac familiare alimentum masculo semini existit, nempe humidius & frigidius existens, quum illud crassius sit & calidius. Ne igitur impossibile esse dicamus, fœminam vtraque excrementa coaceruare. Apparet enim quòd ipsa coaceruet, & rectè vtique vt possibile asseritur, quòd manifestè existere videtur: non enim impossibile est hoc quod manifestè existit: verùm ratio quæ ipsum calumniatur, minimè probabilis est, vtpote contraria his quæ euidenter apparent. Ne igitur frustra generatum esse semen muliebre dicamus: meliùs enim erat ipsos modicè castigato sermone dicere, Impossibile esse fœminam & sanguineum habere excrementum, & semen fœcundum, ipsis enim ob temperamenti frigiditatem sanguis superuacaneus coaceruatur, forti autem calore opus est ad generationem seminis exactè elaborati & percocti, & humidior quidem est fœmina ac frigidior: calidior autem & siccior masculus. Meritò igitur alteri quidem deest quid ad exactam seminis percoctionem: alteri verò impossibile est sanguineum excrementum habere, præ calore & siccitate idipsum totum resiccante. Ob id igitur & animalia quæ sicciore temperamento prædita sunt, velut plurimæ gallinæ, & ex piscibus non pauci, oua generare solent, citra masculi conuersationem, deest tamen etiam his quippiam ad perfectionem, si non assumant ex illo calorem. Non tamen impossibile est animo concipere tale temperamentum animalis corporis, vt imperfectum animal generet absque alterius commixtione, animal tamen perfectum in seipso concipere, verè difficile est, & fortassis impossibile. Per multum enim tēpus eiusmodi conceptum fœtum nutriri oportet, hoc verò fieri non potest citra hoc vt fœmina excrementis redundet. Excrementis autem redundare non poterit citra hoc, vt temperamento multùm frigidior & humidior existat.

sed si talis fuerit, neque memorabilem seminis copiam, neque semen ipsum viscosum, neque calidum, neque crassum generare potest, quare neque fœcundum. Demonstratum est enim in superiore sermone, quòd tale esse oporteat fœcundum semen, vt statim simul vt effusum est, substantia ipsius partim in membranam abeat, partim in vas distendatur, partim verò formet. Ob hanc rem igitur necessaria ostensa est fœminæ humiditas & frigiditas, in his animalibus in quibus natura simile animal ei quod in vtero gestat, effingit. Quod enim in plantis est terra, hoc talibus est ipsa mater alimentum irrigans vsque quò totum animal perfectè fuerit absolutum. Causa verò horum est alimenti differentia. plantis enim humor ex terra alimentum est, animalibus verò fructus, herbæ, lac, & aliorum animalium carnes, quemadmodum etiam semini plantarum humor ex terra sufficiens est, semini verò animalium, quando neq; comedere adhuc, neque bibere conceptus fœtus potest, materia in venis matris insitum alimentum existit. Oportebat igitur ipsum matri copulari ac coalescere quemadmodũ plantæ semen ipsi terræ.

CAPVT V.

De Triplici similitudine in fœtibus, speciei siue generis, forma, & sexus maris siue fœminæ; ac de singulorum causis.

CÆterùm non parua dubitatio excipit hunc sermonem, de similitudine partium natorum ad parentes. Si enim seminis dominatu similitudinem fieri contingit, omnes partes alteri parentum similes generabuntur, cuiuscunque tandem semen prædominabitur, id tamen fieri non apparet. Equidem si possibile est aliquas partes à seminis masculi motu vim obtinere, aliquas verò à muliebris, non ampliùs similariũ partium esse videbitur semen, attamen videtur magis omni alio tale esse. Atq; hoc erat quod nos in cõmuni cõfitebamur cum Aristotele & Athenæo, qui ex sanguinis coctione ipsius generationẽ constituũt nõ ex omniũ animalis partium eliquatione. Si tamen etiã similarium partium existat, & misceatur in vtero muliebre semẽ virili: possibile est ipsa circa fœtus effingendos inuicem prædominari iuxta diuersas partes. quando sanè & ex membranis circa fœtum allantoidem tunicam appellatam ex solo muliebri semine generari, superiori sermone est demõstratum. Fieri autem potest etiamsi similarium partiũ sit tale semen id posse ex omni sui ipsius parte, omnes animalis partes efficere. Hac namque ratione semina ipsa differunt, quòd id quod primum elapsum est, aut crassius est, quod verò postea sequitur circa secundam aut tertiam eiaculationem, aut tenuius, aut frigidius, aut imbecillius, aut substãtiæ insiti spiritus minùs particeps. Quemadmodum etiam vice versa, quod primùm imbecillius, aut frigidum, aut spirituosum existit. Contrarium verò ipsi id quod prodiit circa secundam, aut tertiam, aut quartam eiectionem. deinde sic in permixtione prædominatur in aliquibus quidem aliis partibus semen masculum, in aliquibus verò fœmineum. vbicunque verò dominetur, ea pars dominanti assimilatur, etenim in omni parte materiæ opifex simul adest. Neque separatum est seorsim quidem mouens, & seorsim quod mouetur: sed seipsum mouet & concinnat semen, & sanè etiam augescit, vt antea dicebatur alimentum ex vterum gestante trahens.

τοιοῦτο δ᾽ ὄν, οὔτ᾽ ἀξιόλογον τῷ πλήθει τὸ σπέρμα γίνεται, οὔτε γλίσχρον, οὔτε θερμόν, οὔτε παχὺ δυνατόν ἐστιν, ὥστ᾽ οὐδὲ γόνιμον. ἐδείχθη γὰρ ὁ πρόσθεν λόγος, ὡς τοιοῦτο εἶναι χρὴ τὸ γόνιμον, ὡς εὐθὺς ἅμα τῷ καταβληθῆναι, τὸ μὲν ὑμενοῦσθαι τῆς οὐσίας αὐτοῦ, τὸ δὲ εἰς ἀγγεῖον ἀποτείνεσθαι. τὸ δὲ πλάττειν προσήκει. δέδεικται τοίνυν ἀναγκαία τοῦ θήλεος ἡ ὑγρότης τε καὶ ἡ ψυχρότης, ἐν οἷς ζώοις ἡ φύσις ὅμοιον τῷ κυοῦντι τὸ κατὰ τὰς μήτρας διαπλάττει ζῶον. ὅπερ γὰρ τοῖς φυτοῖς γῆ, τοῦτο τοιούτοις ἡ μήτηρ ἐστί, τροφὴν ἐπαρδεύουσα, μέχρι περ ἂν ὅλον ἐξεργασθῇ τέλεον τὸ ζῶον. αἰτία δὲ τούτων ἡ τῆς τροφῆς ἐστι διαφορά. τοῖς μὲν γὰρ φυτοῖς ὁ ἐκ τῆς γῆς χυμὸς ἡ τροφή, τοῖς ζώοις δὲ καρποί, πόαι, καὶ γάλα, καὶ ζώων ἑτέρων σάρκες, ὥσπερ καὶ τῷ σπέρματι τῷ μὲν τῶν φυτῶν ὁ ἐκ τῆς γῆς χυμὸς αὐτάρκης. τῷ δὲ τῶν ζώων ἐπειδὴ μήτε ἐσθίειν ἤδη, μήτε πίνειν ἐστὶ τὸ κύημα δυνατὸν ἡ τῆς μητρὸς ἐν ταῖς φλεψὶν ὕλη τροφὴ σύμφυτος. ἐχρῆν οὖν αὐτὸ συναφθῆναι τῇ μητρὶ καθάπερ τὸ τοῦ φυτοῦ σπέρμα τῇ γῇ.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε΄.

Περὶ τριῶν ὁμοιοτήτων κατὰ κυήματα, τῆς εἴδους ἢ γένους, καὶ τῆς μορφῆς, καὶ τῆς ἄρρενος ἢ θήλεος, καὶ περὶ τῆς ἑκάστου αἰτίαν.

Απορία δ᾽ οὐ μικρὰ διαδέχεται αὐτὸν τὸν λόγον περὶ τῆς κατὰ τὰ μόρια τῶν ἐκγόνων πρὸς τοὺς γεννήσαντας ὁμοιότητος. εἰ γὰρ δὴ κατὰ τὸ κρατοῦν σπέρμα συμβαίνει γίνεσθαι τὴν ὁμοιότητα, πάντα ὅμοια τὰ μόρια γενήσεται θατέρῳ τῶν γονέων, οὗπερ ἂν ἐπικρατήσῃ τὸ σπέρμα. οὐ μὴν φαίνεταί γε συμβαῖνον οὕτω. καὶ μὴν εἴπερ ἐγχωρεῖ ἔνια μὲν τῶν μορίων ὑπὸ τῆς τοῦ ἄρρενος ἐπικρατηθῆναι κινήσεως, ἔνια δ᾽ ὑπὸ τῆς θήλεος, οὐκέτι ὁμοιομερὲς εἶναι δόξει τὸ σπέρμα, καίτοι γε δοκεῖ πάντως μᾶλλον εἶναι τοιοῦτο. καὶ ἦν ἡμῖν ὁμολόγημα κοινὸν τοῦτο πρὸς Ἀριστοτέλη καὶ Ἀθήναιον, ἐκ τῆς τοῦ αἵματος πέψεως τὴν γένεσιν αὐτοῦ τιθεμένους, οὐκ ἐκ τῆς ἁπάντων τῶν τοῦ ζώου μορίων ἀποτήξεως, εἰ μή τι κἂν ὁμοιομερὲς ὑπάρχῃ, καὶ μιγνύηται κατὰ τὴν γαστέρα τὸ θῆλυ σπέρμα τῷ ἄρρενι, δυνατόν ἐστι κατὰ τὰς τῶν ἐμβρύων διαπλάσεις ἐπικρατεῖν ἀλλήλων ἄλλα κατὰ διαφέροντα μόρια. ὅπου γε καὶ τῶν ὑμένων, τὸν περὶ τὸ ἔμβρυον ὁ πρόσθεν λόγος ἐδείκνυεν ἐκ τοῦ τῆς θηλείας μόνης σπέρματος γίνεσθαι τὸν ἀλλαντοειδῆ χιτῶνα. ἐγχωρεῖ δὲ κἂν ὁμοιομερὲς ᾖ τὸ σπέρμα τοιοῦτο, οἷον ἐξ ἅπαντος ἑαυτοῦ μορίου δημιουργεῖν ἅπαντα τοῦ ζώου μέρη. ταύτῃ γοῦν οὕτω διαφέρει· τὸ μὲν πρῶτον ἐκπεσὸν, ἤτοι παχύτερόν ἐστι, τὸ δ᾽ ἐπὶ αὐτῷ κατὰ τὸν δεύτερον ἢ τρίτον ἐξακοντισμόν, ἤτοι λεπτότερον, ἢ ψυχρότερον, ἢ ἀσθενέστερον, ἢ τῆς τοῦ συμφύτου πνεύματος οὐσίας ἐλάττονος μετέχον, ὥσπερ γε τὰ ἐναντία· τὸ μὲν πρῶτον ἀτονώτερον, ἢ ψυχρόν, ἢ πνευματῶδες ὑπάρχει. ἐναντίον δ᾽ αὐτῷ τὸ κατὰ τὴν δευτέραν, ἢ τρίτην, ἢ τετάρτην ἔκπτωσιν, εἶθ᾽ οὕτως ἐν τῇ μίξει κρατεῖ, ἐν ἄλλοις μὲν τισι μορίοις τὸ τοῦ ἄρρενος, ἐν ἄλλοις δὲ τὸ τῆς θηλείας. ὅπου δ᾽ ἂν κρατήσῃ τὸ μέρος ἐκεῖνο συνεξομοιοῦται τῷ κρατοῦντι. συνυπάρχει γὰρ ἐν ἅπαντι μορίῳ τῆς ὕλης ὁ δημιουργός, οὐκ ἀποκέκριται δὲ χωρὶς ἰδίᾳ μὲν τὸ κινοῦν, ἰδίᾳ δὲ τὸ κινούμενον, ἀλλ᾽ ἑαυτὸ κινεῖ καὶ ῥυθμίζει τὸ σπέρμα, καὶ δὴ καὶ αὔξανει, καθάπερ ἔμπροσθεν ἐλέγετο τὴν τροφὴν ἕλκον ἐκ τῆς κυούσης.

οὐδὲν οὖν θαυμαστὸν ἑκατέρων τῶν γονέων ὁμοιοῦσθαι τὰ ἔγγονα κατὰ διαφέροντα μόρια. ἆρ' οὖν οὕτω καὶ περὶ τῶν γεννητικῶν μορίων καὶ ταύτην τὴν αἰτίαν θήσεται, τοῦ τὸ μὲν ἄρρεν αὐτῶν γίνεσθαι, τὸ δὲ θῆλυ; καὶ τοῦ τῷ παντὶ σώματι διαφέρειν τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, οὐκ ἐν ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ σύμπαντα τῶν ζώων γένη; καί τις ἐξ ἀπόπτου θεασάμενος ταῦρον, εὐθὺς γνωρίζει τὸ ἄρρεν ἄνευ τοῦ κατασκέψασθαι τὰ γεννητικὰ μόρια, καὶ λέοντά γε ὁμοίως ἔστι γνωρίζειν τε καὶ διακρίνειν λεαίνης, ἀλεκτρυόνα τῆς ἀλεκτορίδος, αἰγός τε θηλείας τράγον, καὶ προβάτου κριόν. οὕτω δὲ καὶ ἄνδρα διακρίνομεν γυναικός, οὐκ ἀποδύσαντες πρότερον, ἵν' ἐπισκεψώμεθα τὴν διαφορὰν τῶν μορίων, ἀλλ' ἠμφιεσμένους θεασάμενοι. τό τε γὰρ ὅλον σῶμα διαλλάττουσι, καὶ τῶν ὑστέρων ὀνομαζομένων μορίων. τὰ μὲν οὐδ' ὅλως ἐστὶ ταῖς θήλεσι. τὰ δὲ οὐ τοιαῦτα. γένεια γοῦν καὶ λόφοι, καὶ πλῆκτρα, καὶ χαυλιόδοντες, ἀρρένων ζώων μόρια. ταῖς δὲ ἐλάφοις καὶ τὰ κέρατα πολλά, καὶ κατὰ ταῦτα τῶν ἀρρένων θήλεα ἀπολείπεται. διαλλάττει δὲ καὶ τῷ τὰ μὲν εἶναι ψιλότερα, τὰ δὲ λασιώτερα, καὶ τὰ μὲν μαλακότριχα καὶ πλατύισχα, τὰ δὲ εὐρύστερνα, καὶ ἄλλαις πολλαῖς διαφοραῖς, ὡς οὐκ ἀπὸ τρόπου δόξειν ὁ φυσικὸς Στρατόνικος ὑπειληφέναι, τὸ μὲν ἄρρεν γίνεσθαι ζῶον, ἐπικρατείᾳ γονῆς ἄρρενος, τὸ δὲ θῆλυ, θηλείας. οὕτω μέν γε καὶ φλεψὶ καὶ ἀρτηρίαις οἴεται διαφέρειν αὐτὰ καθάπερ γε τοῖς γεννητικοῖς μορίοις, ἀπείρως ἔχων ἀνατομῆς ἀκριβοῦς. οὐ γὰρ ὁ ἀριθμὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ διάπλασις αὐτὴ καὶ ἡ θέσις ἁπάσαις ταῖς ἀρτηρίαις ἐστὶ καὶ ταῖς φλεψὶ καθ' ὅλον τὸ σῶμα τῶν ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν ζώων, ἀλλὰ ταύτῃ μὲν ἥμαρτε πάμπολυ. τὸ δ' οἴεσθαι τὸ μὲν ἄρρεν ζῶον ὅταν ἐπικρατήσῃ τὸ τοῦ ἄρρενος σπέρμα, τὸ δὲ θῆλυ κατὰ τὴν τοῦ θηλείας ἐπικράτησιν γίνεσθαι πιθανὸν ἱκανῶς ἐστι. μάχεται δὲ αὐτῷ τὸ καὶ τὰ θήλεα πολλάκις ὁμοιότατα γίνεσθαι τῷ πατρί, καὶ τῶν ἀρρένων οὐκ ὀλίγα τῇ μητρί. βέλτιον οὖν ἴσως ἐστὶν οὐχ ἁπλῶς ἐπικρατείᾳ τῶν σπερμάτων γίνεσθαι φάναι τὸ θῆλυ καὶ ἄρρεν, ἀλλὰ κατὰ τὰ διαφέροντα μόρια. μάχεται δὲ ὡς εἴρηται καὶ τοῦτο, τὸ μὴ μόνον τὰ γεννητικὰ μόρια διηλλάχθαι αὐτοῖς, ἀλλὰ καὶ τὸ σύμπαν σῶμα. δεήσει γὰρ οἶμαι ζητῆσαι τὴν αἰτίαν ἥτις ποτ' ἐστὶ δι' ἣν ἄρρεν μὲν ἐνίοτε τὸ παιδίον γίνεται, ὁμοιότατον δὲ τῇ μητρί. κατὰ μὲν οὖν τὸν ἔμπροσθεν λόγον ὁμοιότητες φαίνονται διτταὶ τοῖς ἐγγόνοις πρὸς τὰ γεννῶντα. πρώτη μὲν ἡ κατὰ τὸ τῆς ὅλης οὐσίας εἶδος, ὅταν ἄνθρωπος ἐξ ἀνθρώπου καὶ ἵππος ἐξ ἵππου γένηται, καὶ ταύτης τὸ πλέον ἡ μήτηρ φαίνεται παρέχειν. ἑτέρα δ' ἡ κατὰ τὰς τοῖς εἴδεσι διαφοράς, ἀνθρώπου πρὸς ἄνθρωπον, καὶ ἵππου πρὸς ἵππον, ἐν αἷς τὸ ἐπικρατῆσαν τῶν σπερμάτων ἐδείκνυτο πλέον. ἄλλη δ' εὕρηται νῦν ὁμοιότης τρίτη, παρὰ τὰς πρόσθεν, ἡ ὡς ἄρρενος πρὸς ἄρρεν, ἢ θήλεος, πρὸς θῆλυ, περὶ ἧς πρόκειται σκοπεῖν, ὅπως γίνεται. οὔτε γὰρ ὅταν ἐν τοῖς γεννητικοῖς μορίοις ἐπικράτησις γένηται, διὰ τὸ καὶ παντὶ τῷ σώματι διαφέρειν ἄρρεν θήλεος, οὐδ' ὅταν πάντη κρατήσῃ τὸ ἕτερον σπέρμα. πολλὰ γὰρ καὶ τῶν ἀρρένων ὁμοιοῦται τῇ μητρί, καὶ τῶν θηλειῶν τῷ πατρί. τίς οὖν ἄλλη παρὰ ταύτας ἐστίν; ἐμοὶ μὲν δοκεῖ μία μόνη λείπεσθαι τῇ κράσει τῶν δραστικῶν ποιοτήτων ἑπομένη, καλῶ δ' οὕτως εἴωθα θερμότητα καὶ ψυχρότητα. σκεπτέον οὖν εἰ κατὰ τὴν τούτων ὑπάλλαξιν ἄρρεν καὶ θῆλυ γίνεσθαι δύναται. φαίνεται δὲ καὶ αὐτῶν τῶν κυουμένων ἔτι τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος οὐ μόνον θερμότερον, ἀλλὰ

A Nihil igitur mirum est vtrique parenti natos assimilari circa diuersas partes. Num igitur etiam sic de genitalibus partibus eandem causam ponemus, quòd partim masculæ fiunt, partim muliebres? & quòd masculus toto corpore à fœmina differt, nō solùm inter homines, sed etiam vniuersa animaliū genera? Etenim si quis è longinquo conspiciat taurum, statim cognoscit masculum, citra contuitum partium genitalium, & leonem similiter cognoscere licet ac discernere à leæna, gallum à gallina, hircum à capra, & ab ouicula arietem. Sic verò etiam virum discernimus à fœmina, non exutis vestibus antea quò partium differentiam inspiciamus, sed B indutos ac contectos à nobis visos. Nā & toto corpore inter se differunt, & ex partibus quæ posteræ appellātur, quædā prorsus quidē fœminis non sūt, quædā verò nō eiusmodi: barbæ namq; & cristæ, & calcaria, ac dentes exerti masculorū animalium partes sunt. Ceruis verò etiā cornua multa, & iuxta has partes fœminæ maribus inferiores sunt. Differunt etiam ampliùs in hoc, quòd alia sunt pilis magis denudata, alia hirsutiora, alia molli pilo vestita, & latis coxendicibus prædita, alia amplo pectore, & multis aliis differentiis. vt non absurdè opinatus esse videri possit Stratonicus Physicus, masculum C animal ex masculæ genituræ dominio generari, muliebre ex muliebris. Sic tamē & venis & arteriis ipsa differre putat, quemadmodū genitalibus partibus, expers nimirū exactę disciplinę corporū dissectionis. Nō enim numerus solū, sed & cōformatio, ac positura eadē est omnibus arteriis, ac venis per totū tum masculorū, tum muliebriū animalium corpus. Verùm hac parte plurimùm aberrauit. cæterùm opinari masculū animal, vbi masculū semen præualuerit, & muliebre iuxta muliebris seminis dominiū generari, satis probabile est, pugnat tamē cōtra hoc, quòd fœminæ sæpenumero patri simil- D limæ gignātur, & ex masculis nō pauci matri. Præstat igitur fortassis non simpliciter dicere, ob seminum dominiū totum tum marem, tum fœminā generari, sed circa diuersas partes. Pugnat autē, vt dictum est, aduersus hoc, quòd non solùm genitales partes ipsis diuersæ sint, sed etiā totum corpus. Oportebat igitur (opinor) inquirere quænā causa sit, ob quam puer aliquando quidē masculus gignitur, verū matri simillimus. Iuxta superiùs igitur habitū sermonē, duplices apparēt esse similitudines natorum ad parentes: Prima quidē secundum speciem totius substantiæ, quum homo ex homine, & equus E ex equo gignitur, & hāc sanè mater magis exhibere apparet. Altera verò iuxta differētiam eorum quæ eadem specie existunt, hominis videlicet ad hominem, & equi ad equum. in quibus prædominans semen plus posse demonstratum est. Inuenta est autē nunc tertia similitudo præter priores, quæ est vt masculi ad masculum, aut fœminæ ad fœminam, de qua nunc videre propositum est, quomodo fiat. Neque enim quum in genitalibus partibus dominium contingit, ob id etiam toto corpore masculus à fœmina differt, neque quum penitus vicerit alterum semen, multi enim masculi matri similes fiunt, F & fœminæ patri. Quæ est igitur alia præter has causa? Mihi quidem vna sola reliqua esse videtur consequens ad temperamentum qualitatum actiuarum, sic verò calorem & frigus appellare solemus. Considerandum igitur an iuxta harum permutationem masculus & fœmina generari potest. Apparet autem & inter ipsos fœtus adhuc, masculus fœmina non solùm calidior, sed

& ſiccior ſtatim à principio eſſe. cuius rei gratia etiam maſculum, omnes quibus hę res curæ fuerũt, non ſolùm Hippocrates, breuiori tempore effingi ac formari dicunt, fœminam verò longiori, atque hoc ſic habere tum in abortibus, tum in prægnantiũ animalium diſſectionibus apparet. Vtrum igitur ipſorum humidius & frigidius eſſe putandum eſt? num quod ſtatim ſingularũ partium ſpeciẽ profert & oſtendit, ſeorſum quidem oſſis, ſeorſum etiam nerui, ſingulatim etiã arteriæ & venæ ſingularúmque aliarũ partium? an quòd ad plurimum tempus ſeminiforme & ſanguineum apparet? aut manifeſtũ eſt hoc antea quòd calido & ſicco citiùs oſſa dureſcunt, citiúſq; nerui extenduntur, & citiùs venæ ac arteriæ in fiſtulæ modum cauãtur, atq; aliæ omnes partes conformantur? Quemadmodum enim lutũ liquidum nullam figuram nullámq; effigiem ſuſcipit, moderatè verò durum ſuſcipit: Sic & primus ac recens fœtus ſimilis eſt recens coagulato lacti, & quemadmodum hoc nullus eorum qui caſeos cogere ac efficere ſolent, effingere aggreditur priùs, quàm moderatè ſit congelatum, eodem modo neque natura animal. Neq; enim etiã ſi aggrederentur ampliùs quicquam efficerent, materia nondum compagem habente, ſed ſine fulcro ac tremula adhuc diffluente. Neque enim figulus lutum aut cerã liquidã effingere tentat priùs, quàm moderatã habeant firmitatem. Ob id ſanè etiã ſiccius eſt quod citiùs accipit formã. Amplas autem arterias, & venas, & thoracem & (vt ſimpliciter dicã) omnes partium cauitates habet quod inflatũ eſt, quum etiam hoc multò magis ſpiritus multus calidus operari ſoleat. Itaq; & arterias maiores & fortiùs pulſantes habet, ac totũ corpus robuſtũ ac vegetũ ad motus. Talia autẽ omnia non ſolùm in iam editis, ſed etiã in his quæ adhuc in vtero geſtantur, ſigna ſunt caloris prædominantis. Et ob id etiam in dextro vtero maſculi geſtari videntur, & rarò admodum viſa eſt fœmina in hoc vtero, quemadmodum rarò etiã in ſiniſtro vtero maſculus. Sic verò etiam teſticulorum corpulentior dexter exiſtit, & priùs quidem tempore pubertatis inflatus, generatores maſculorum facit, gracilior verò & poſteriùs tumeſcere incipiens fœminarum genitores oſtendet. Dictum porrò de his vberiùs in quinto diſſectionis Hippocratis, illius enim ſunt hæc inuenta. Nunc autem tantùm ex ipſis ſumere ſatis erit, quòd ſiquidem dextræ partes ſiniſtris ſunt calidiores, quemadmodum certè ſunt, fuerit vtique hoc ſignum fœminâ maſculum calidiorem eſſe. Demonſtratum eſt autem & ſicciorem, eſt enim calidior & ſiccior. Verùm quòd ſit talis omnes confitentur, qui modo aliquid de temperamentis prodiderunt, quin & quòd ad huiuſmodi temperamentum robur actionum conſequatur, itidem confeſſum eſt. Quapropter verò fœtus eiuſmodi temperamento præditus teſticulos extra pendentes habeat, & iuxta ipſos pudendum prælongum, & vterum ex nulla parte. contrà verò humidior ſimúlque frigidior teſticulos intùs habeat, itémque vteros, itidémque intrinſecus totum pudendum in præſenti ſermone conſiderare propoſitum eſt. Videor autem mihi videre, aliquid ex his quæ in diſſectione apparent, incitabulum nobis fore ad inueniendum ea quæ quæruntur. eſt autem hoc ipſum proportio genitalium membrorum tum in maſculo, tum in muliebri animali. Si quis enim geminæ naturæ vterum eſſe animo concipiat, ita vt tum extra peritonæum elabatur, tum ſic inuertatur, &

A καὶ ξηρότερον εὐθέως ἐξ ἀρχῆς ὑπάρχειν, οἶμαι. αὐτίκα τὸ μὲν ἄῤῥεν ἅπαντες οἷς τούτων ἠμέλησεν, οὐχ Ἱπποκράτης μόνον, ἐλάττονι χρόνῳ διαπλάττεσθαι καὶ μορφοῦσθαί φασι, τὸ δὲ θῆλυ, πλέονι. φαίνεται γὰρ οὕτως ἔν τε ταῖς ἐκτρώσεσι καὶ ταῖς τῶν κυουσῶν ζώων ἀνατομαῖς. πότερον οὖν αὐτῶν ἡγητέον ὑγρότερόν γε εἶναι καὶ ψυχρότερον; ἆρά γε τὸ ταχέως μὲν ἑκάστου τῶν μορίων ἐμφαῖνον τὴν ἰδέαν, ἰδίᾳ μὲν ὀστοῦ, ἰδίᾳ δὲ νεύρου, ἰδίᾳ καὶ ἀρτηρίας καὶ φλεβὸς, ἑκάστου τε τῶν ἄλλων; ἢ τὸ μέχρι πλείστου γονοειδές τε καὶ αἱματῶδες φαινόμενον; ἢ τοῦτό γε πρόδηλον, ὡς τῷ θερμῷ καὶ ξηρῷ θᾶττον μὲν ὀστοῦν πήγνυται, θᾶττον δ᾽ ἀποτείνεται τὰ νεῦρα,

B θᾶττον δὲ αἱ φλέβες καὶ ἀρτηρίαι συριγγοῦνται, καὶ τὰ ἄλλα πάντα διαπλάττεται μόρια. καθάπερ γὰρ ὁ μὲν ὑγρὸς πηλὸς οὐκ ἐπιδέχεται τύπον, οὐδὲ διάπλασιν οὐδεμίαν, ὁ δὲ μετρίως σκληρὸς ἐπιδέχεται, οὕτω καὶ τὸ πρῶτον κύημα παραπλήσιον οὖν ἐστιν ἄρτι πηγνυμένῳ γάλακτι, καὶ ὥσπερ τοῦτο διαπλάττειν οὐδεὶς ἐπιχειρεῖ τῶν τυροποιῶν, πρὶν μετρίως παγῆναι, κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον οὐδ᾽ ἡ φύσις τὸ ζῷον. οὐδὲ γὰρ εἰ ἐπιχειροῖεν πλέον ἄν αὐτοῖς τι γένοιτο, μηδέπω τῆς ὕλης ἕδραν ἐχούσης, ἀλλὰ ἀστηρίκτου τε καὶ τρομώδους

C διαῤῥεούσης. οὐδὲ γὰρ ὁ πλάστης ἐπιχειρεῖ πηλὸν ἢ κηρὸν ὑγρὸν διαπλάττειν, πρὶν μετρίαν λαβεῖν πῆξιν. ξηρότερον μὲν δὴ διὰ ταῦτα τὸ θᾶττον μορφούμενον, εὐρείας δὲ ἀρτηρίας καὶ φλέβας καὶ θώρακα, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν ἁπάσας τῶν μορίων τὰς κοιλότητας ἴσχει τὸ διαφυσώμενον, ἐπεὶ μᾶλλον ἐργάζεσθαί τι τοῦτο πέφυκε πολὺ πνεῦμα θερμόν. ταῦτά τοι καὶ ἀρτηρίας μείζονάς τε καὶ ἰσχυρότερον ἔχει σφυζούσας, καὶ ὅλον τὸ σῶμα εὔτονόν τε καὶ ἕτοιμον εἰς τὰς κινήσεις. τὰ τοιαῦτα οὐκ ἀποκυηθέντων μόνον, ἀλλὰ καὶ κυουμένων ἔτι θερμοῦ κρατοῦντος τὰ ἅπαντά ἐστι γνωρίσματα.

D διὰ ταῦτα κἀν τῇ δεξιᾷ μήτρᾳ φαίνεται κυούμενα τὰ ἄῤῥενα, καὶ σπανίως ὤφθη ποτὲ θῆλυ κατὰ ταύτην τὴν μήτραν, ὥσπερ γε καὶ κατὰ τὴν ἀριστερὰν ἄῤῥεν. οὕτω δὲ καὶ τῶν ὄρχεων εὐτραφέστερος μὲν ὁ δεξιὸς ὑπάρχει, καὶ πρῶτος μὲν ἐν ταῖς ἥβαις διαφυσηθεὶς ἀῤῥενογόνους ποιεῖ. ἀτροφώτερος δὲ καὶ ὕστερον ἀρξάμενος ἐξαίρεσθαι, θηλυγόνους. εἴρηται δ᾽ ὑπὲρ τούτων ἐπὶ πλέον ἐν τῷ πέμπτῳ τῆς Ἱπποκράτους ἀνατομῆς. ἐκείνου γάρ ἐστιν εὑρήματα. νυνὶ δ᾽ ἀρκεῖ τό γε τοσοῦτο ἐξ αὐτῶν λαβεῖν, ὡς εἴπερ ἐστὶ τὰ δεξιὰ μόρια θερμότερα τῶν ἀριστερῶν ὥσπερ

E ἐστὶν, εἴη ἂν τοῦτο γνώρισμα τοῦ θερμότερον εἶναι τὸ ἄῤῥεν, τοῦ θηλείας. ἐδείχθη δὲ καὶ ξηρότερον, θερμότερον γάρ ἐστι καὶ ξηρότερον, ἀλλ᾽ ὅτι μὲν ἐστὶ τοιοῦτο πάντες ὁμολογοῦσιν ὅσοι τι περὶ κράσεων ἐπραγματεύσαντο, καὶ ὡς ἕπεταί γε τῇ τοιαύτῃ κράσει ῥώμη τῶν ἐνεργειῶν ὡμολόγηται καὶ τοῦτο. διότι δὲ τὸ μὲν τοιοῦτο τῇ κράσει κύημα τοὺς ὄρχεις ἐκτὸς ἔχει κρεμαμένους, καὶ κατ᾽ αὐτῶν τὸ αἰδοῖον παραμῆκες, καὶ μήτραν οὐδαμόθεν. τὸ δ᾽ ὑγρότερόν τε ἅμα καὶ ψυχρότερον, ἔνδον μὲν τοὺς ὄρχεις καὶ τὰς μήτρας, ἔνδον δὲ καὶ αὐτὸ σύμπαν τὸ αἰδοῖον, ἐν τῷ παρόντι λόγῳ πρόκειται σκο-

F πεῖσθαι. δοκῶ δέ μοί τι τῶν ἐξ ἀνατομῆς φαινομένων, ὁρμητήριον ἡμῖν γενέσθαι τῆς τῶν ζητουμένων εὑρέσεως. ἔστι δὲ τοῦτο τῶν γεννητικῶν μορίων ἀναλογία, κατά τε τὸ ἄῤῥεν ζῷον, καὶ κατὰ τὸ θῆλυ. διφυῆ γὰρ ὑπάρχουσαν τὴν μήτραν τῶν γυναικῶν, εἴ τις ἐπινοήσειε δύο ταῦτα πάσχουσαν, ἅμα τε παραπίπτουσαν ἔξω τοῦ περιτοναίου καὶ οὕτως ἐκτρεπομένην,

καὶ ὅσα μὲν ἐστὶν ἔξωθεν αὐτῆς νῦν ἔνδοθεν γένοιτο. τὰ δ' ἔνδον ὑπάρχοντα νῦν ἔξωθεν φαίνεσθαι. γενήσεται ἂν οὕτω τοὺς ὄρχεις ἐν ὀσχέῳ τοῦ μὲν τῆς μήτρας κύτους ὀσχέου γενηθέντος, τοῦ περιτοναίου δὲ ἐρυθροειδοῦς. αὐτῶν δὲ τῶν ὄρχεων οὐκ ἔξωθεν ὥσπερ νῦν εἰσὶ τῶν μητρῶν, ἀλλ' ἔσωθεν γενομένων. καὶ γὰρ καὶ ὁ κρεμαστὴρ ὀνομαζόμενος, ἔστι δ' ἑκατέρωθεν εἷς ἀπὸ τῶν εἰς τοὺς λαγόνας ἀποφυομένων μυῶν, ὡσαύτως φαίνεται καθήκων εἰς τὴν μήτραν κατά γε τὰ τοῦ περιτοναίου τρήματα. κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπὶ τῶν ἀρρένων ὁδὸς γινομένη ταῖς μὲν ἀρτηρίαις καὶ φλεψὶν ἄνωθεν κάτω, τοῖς σπερματικοῖς δ' ἀγγείοις κάτωθεν ἄνω. ταῖς θηλείαις δ' ἐντὸς τοῦ περιτοναίου τοῦτο κείμενον ἀπὸ τοῦ μυὸς ἄρτημα πρὸς τὴν μήτραν διαπέμπεται καθ' ἑκάτερον μέρος ἀριστερόν τε καὶ δεξιόν, ὥστε καὶ ταῦτα ἀνάλογως εἶναι τοῖς ἐπὶ τῶν ἀρρένων κρεμαστῆρσιν. ὁ δὲ δὴ τράχηλος τῶν ὑστερῶν ἔνδον καὶ αὐτὸς κείμενος ἐπὶ τῶν θηλειῶν, ἐκτός ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀρρένων. αὐτὸ τὸ ἀνδρῶν αἰδοῖον ἀπεργασθείς. ἡ δὲ τούτων πόσθη τὸ γυναικεῖόν ἐστιν αἰδοῖον ἐπὶ τῶν θηλειῶν. ἐπίπωμα γὰρ ὥσπερ τοῦτο στομάχου τῶν ὑστερῶν ἐστιν, οὕτως ἡ πόσθη τοῦ τῶν ἀρρένων ἐστὶν αἰδοίου δερματώδης ἐπίφυσις ἔνδον κοίλη, πλὴν ὅσα πολλῷ μεῖζόν ἐστιν ἐπὶ τῶν θηλειῶν, ἢ ἐπὶ τῶν ἀρρένων. ἅπαντα οὖν φαίνεται ἔχειν τὰ γεννητικὰ μόρια ταῦτα τὸ θῆλύ τε καὶ ἄρρεν ζῷον ἤτοι τῇ θέσει διαφέροντα, τῷ τὰ μὲν αὐτῶν ἐντὸς εἶναι τοῦ περιτοναίου, τὰ δὲ ἐκτός, ἢ τῷ μεγέθει, καθάπερ ἐπὶ πόσθης τε καὶ ὄρχεων ἀρτίως ἐλέγετο. καὶ γὰρ καὶ τὰ τρέφοντα τοὺς ὄρχεις ἀγγεῖα τῶν αὐτῶν ἀφώρμηται φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν, ὡσαύτως δὲ καὶ τὰ κατὰ τὸν καυλὸν καὶ τὸν ὄσχεον ἐπὶ τῶν ἀρρένων, τοῖς τὸν τράχηλόν τε τῶν ὑστερῶν καὶ τὸ γυναικεῖον αἰδοῖον. οὕτω δὲ καὶ τῶν τὰς μήτρας τρεφόντων ἀγγείων ἀνάλογον, αἱ ἀρχαὶ τοῖς τῶν ὄρχεων τῶν ἀνδρῶν. οὐ μὴν οὐδὲ τῶν νεύρων ἀρχὴ διάφορος ἑκατέροις ἐστίν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν αὐτῶν τοῦ νωτιαίου χωρίων ἐπ' ἀρρένων τε καὶ θηλειῶν ἀφώρμηται. πάντ' οὖν φαίνεται, τὰ συνιστῶντα τὴν οὐσίαν τῶν γεννητικῶν μορίων ἑκατέρων τῶν ζῴων ὑπάρχοντα, καὶ κατὰ μηδὲν ὅλως πλεονεκτοῦν, μήτε τὸ θῆλυ τοῦ ἄρρενος, μήτε τὸ ἄρρεν τοῦ θήλεος, ἀλλ' ἑνὶ μόνῳ διαφέροντα, τῷ τὰ μὲν ἔνδον εἶναι, τὰ δὲ ἐκτός· ὥστε εἰ νοήσαις ἐν τῇ τοῦ κυουμένου ζῴου διαπλάσει τὰ γεννητικὰ μόρια, τὴν μὲν πρώτην ὑπογραφὴν καὶ οἷον ὑποτύπωσιν ἐντὸς λαμβάνοντα τοῦ περιτοναίου, μετὰ ταῦτα δ' ἐκτὸς ἀνίσχοντα τὴν ἄρρενος ζῴου γένεσιν οὕτως ἂν μάθοις. ὅτι δ' οὐκ ἄλλως ἡ φύσις εἴωθε τὰ τοιαῦτα δημιουργεῖν τῶν μορίων, ἐκ πολλῶν τεκμηρίων ἔνεστί σοι μαθεῖν· ἑνὸς μὲν καὶ πρώτου τῶν φαινομένων ἐπὶ τοῖς νεογενέσι ζῴοις, ὀδόντων μὲν ἐν τοῖς φατνίοις ἔτι καταχεχρυμμένων ἐντός, ὀφθαλμῶν δ' ἐπὶ τῶν πλείστων ἔτι κεκλεισμένων, ἐπ' ἐνίων δὲ μηδὲ διηρθρωμένων. ἀκριβῶς δ' ἕξεις τὴν τούτων θέαν, τὰς ἀμβλώσεις παραφυλάττων, ἔτι τε τὰς ἐπὶ τῶν κυούντων ζῴων ἀνατομάς, εὕροις ἂν τά τ' ἄλλα καὶ αὐτὰ τὰ γεννητικὰ μόρια τοιαύτην ἴσχοντα τὴν γένεσιν. ἀνδρὶ δὲ γεγυμνασμένῳ περὶ φύσιν, ἀρκεῖ καὶ ταῦτα λογίσασθαι μόνα τὰ νῦν λεχθησόμενα. χρῆται μὲν ὀργάνοις ἡ φύσις εἰς τὴν τῶν μορίων δημιουργίαν, καὶ μάλιστα τῶν ἐχόντων κοιλίας ἀέρι τε καὶ πυρί. καὶ γὰρ εὐρῦναι, καὶ διαφυσῆσαι, καὶ παρατεῖναι, καὶ ξηρᾶναι, καὶ κρατῦναι τὰ σώματα τούτων ἔργον ἐστίν· εἰ δ' ἀναπνεύσειε πρὸς τὸ ἐκτός, ἀπολείψει τὴν ὕλην. ὅσα τοίνυν τῶν εἰρημένων μορίων ἡ φύσις διαπλάττει τὸ ἐκτὸς ἅπασαν περιγραφὴν οἷον ἕρκος ὀχυρόν. ὅταν δ' ὑπογράψηται τὸ τῶν δημιουργουμένων εἶδος

quæcunque nūc quidem extra ipsum sunt, interna fiant, & quæ intra ipsum nunc sunt, forinsecus appareant, fuerint sanè hoc modo testiculi in scroto, nimirum vteri amplitudine in scrotum commutata, peritonæo verò in membranam rubicundam appellatam, atque sic sanè ipsi testiculi non extra vterum, velut nunc sunt videbuntur, sed intra vterum recepti. Quin & qui cremaster appellatur (est autem vtrinque vnus ex musculis ilium exoriens) similiter in vterum procedere apparet circa peritonæi foramina, eodem modo in masculis quidem via existens arteriis & venis ex supernis deorsum: vasis verò seminariis ex infernis sursum. in fœminis verò intra peritonæum sita hæc appendix ex musculo in vterum demittitur iuxta vtramque partem dextram & sinistram, vt & hæ appendices eandem proportionem habeant cum cremasteribus masculorum. Collum porrò vterorum, quod & ipsum intùs in fœminis situm est, in masculis est ipsum virile pudēdum effectum, & extra locatum: præputium autem virile, muliebre est pudendum in fœminis. Quemadmodum enim hoc operculum est stomachi ipsorum vterorum sic præputium pudendi virilis pelliculosa excrescentia est intùs caua, præterquam quòd multò maius id in fœminis quàm masculis existit. Omnia igitur genitalia mēbra tum masculum, tum muliebre animal eadem habere videtur, aut situ differentia, quòd altera intra peritonæum sunt, altera extra, aut magnitudine, velut in præputio, & testibus nuper adeò dicebatur, quin & vasa testes nutrientia ex iisdem venis & arteriis procedunt. Eodem verò modo quæ ad penem, & scrotum in maribus tendunt, illis respondent quæ ad collum vteri & pudendum muliebre pertingunt. Eandem etiam habent proportionem principia vasorum vterum nutrientiū cum his quæ in scroto sunt virorum. Nec verò neruorum principium vtrisque diuersum est, sed ab iisdem medullæ spinalis regionibus & in viris, & in fœminis procedit. Omnia igitur quæ genitales partes constituunt in vtrisque animalibus existere apparet, & in nullo penitus fœminam à masculo, aut masculum à fœmina superari, sed vno solo differre, quòd alteræ partes intùs, alteræ foris existūt. Quare si animo volutabis, quod in animalis, quod in vtero gestatur, formatione, genitales partes primam delineationē & quasi adumbrationem intra peritonæum accipiant, postea verò emergant: sic vtique masculi animalis generationem didiceris. Quòd verò natura eiusmodi partes non aliter effingere soleat: ex multis indiciis condiscere tibi licet. Ex vno quidem, & quod primum in recens editis animalibus apparet, dentibus nimirū intra locellos suos adhuc occultatis, oculis verò in plerisq; adhuc clausis, in aliquibus verò neque articulatis. Exactū autem horum spectaculum habebis abortus contēplando, ampliùs verò & in prægnantium animaliū dissectionibus reperies tum alia, tum ipsa genitalia membra eiusmodi generationem habere. Cæterùm viro circa naturam exercitato hæc sola considerare satis erit quæ nūc dicentur. Natura organis vtitur ad partium opificium, & maximè earum quę cauitates habent, & aëre & igne. Nam & dilatare & insufflare, & extendere, & siccare, & roborare corpora ipsorum opus est, si verò foràs expirarint, relinquent ipsam materiam. Circa vnamquamque igitur prædictarum partium natura omne extrinsecus lineamentum velut septum munitum, effingit. Postquam verò opificij speciem delineauit,

aceruato spiritus impetu vtens, simul & quod effformatum est propellit, & quod continet ac ambit simul perrumpit. Si verò aliquando circa vltimum opus debilitetur, ipsum quod faciebat imperfectum derelinquit. quemadmodum profectò circa totum talparum genus apparet, quibus lineamenta quidem oculorũ intus expressa sunt, verùm forâs emergere non potuerunt, natura circa hoc faciendum debili facta, vt propositum opus absoluere nō posset. Ostensum est autem sufficienter ab Aristotele, quòd ex animalibus quædam imperfectiora sint & circa partes aliquas, & aliquādo circa totum corpus. Oculorum itaque (quando sanè in horum mentionē incidimus) in aliquibus animalibus adeo perfecta est & efficax natura, vt nihil ipsis desit statim à partu: sed mox similiter vt animalia in vigore existentia cernāt, in aliquibus verò aperiũtur palpebræ, & longo tempore opus habēt ad certam & exactam actionem. Canes verò, cæcos catulos parere præ festinatione, etiam prouerbium iam dicit. Verùm si quis exacta appellatione vti velit, imperfectos potiùs quàm cæcos vocabit recēs editos catulos, vtpote post paucissimos dies visuros. talpas autē reuera cæcas & esse & generari dicet. his ipsis porrò adhuc ampliùs oculis priuata sunt plurima ostreorum genera. vermibus verò quibusdam in totum oculi non insunt, quibusdam ipsum solùm vestigium satis obscurũ. Quare natura velut gradus quosdam habere videtur. primum quidem in quo parum quid à plantis abscessit, animal faciēdo quod vnum sensum habeat, ipsum videlicet tactum, secundum verò, in quo etiam gustũ apponit, & tertium in quo olfactum, deinde quarto gradui auditum addit, & quinto visum, postea differentias etiam ipsorum quas recensui. Nihil igitur mirum est, quemadmodum talpæ oculos habent qui intus articulari & particulatim digeri ac componi cœperunt, verũ natura ipsos extrà producere nō potuit: eodē modo & genitales partes muliebribus animalibus intus efformatas esse, & extrinsecus emergere non potuisse propterea quòd tota natura ipsorum debilior sit & imperfectior, quemadmodum etiam Aristoteles dixit. Verùm tanto sanè muliebriũ animalium natura perfectior est quàm talparũ, in quātum talpæ nullo cæcitatis commodo fruuntur. Nō parum verò ad generis propagationem muliebre animal confert: nam vt humidius & frigidius productum, recremēta secum connutriturũ erat ad alimētum fœtibus ipsis idonea, & sanè paucis capitibus omnem ipsorũ naturam perstringemus. Quum primi & recentis fœtus compages liquidior fit & frigidior: tũc & principium formationis seriùs accipit, & finem adeò tardum & debilē, vt hæ partes forâs emergere non possint. & quum circa partes quæ postremùm efformãtur naturã delassari ac debilitari cōtigit, imbecilliores etiam aliis absoluuntur. Demonstratum autem nobis in aliis operibus est, quodcunque superuacaneum siue ex cōmodo alimento siue non commodo sit, à fortioribus partibus ad debiliores propelli, ideóque muliebre animal quandoquidem imbecillius factum est, etiam recrementis superuacaneis redundat. Quādo verò omnium ipsius partium debilissimæ sunt genitales, ob id sanè in has superuacaneus sanguis peruenit, qui salubris quidē purgatio fit fœminis priùs quàm concipiant; tempore verò gestationis in vtero, idonea materia in alimentum ipsis fœtibus existit. Hęc igitur à me dicta sunt, & manifestum iam factum est, in calidiore & sicciore fœtus temperamento,

A ἀθροωτέρᾳ φορᾷ χρησαμένη τοῦ πνεύματος, ἅμα μὲν ἔξω προωθεῖ τὸ διαπλασθὲν, ἅμα δὲ ῥηγνύει τὸ περιέχον. εἰ δ᾽ ἀρρωστήσειέ ποτε περὶ τὸ τελευταῖον ἔργον ἀτελὲς ἐγκαταλείπει τὸ γινόμενον, ὥσπερ ἀμέλει φαίνεται καθ᾽ ὅλον τὸ τῶν ἀσπαλάκων γένος, οἷς ἀνατετύπωνται μὲν ἔνδον οἱ ὀφθαλμοί. πρὸς τοὐκτὸς δ᾽ ἀνίσχειν οὐκ ἠδυνήθησαν, ἀρρώστου κατὰ τοῦτο τῆς φύσεως αὐτῶν γενομένης, ὡς μὴ συντελέσαι τὸ ἔργον ὃ προὔθετο. δέδεικται δὲ ἱκανῶς Ἀριστοτέλει τῶν ζώων, τὰ μὲν ἀτελέστερα κατά τε μόρια καὶ σύμπαν ἐνίοτε τὸ σῶμα. τῶν γοῦν ὀφθαλμῶν, ἐπειδὴ τούτων B ἐμνήσθην ἐπὶ μὲν ἐνίων ζώων οὕτως ἐστὶ τέλεός τε καὶ δραστήριος ἡ φύσις, ὥστε οὐδὲν αὐτοῖς ἐνδεῖ γεννηθεῖσιν, ἀλλ᾽ εὐθὺς ὁμοίως βλέπει τοῖς ἀκμάζουσιν. ἐπ᾽ ἐνίων δ᾽ ἀνοίγονται τὰ βλέφαρα, καὶ χρόνου δεῖται μακροτέρου πρὸς τὴν τῆς ἐνεργείας ἀκρίβειαν. τὰς δὲ κύνας ἤδη που καὶ ἡ παροιμία φησὶ τυφλὰ τίκτειν ὑπὸ σπουδῆς. ἀλλ᾽ ἀκριβῶς μὲν ἄν τις ὀνομάζων ἀτελῆ μᾶλλον, ὡς τυφλὰ καλέσῃ τὰ νεογενῆ κυνίδια, μέλλοντα δι᾽ ὀλιγίστων ἡμερῶν ὄψεσθαι. τοὺς δ᾽ ἀσπάλακας ὄντως τυφλοὺς εἶναί τε καὶ γεννᾶσθαι· τούτων δ᾽ αὐτῶν ἔτι μᾶλλον, ὀφθαλμῶν ἐστέρηνται C τὰ πλεῖστα τῶν ὀστρέων γένη. τῶν σκωλήκων δὲ τισὶ μὲν οὐδ᾽ ὅλως ἔνεισιν ὀφθαλμοί, τισὶ δ᾽ αὐτὸ μόνον ἴχνος ἀμυδρόν, ὥσθ᾽ οἷον βαθμούς τινας ἡ φύσις ἔοικεν ἔχειν, πρῶτον μὲν ἐν ᾧ βραχύ τι τῶν φυτῶν ἀποκεχώρηκε ζῷον ποιήσασα, μίαν ἔχον αἴσθησιν τὴν ἁφὴν, δεύτερον δὲ ἐν ᾧ καὶ γεῦσιν προστίθησι, καὶ τρίτον ἐν ᾧ καὶ ὄσφρησιν, εἶτα τετάρτῳ βαθμῷ τὴν ἀκοὴν, καὶ πέμπτῳ τὴν ὄψιν, εἶτ᾽ αὐτῶν, ἃς εἴρηκα διαφοράς. οὐδὲν οὖν θαυμαστόν ἐστιν, ὥσπερ οἱ ἀσπάλακες ἔχουσι μὲν τοὺς ὀφθαλμοὺς ἔνδον ἀρχομένους διαρθροῦσθαι, ἔξω δ᾽ αὐτοὺς ἡ φύσις προσαγαγεῖν οὐκ ἠδυνήθη. κατὰ D τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ τὰ γεννητικὰ τοῖς θήλεσι τῶν ζώων, ἔνδον μὲν διαπλασθῆναι καὶ πρὸς τοὐκτὸς ἀνασχεῖν μὴ δυνηθῆναι, διὰ τὸ τὴν φύσιν ὅλην αὐτῶν ἀρρωστοτέραν τε εἶναι καὶ ἀτελεστέραν, ὥσπερ καὶ Ἀριστοτέλης ἔλεγεν. ἀλλὰ τοσοῦτόν γε τῆς τῶν ἀσπαλάκων φύσεως ἡ τῶν θηλειῶν ζώων ἐστὶ τελεωτέρα, καθ᾽ ὅσον ἐκεῖνοι μὲν οὐδενὸς ἀπολαύουσι χρηστοῦ τῆς τυφλότητος. οὐ σμικρὰ δὲ εἰς τὴν τοῦ γένους διαδοχὴν συντελεῖ τὸ θῆλυ ζῷον, ἅτε γὰρ ὑγρότερόν τε καὶ ψυχρότερον γενόμενον, ἔμελλε θρέψειν περιττώματα πρὸς τροφὴν τοῖς κυουμένοις ἐπιτήδεια. καὶ δὴ καὶ κεφαλαίοις ὀλί- E γοις ἅπασαν αὐτῶν ἐπέλθωμεν τὴν φύσιν. ὅταν ἡ τοῦ πρώτου κυήματος σύστασις ὑγροτέρα γίνηται καὶ ψυχροτέρα, τήν τε ἀρχὴν τῆς μορφώσεως ὀψιαίτερον ἴσχει, καὶ τὴν τελευτὴν οὕτω βραδεῖάν τε καὶ ἄρρωστον, ὡς μὴ δυνηθῆναι πρὸς τοὐκτὸς ἀνασχεῖν τὰ μόρια. διὰ ταῦτ᾽ οὖν αὐτὰ περὶ τὰ τελευταῖα διαπλασθέντα κάμνειν συνέβη τὴν φύσιν, καὶ ἀσθενεστέραν τῶν ἄλλων ἀποτελεῖσθαι. δέδεικται δ᾽ ἡμῖν ἐν ἑτέροις ὅ,τι περ ἂν ᾖ περιττὸν, εἴτε τροφῆς χρηστῆς, εἴτε μὴ χρηστῆς, ὠθούμενον ὑπὸ τῶν ἰσχυροτέρων μορίων εἰς ἀσθενέστερα. καὶ τοίνυν καὶ τὸ θῆλυ ζῷον ὅτι μὲν ἀσθενέστερον ἐγένετο, F καὶ περιττωματικόν ἐστιν ὅτι δ᾽ ἁπάντων αὐτοῦ τῶν μορίων ἀσθενέστερα τὰ γεννητικά, διὰ τοῦτο εἰς ταῦτα ἀφικνεῖται τὸ περιττὸν αἷμα, κάθαρσις μὲν τοῖς θήλεσιν ὑγιεινὴ γινομένη πρὶν κύειν, ὕλη δ᾽ εἰς τροφὴν ἐπιτήδειος τοῖς ἐμβρύοις ἐν τῷ τῆς κυήσεως καιρῷ. ταῦτ᾽ οὖν εἴρηταί μοι καὶ γέγονε δῆλον, ἐπὶ μὲν τῇ θερμοτέρᾳ τε καὶ ξηροτέρᾳ κράσει τοῦ κυήματος,

ἄρρεν ζῶον γινόμενον, ἐπὶ δὲ τῇ ψυχροτέρᾳ καὶ ὑγροτέρᾳ, θῆλυ. τὸ δ' εἶδος, ἢ τὸ γένος τοῦ ζώου, καλεῖν γὰρ ἑκάτερον ἐγχωρεῖ, τὸν ἄνθρωπον καὶ τὸν ἵππον καὶ τὸν βοῦν, τῇ φύσει τῆς ὑποβεβλημένης ὕλης εἰς τὴν τοῦ ζώου γένεσιν ἀκόλουθον ὑπάρχειν, ὥσπερ γε καὶ τὴν ὁμοιότητα τῆς μορφῆς ἑκατέρῳ τῶν γονέων τῆς τε διαπλαστικῆς καὶ μορφωτικῆς γίνεσθαι δυνάμεως ἐν τῷ σπέρματι ἐχομένης, ὥστ' ἔχειν ἡμᾶς τριῶν ὁμοιοτήτων ἀρχὰς τρεῖς, τὴν μὲν τοῦ γένους τοῦ ζώου κατὰ τὴν οὐσίαν, ἐξ ἧς ἐγένετο. τὴν δὲ τῆς μορφῆς κατὰ τὴν ἐκ τοῦ σπέρματος κίνησιν, τὴν δ' ὡς ἄρρενος ἢ θήλεος, ἐκ τῆς ἀμφοτέρων τῶν ἀρχῶν κράσεως. ἀρχὰς δ' ἀμφοτέρας λέγω, καταμήνιόν τε καὶ σπέρμα. ταῦτα μὲν οὖν ἱκανῶς ἔχει μοι δοκεῖ. καὶ γὰρ ὅτι τοῖς προγόνοις ὁμοιοῦταί τινα κατὰ τοὺς σπερματικοὺς λόγους, οὐ μόνον τοὺς τοῦ πατρὸς, ἀλλὰ καὶ τοὺς τῆς μητρὸς, εὔδηλον ἐκ τῶν εἰρημένων ἐστί.

masculum animal generari, in frigidiore verò & humidiore muliebre. Speciem autem siue genus animalis (vtrumque enim dicere licet) hominem videlicet & equum & bouem, ad naturam materiæ in animalis generationem subiectæ consequentem esse. Quemadmodum sanè & formæ similitudinem ad vtrumque parentem, effingentis ac formantis facultatis esse quæ in semine continetur. Quare trium similitudinum tria principia habebimus, similitudinem generis animalis iuxta substantiam ex qua generatum est. formæ verò iuxta motum ex semine. eam verò quæ est aut masculi aut fœminæ, ex vtrorumque principiorum temperamento. vtraque autem principia appello menstruum & semen. Hæc quidem igitur sufficere mihi videntur. nam quòd parentibus assimilantur nati iuxta seminis rationem, non patris solùm, sed etiam matris: ex relatis satis manifestum est.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ϛ'.

Περὶ χρείας τῶν παραστατῶν, ἣν οἱ ἀρχαῖοι οὐκ ἔγνωσαν.

Σκεψώμεθα δ' ἑξῆς περὶ τῶν ἀδενωδῶν παραστατῶν, οὓς οἱ μὲν ἄπειροι τῆς ἀνατομικῆς θεωρίας οὐδὲ γινώσκουσι τὴν ἀρχήν, οἱ δὲ ἔμπειροι πάντες, ὥσπερ δι' ἑνὸς στόματος ἀπεφήναντο περιέχειν σπέρμα. δυσωποῦμαι οὖν αὐτῶν τό,τε πλῆθος καὶ τὴν δόξαν, ὅμως ἅ γε γινώσκω ῥητέον κἀνταῦθα, καθάπερ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὑπὲρ τῶν ὄρχεων ἐποιησάμην. τί δήποτ' οὖν εἰ σπερματικά εἰσιν ἀγγεῖα καὶ οὗτοι, τοῖς ἐκτμηθεῖσι ζώοις τοὺς ὄρχεις ἀπόλλυται παντάπασιν ἡ τῆς μίξεως ἐπιθυμία. χρὴ γὰρ εἴπερ ἄρα μίγνυσθαι μὲν, μὴ γεννᾶν δὲ, διότι λεπτὸν καὶ ὀρρῶδές ἐστι τὸ κατ' αὐτοὺς σπέρμα. φαίνεται δὲ οὐχ οὕτως γινόμενον. καὶ μὴν οὐκ ἐγχωρεῖ τὰ μὲν ὄργανα τοῦ σπερματικοῦ ἔχειν, οὐκ ἔχειν δ' αὐτῶν τὴν χρῆσιν. ἁπάντων γὰρ τῶν ὀργάνων τοῦ σώματος ἡ φύσις, τοῖς ζώοις ἔδωκε δυνάμεις συμφύτους ἀδιδάκτους χρῆσθαι πρὸς τὰς οἰκείας ἐνεργείας, ἀποδέδεικται δὲ τοῦτο καὶ πρὸς ἡμῶν ἐν τῷ περὶ χρείας μορίων, καὶ πρὸς Ἀριστοτέλους πρότερον, ἄλλων τε πολλῶν ἰατρῶν τε καὶ φιλοσόφων. ὥστε οὐδὲν δέω κατασκευάζειν αὐτὸ πρὸς ἐκείνους τὸν λόγον ποιούμενος, ἀλλ' ὑποκειμένου κοινοῦ πᾶσιν ἡμῖν ὁμολογήματος, τοῦ μήτ' ἄχρηστόν τι καὶ περιττὸν ἐργάσασθαι μόριον τὴν φύσιν, μήτ' ἄνευ τῆς χρησομένης αὐτοῦ δυνάμεως, ἀναλήψομαι τὸν λόγον. οἱ ἀδενώδεις παραστάται κατὰ τὰς τῶν ὄρχεων ἐκτομὰς οὐδὲν πεπονθότες, οὐκ ἐπεγείρουσι τὸ εὐνουχισθὲν ζῶον εἰς τὴν ἀφροδίσιον ὁμιλίαν, ὡς ἂν ἄλλο τι μᾶλλον ὑπάρχοντες ἢ σπερματικὸν ὄργανον, ἑτέρας τέ τινος ἕνεκα χρείας γεγονότες. ὥσπερ γὰρ εἴ τινος ἄλλου μορίου διαφθαρέντος, ἀβλαβῶν δ' ὑπαρχόντων τῶν ὀφθαλμῶν, οὐχ ὑπέμεινεν ὑμῖν τὸ βλέπειν, οὐκ ἂν ὀφθαλμῶν ἐνέργειαν φαμὲν αὐτό. καὶ εἰ τῶν σκελῶν μηδὲν βεβλαμμένων, ἀπόλοιτο βάδισις, οὐκ ἂν τούτων ἐνέργειαν αὐτὴν ἐπιτιθέμεθα. κατὰ τὸν αὐτὸν οἶμαι τρόπον εἰ τῶν ἀδενωδῶν παραστατῶν ὑγιεινῶν διαφυλαττομένων ἀπόλοιτο τοῖς ζώοις ἡ ἀφροδίσιος ὁμιλία, τῶν γεννητικῶν οὐκ ἂν εἶεν οὗτοι μορίων. ὡς οὖν κατὰ τὸν αὐτὸν τρόπον ἐν τοῖς σπερματικοῖς ἀγγείοις ἐπὶ τῶν ἀρρένων ἀναστομοῦσθαι, πιθανῶς συνελογίσαντό τινος ἕνεκα γεγονέναι χρείας αὐτοὺς, οὕτως ἐπὶ τῶν θηλειῶν θεασαμένους ἑτέρως τελευτῶντας, ἐχρῆν κἀνταῦθα συλλογίσασθαι τὸ μὴ τῆς αὐτῆς. εἶθ' ἑξῆς ἀπορήσαντας ὑπὲρ τῆς κατὰ τὰς ἀποδείξεις

CAPVT VI.

De vsu astitum quem veteres ignorarunt.

Videamus porrò deinceps de astitibus glandulosis, quos inexperti ad anatomicam speculationem in totum ignorant. experti verò omnes, velut vno ore, semen continere pronunciauerunt. Pudore igitur confundor ob multitudinem & opinionem ipsorum, tamen quæ scio etiam hîc dicenda sunt, quemadmodũ in superioribus de testibus feci. Cur igitur tandẽ si seminis sunt & hi vasa, animalibus quibus testes execti sunt, deperit penitus coeundi appetentia? Oportet enim vtiq; coire quidem ipsa, non autem generare, propterea quòd tenue & serosum est semẽ in ipsis contentum. Atqui apparet hoc minimè sic fieri, attamen impossibile est organa quidem generandi seminis viribus prædita habere, ipsorum verò vsum non habere. Natura enim insitas facultates animalibus omniũ corporis organorum dedit, atq; eas nulla institutione edoctas ad proprias actiones obeũdas, hoc ipsum verò & à nobis in libris de vsu partium, & priùs ab Aristotele aliisque multis tum medicis, tum philosophis demonstratum est. Quare nihil opus habeo astruere & confirmare aduersus illos instituto sermone. Verùm communi & omnibus nobis cõfesso supposito, quòd videlicet neq; inutilem aliquam, neque superuacaneam partem natura facit, neque citra facultatem, quæ ea vti debeat, repetam sermonem. Astites glandulosi ex testium castratione nihil perpessi, castratum animal ad venereum consortium non excitant, tanquam sanè quiduis aliud magis existentes quàm organum seminale, & alterius cuiusdã vsus gratia generati. Quemadmodum enim si alia aliqua parte corrupta, illæsis existentibus oculis, visus nobis non supersit integer, non sanè oculorum actionem videre esse diceremus. Etsi cruribus nihil læsis, ambulatio pereat, non vtique his hanc actionem deferremus: Eodem modo, opinor, quum glandulosis astitibus integris seruatis, pereat in animalibus venereum consortiũ, minimè certè genitales partes illi ipsi sunt censendæ. Sicut igitur ex eo quòd in eundem locũ, similiter vt vasa seminaria in viris oscula aperta habent, probabiliter ratiocinati sunt ipsos eiusdem vsus gratia generatos esse: Ita oportebat etiam ipsos ratione colligere, in fœminis non eiusdem vsus ergo productos esse, quum videãt in eis rem aliter se habere. Deinceps verò quum dubij hæreant circa pugnam de-

monstrationum, velut etiam nos hæsitauimus; cõsiderare oportebat, vtrum necessariò verũ sit hoc, quòd canales in eundem locum oscula aperta habentes, eiusdem vsus gratia sint facti: aut hoc quidem verum sit, quòd qui eiusdem vsus gratia facti sunt, in eundem locum incurrunt, necessariò in eãdem rem conferant. cuius exemplum esse poterit vesicæ meatus vrinam in eundem hunc meatũ deriuans, in quem omnes quatuor astites in masculis oscula aperta habent. Quare non oportet ad aliam partem digredi; sed ex ipsa iam proposita discere, quòd non sit necessarium, meatus in eundem locum oscula aperta habentes ad vnam actionem conferre. Quòd si etiam ex aliis huius rei fidem facere oportet, luculentis exemplis adductis abundè confirmabitur. In vniuersam internam oris amplitudinem, quã fauces appellant, quæ comedimus ac bibimus per os illabuntur, & ex perforatione iuxta nares, tum aër qui inspiratur, tum pituitosa illuuies, quam appellat Hippocrates vt plurimùm blennam, alij etiam mucum. Ampliùs autem vltra hæc, ex cerebro per palatum recrementum, & ex glandulis ad radicem linguæ sitis, saliua. In intestina verò excrementa ex ventre perueniunt, & humor biliosus ex hepate, & ex glandulis quibusdam aliis rursus hic sitis, humor viscosus similis saliuæ; de quibus glandulis non parua quæstio orta est inter anatomicos, quæ ab Herophilo & Eudemo initium cœpit. Et sanè mihi videtur sermo hîc coërcendus esse, ob id fortuitò primùm partium, quas glandulæ sensibiliter madefaciunt, mẽtionem feci, ad optimum Marinum aliquid dicendum esse, principiis iisdem in vsum sermonis assumptis, quæ ille ipse ex euidentibus statuit. Duplicem igitur omnium glandularum vsum esse ait; aut enim fulciũt vasa sublimia, quæ findi solent & diuulsionis periculum circa vehementiores motus sustinere; aut ob humorum generationem partes madefacere possunt, quæ humectatione viscosa, & ex natura dispersa indigent, vt ne facilè resiccatæ pigræ ad motum reddantur. Atque alterum quidem glandularum genus, quod vasa quæ findi solẽt, fulcit, in præsens relinquamus, vtpote quo nihil opus habemus hoc loco. Aggrediamur autem alterum in sermone consequens, id quod viscosos humores est generans, quod ipsum & corporis substantiam aliam habere ipse Marinus tradit; esse enim, inquit, rarius & cauernosum, & humiditate plenum, ac velut spongiam madore imbutam: non tamen ex omnibus ipsis sensiles meatus enasci. In hoc sanè genus glandularum & arterias & venas inseri ait, & quasdam vasorum in mesenterij glandulas desinere. Duplex namque & harum glandularum genus esse, quod & vsus duplex existat, densas quidem & siccas, quæ vasa, quæ findi solent fulciunt: raras verò & humidas, in quas vasa inseruntur. Has ipsas etiam humiditatem velut pituitosam generare ait, quæ ipsa humiditas internam intestinorum tunicam oblinit, & quasi inungit. Quòd verò etiam glandulæ, quæ saliuam generant, sensilibus vasis ipsam in os profundant, fere non ampliùs quisquam ignorat. sicut neq; quòd totas fauces glandulæ humectent, eiusdem vsus gratia. Hoc ipsum enim æqualiter ab omnibus anatomicis confessum est. Marinus porrò adhuc alias vltra relatas iam glandulas, quæ alias partes irrigent, recenset. verùm quum obscuram & incertam fidem habeant, ipsas relinquamus. Porrò in præsentem ac iam nobis propositam rem, satis erit mihi fidem & probationem ex euidẽtibus

A μέχρις, ὥσπερ ἡμεῖς ἠπορήσαμεν, ἐπισκέψασθαι, πότερον ἐξ ἀνάγκης ἀληθές ἐστι τὸ τοὺς εἰς ταὐτὸ χωρίον ἀνεστομωμένους ὀχετοὺς ἕνεκα τῆς αὐτῆς δημιουργεῖσθαι χρείας, ἢ τὸ μὲν τοὺς ἕνεκα τῆς αὐτῆς χρείας γεγονότας εἰς ταὐτὸ ἐμβάλλειν ἀληθές, οὐκ ἀληθὲς δὲ τὸ τοὺς εἰς ταὐτὸ ἥκοντας ἐξ ἀνάγκης εἰς μίαν συντελεῖν. αὐτίκα γέτοι καὶ ὁ τῆς κύστεως πόρος τὸ οὖρον ἐξοχετεύων εἰς τὸν αὐτὸν τοῦτον πόρον, ὅνπερ καὶ οἱ παραστάται πάντες οἱ τέσσαρες ἐπὶ τῶν ἀρρένων ἀνεστόμωνται· ὡς οὐ χρὴ πρὸς ἕτερον ἀπελθεῖν μόριον, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ τοῦ προκειμένου μαθεῖν, ὡς οὐκ ἂν εἴη ἀναγκαῖον τοὺς εἰς ταὐτὸ τὸ
B χωρίον ἀνεστομωμένους πόρους εἰς μίαν ἐνέργειαν συντελεῖν. Εἰ δὲ καὶ ἐξ ἑτέρων αὐτὸ πιστώσασθαι χρὴ, ἀφθονία πιστώσεται παραδειγμάτων, Εἰς μὲν τὴν τοῦ στόματος εὐρυχωρίαν ἅπασαν τὴν ἔνδον, ἣν ὀνομάζουσι φάρυγγα, τά τ' ἐσθιόμενα καὶ πινόμενα διὰ τοῦ στόματος ἐμπίπτει, κἀκ τῆς κατὰ τὰς ῥῖνας συντρήσεως, ὅ, τ' εἰσπνεόμενος ἀήρ, καὶ ἡ κόρυζα. καλεῖ δ' αὐτὴν Ἱπποκράτης μὲν ὡς τὰ πολλὰ βλένναν, οἱ δὲ ἄλλοι μύξαν. ἔτι τε πρὸς τούτοις ἐξ ἐγκεφάλου δι' ὑπερῴας περίττωμα, κἀκ τῶν παρὰ τῇ ῥίζῃ τῆς γλώττης ἀδένων τὸ σίελον. εἰς ἔντερα δὲ τά τ' ἐκ τῆς γαστρὸς ἥκει, καὶ τὸ χολῶδες
C ὑγρὸν ἐξ ἥπατος, ἐξ ἀδένων τέ τινων ἑτέρων αὖ πάλιν ἐνταῦθα τεταγμένων ὑγρὸν γλίσχρον ὅμοιον σιέλῳ· περὶ ὧν ἀδένων οὐ σμικρὰ ζήτησις γέγονε τοῖς ἀνατομικοῖς ἀπὸ Ἡροφίλου τε καὶ Εὐδήμου τὴν ἀρχὴν λαβοῦσα. καί μοι δοκεῖ τὸν λόγον ἐπιστήσας ἐνταῦθα, διότι κατὰ τύχην δή τινα πρῶτον ἐμνημόνευσα μορίων, ἃ δὴ αἰσθητῶς οἱ ἀδένες ἐπιτέγγουσι, πρὸς τὸν κράτιστον Μαρῖνον εἰπεῖν τι, χρησάμενος ἀρχαῖς εἰς τὸν λόγον, ἃς αὐτὸς ἐκεῖνος ἐξ ἐναργῶν ἐπεστήσατο. διττὴν οὖν ἁπάντων χρείαν φησὶν εἶναι τῶν ἀδένων, ἤτοι στηριζόντων ἀγγεῖα μετέωρα, σχιζόμενα καὶ κινδυνεύοντα διασπασθῆναι
D κατὰ τὰς σφοδροτέρας κινήσεις, ἢ γενέσεως ὑγρῶν ἕνεκεν, ἐπιτέγγειν δυναμένων μόρια τὰ χρήζοντα παρεσπαρμένης φύσει ὑγρότητος γλίσχρου, πρὸς τὸ μὴ ῥᾳδίως καταξηραινόμενα δυσκίνητα γίνεσθαι. τὸ μὲν δὴ τῶν ἑτέρων ἀδένων γένος, ὃ τὰ σχιζόμενα τῶν ἀγγείων στηρίζει καταλείπωμεν ἐν τῷ παρόντι, μηδέν γε αὐτοῦ δεόμενοι. προχειρισώμεθα δὲ θάτερον τὸ ἐν τῷ λόγῳ τῶν γλίσχρων ὑγρῶν γεννητικόν, ὃ καὶ τὴν οὐσίαν τοῦ σώματος ἑτέραν ἔχειν φησὶν αὐτὸς ὁ Μαρῖνος. ἀραιότερον γὰρ εἶναι καὶ σηραγγῶδες, ὑγρότητός τε μεστόν, ὥσπερ σπογγιὰν διάβροχον, οὐ μὴν ἐκ πάντων γε αὐτῶν ἐκφύεσθαι πόρους αἰσθητούς.
E Εἰς τοῦτό γε τὸ γένος τῶν ἀδένων φησὶ καὶ ἀρτηρίας, καὶ φλέβας ἐμφύεσθαι, καί τινας τῶν κατὰ μεσεντέριον ἀγγείων εἰς τοιούτους ἀδένας τελευτᾶν. διττὸν γὰρ καὶ τούτων εἶναι τὸ γένος τῶν ἀδένων, ὅτι καὶ τὴν χρείαν διττήν, πυκνοὺς μὲν καὶ ξηρούς, ὅσοι στηρίζουσι τὰ σχιζόμενα τῶν ἀγγείων. ἀραιοὺς δὲ καὶ ὑγρούς, Εἰς οὓς ἀγγεῖα καταφύεται, τούτους φησὶ καὶ τὴν οἷον φλεγματώδη γεννᾶν ὑγρότητα τὴν ὑπαλείφουσαν τὸν ἔνδον χιτῶνα τῶν ἐντέρων. ὅτι δὲ καὶ οἱ τὸ σίελον γεννῶντες ἀδένες αἰσθητοῖς ἀγγείοις Εἰς τὸ στόμα προχέουσιν αὐτό, σχεδὸν οὐκέτι οὐδεὶς ἀγνοεῖ.
F καὶ μὲν δὴ ὡς τὴν φάρυγγα πᾶσαν ἀδένες ὑγραίνουσι τῆς αὐτῆς χρείας ἕνεκεν. ἐπιεικῶς γὰρ ἤδη καὶ τοῦτο τοῖς ἀνατομικοῖς ὡμολόγηται πᾶσι. Μαρῖνος δὲ καὶ ἄλλους ἀδένας ἐπὶ τοῖς εἰρημένοις ἄλλων μορίων ὑγραντικοὺς καταλέγει, μὴ πάνυ σαφῆ μήδε ἐναργῆ τὴν πίστιν ἔχοντας, διὸ παραλείπωμεν ἐκείνους. ἀρκεῖ δέ μοι τὴν Εἰς τὸ προκείμενον πίστιν ἀπὸ

τῶν ἐναργῶν λαβεῖν. εἰ γὰρ καὶ τὴν τοῦ στόματος εὐρυχωρίαν ἀδένες ὑγραίνουσι, καὶ τὸν φάρυγγα, καὶ τὸν στόμαχον, εἴτε σύμπαν τὸ ἔντερον, οὐδὲν δήπου θαυμαστόν ἐστι, καὶ τῷ τῆς κύστεως αὐχένι παρεσκευάσθαι τινὰ ὁμοίαν ἐπικουρίαν, ὅπως μὴ καταξηρανθείς ποτε δυσκίνητος γένηται. πολὺ δὲ δήπου μᾶλλον αὐτῷ τῷ αἰδοίῳ τοῦ ἄρρενος, εἰκός ἐστι τοιαύτην ἐπικουρίαν ὑπὸ τῆς φύσεως παρεσκευάσθαι, δι᾽ ὃ καὶ τοῖς ἄρρεσιν ἀξιόλογοι τὸ μέγεθός εἰσιν ἀδένες οὗτοι· κίνδυνος γὰρ ἐπ᾽ αὐτοῖς, ὡς ἂν περιμήκους τε καὶ γυμνοῦ τοῦ αἰδοίου τεταγμένου ξηρανθέντας ποτὲ διαστραφῆναι, καὶ μῦσαι τὸν πόρον αὐτοῦ. ἐπὶ δέ γε τῶν θηλειῶν ὁ τῆς μήτρας αὐχὴν, οὔτε περιμήκης, οὔτε γυμνὸς, ἀλλ᾽ ἔνδον κείμενος, ἔκ τε τῶν περιεχόντων αὐτῶν ἰκμάδα δέχεται παμπόλλην, ἐξ αὐτῶν τε τῶν καταμηνίων ἐπιτέγγεται. δύναται δ᾽ ἂν ἴσως ἡ φύσις εὐλαβηθεῖσα τὴν ἐκ τοῦ οὔρου δῆξιν ἄλειμμα τὸ ὑγρὸν, τούτῳ τῷ πόρῳ τοῦ αἰδοίου παρεσκευακέναι. τάχα δ᾽ ἂν τις εὑρεθείη καὶ τρίτη χρεία, σκοπουμένοις ἀκριβέστερον· οὕτως γὰρ καὶ ἄλλα πολλὰ ζητήσεως ἀκριβεστέρας τυχόντα κατὰ πάσας τὰς τέχνας ἐξεύρηται. τὸν δ᾽ ἀποδεικτικὸν ἄνδρα τὰ μὲν τοιαῦτα προβλήματα χρόνῳ προσήκει σκοπεῖσθαι πλείονι. τῶν ἀποδεδειγμένων δὲ ἔχεσθαι διὰ παντὸς, ὧν ἓν καὶ τόδε ἐστίν. εἴπερ ἐν τοῖς ἀδενοειδέσιν ἐγεννᾶτο τὸ σπέρμα, τῆς ἀποκρίσεως ἂν αὐτοῦ τὰ εὐνουχιζόμενα τῶν ζώων ἐγλίχετο· φαίνεται δ᾽ οὐ γλιχόμενα, δῆλον οὖν ὡς οὐδὲν γεννᾶται. τοῦτο οὖν ἡμῖν φυλαττέσθω μόνον ἀκίνητον αὐτὸ καθ᾽ ἑαυτὸ, μέχρι περ ἂν εὕρωμεν ἐπιστημονικῶς, ἥν τινα χρείαν τῷ ζώῳ παρέχουσιν οἱ ἀδενοειδεῖς παραστάται· τάχα μὲν γὰρ ἀληθεῖς εἰσιν, ἃς ἀρτίως εἶπον, ἴσως δ᾽ ἂν τις εὑρεθείη ποτὲ ἀληθεστέρα. πιθανὸς γὰρ ὁ τῶν τοιούτων εὑρετικὸς λόγος, οὐκ ἀποδεικτικὸς, ὥσπερ ὁ πιστούμενος ἐν αὐτοῖς μὴ γεννᾶσθαι σπέρμα. ὥστε καὶ μόνοι, καὶ πρῶτοι τοῦτο λέγοντες ὑπὲρ τῆς χρείας τῶν ἀδενοειδῶν σωμάτων οὐκ αἰσχυνόμεθα· καθάπερ οὖν ἔμπροσθεν ἡνίκα τοὺς ὄρχεις ἀπεδείκνυμεν ἀλλοιοῦν πεφυκέναι τὸ σύμπαν σῶμα, καὶ γίνεσθαι δι᾽ αὐτοὺς ἄρρεν τε καὶ θῆλυ, κατὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν, οὔτε ἄρρεν ὑπάρχον, οὔτε θῆλυ. τοῖς γὰρ ἀποδείξεσιν ἕπεσθαι μεμαθηκόσι, κἀκεῖνος ὁ λόγος ἀπέδειξεν, καὶ ὁ νῦν εἰρημένος, ὅτι μήτε περιέχεται, μήτε γεννᾶται σπέρμα κατὰ τοὺς ἀδενοειδεῖς παραστάτας. εἰ δὲ καὶ τὰς εἰρημένας αὐτῶν ἄρτι δύο χρείας ἀληθῶς τις εὑρῆσθαι νομίζει, πάρεστι χρῆσθαι καὶ τούτῳ τῷ εὑρήματι πρὸς τῷ μὴ κεκωλῦσθαι ζητεῖν ἄλλο τι βέλτιον. ὑπὲρ δὲ τοῦ μὴ περιέχεσθαι σπέρμα κατ᾽ αὐτοὺς, ὡς ἱκανῶς ἀποδεδειγμένου, πεπεῖσθαι χρὴ καὶ συγγινώσκειν τοῖς πρὸ ἡμῶν ἐξηπατημένοις ὑπὸ τῆς ἐπὶ τῶν ἀρρένων εἰς τὸν αὐτὸν τόπον ἀναστομώσεως τοῖς ὄντως σπερματικοῖς. ἡ γὰρ τοῦ χωρίου κοινωνία, καὶ τὴν τῆς χρείας αὐτῶν κοινωνίαν ἐνεδείξατο πιθανῶς μὲν, οὐκ ἀληθῶς δὲ, καθάπερ ἡμεῖς ἀρτίως ἐνεδείξαμεν.

& manifestis sumere. Si enim & oris amplitudinem pharyngem, & stomachum, & vniuersum intestinū glandulæ humectāt, nihil sanè mirum est etiam vesicæ ceruici simile quoddam auxilium preparatum esse, vt ne resiccatum aliquando ægrè mobile reddatur. Cæterum multò magis verisimile est huiusmodi auxilium ipsi virili pudendo à natura præparatum esse; propterea quòd memorabilis magnitudinis in viris hæ glandulæ existant: periculū enim ipsis est, ne quum prælongum & nudum sit pudendum ordinatum: aliquādo resiccatum obtorqueatur, & meatus eius conniueat obturatus. In fœminis sanè ipsum vteri collum neque prælongum, neque nudum est, sed intus situm, & ex ambientibus ipsis ac circūsitis multam humectationem suscipit, imò ex ipsis menstruis etiam irrigatur. Poterit fortassis & natura verita mordacitatem ex vrina, hunc humorem velut vnguen huic pudendi meatui præparasse. Fortassis autē & tertius aliquis inueniri queat vsus, si quis diligentiùs perscrutetur: hoc modo enim & alia multa diligentiori inquisitione peruestigata in omnibus artibus inuenta sunt. Virum itaque demonstrationis amantem ac studiosum eiusmodi problemata per multum tempus scrutari ac expendere conuenit. Vbi verò iam demonstrata sunt, ipsis penitus adhærere: quorum problematū in quæstionem meritò veniētium vnum est & hoc ipsum. Si in astitibus glandulosis semen generaretur, castrata animalia ipsum vtiq; excernere appeterent, atqui appetere non vidētur; palam igitur est quòd neq; generatur. Hoc igitur solùm nobis per seipsū immobile ac constans seruetur, donec scienter inuenerimus, quem vsum animali exhibēt astites glandulosi: fortassis quidē veræ sunt quas iam dixi: fortè autem inueniri possit alia verior. Probabilis enim est ratio quæ has inuenit, non demōstratiua, quemadmodum ea quæ palam fidem fecit, semen in ipsis nō generari. Quare & solos nos & primos hoc ipsum de glandulosorum corporum vsu tradidisse non erubescimus: quemadmodum neq; antea erubuimus, quando testes vniuersum corpus natura sua alterare demonstrauimus, ac fieri per ipsos masculū & fœminam, per sui ipsius naturam neq; masculum existere, neq; fœminam. His enim qui demonstrationes sequi didicerunt, tum illa ratio hoc ipsum demonstrauit, tum etiam quæ nunc dicta est: quòd neque continetur, neq; generatur in astitibus glādulosis semen. Si verò & vsum vtrumque ipsorum iam explicatum verè inuentum esse quis existimauerit, licet ei & hoc nostro inuēto vti, quum nō prohibeatur aliud quoddam præstantius inquirere. Cæterum de eo quòd semen in ipsis non contineatur, vt abundè demōstrato credere oportet, & prioribus nobis ignoscere ac veniam dare deceptis, ex eo quòd in viris in eundem locum, similiter vt vera vasa seminaria, oscula aperta habēt. Loci enim communio etiam vsus communionem ipsis indicauit, probabiliter quidem, sed non verè, velut nos iam demonstrauimus.

GALENI DE SEMINE
LIBER TERTIVS,
ASCRIPTITIVS AC SPVRIVS.

CENSVRA.

Hic liber malè Galeno aſcriptus quantumuis emendatus ſummis erroribus ſcatet.

CAPVT PRIMVM.

De ortu fœtus ex ſemine.

SEMEN hominis ex omni humore corporis manat, qui ex tenuiore ac puriore quatuor humorum natura procreatur. Hoc autem ſemen habet neruos & venas proprias quibus ab vniuerſo corpore ad teſtes attrahitur & aduehitur; qui nerui & venæ maſculi & fœminæ complexu, pudendorúmque attritu, & calefactione illud emittunt, vt ex colliſione ſilicis & chalybis elicitur ignis. Ac hi nerui & venæ differunt à neruis & venis vrinæ: vrina enim ſuos proprios meatus habet, & iſtud ſuos. Semen viri validius eſt & calidius muliebri; muliebre verò alimentum eſt ſeminis virilis. Semen igitur vt ex ſubtiliori natura quatuor humorum procreatum, in coitu emittitur perfectum, & animatum; ſic ab vtero cum quodam ſpiritu excipitur, ac ſemini muliebri commiſcetur, ibíque conceptum vteri calore fouetur, eiúſque menſtruo ac ſpiritu per venas & arterias attractis nutritur, augetur, perficitur. Alius enim ſpiritus eſt, íſque vitalis qui per arterias tenues ad vterum externum deuehitur ipſúmque fouet; alius eſt qui cum vtroque ſemine in eum ingreditur. At ille ſpiritus exterior non ſinit abſumi ſpiritum interiorem, quem inſtaurando tuetur, eíque ad fœtum fouendum calorem ſéque ipſum aduehit. Alter verò in vterum quidam allabitur ſpiritus ſubtilioris naturæ ſanguinis ſoboles, qui commixtus ſemini ipſum in corpus carnoſum vi caloris vteri commutat, vt hepar pituitam in ſanguinem vertit in duobus vaſis, in quibus operatur fortiter operam ſuam cum virtute fellis. Nec mirum ſi hepar

A operatur illud fortiter cum opera fellis, quia indiget magna opera, vt vertat illud, quod craſſum eſt, in ſanguinem. Spiritus verò, qui ex ſubtiliori natura ſanguinis, non indiget tanta opera; leuiter enim vertitur in ſanguinem per matricis calorem ſemen, quòd ex ſubtiliori ſanguinis conſtet natura. Quibus in ſanguinem conuerſis, illa ſubſtantia incipit ſuſcipere figuram hominis per calorem naturæ; vnaquaque die in ſui fomentum ſanguinem attrahit, & in carnem vertit, creſcítque in formatione hominis per naturalem ſpiritum, propriam naturam ſingulis dans membris,

B & ſimilitudinem, ſcilicet alias ex acutis acuta firmans, vt digitos, vel res acutas cum acutis, vt in iuncturis oſſium, & ſic in cæteris. Priùs autem formantur humeri, ex quibus caput, & latera, & brachia, & tibiæ; ex lateribus renes; ex renibus coxæ, priùs ſimul iunctæ, & poſtea vna formando ſeparatur ab altera. Demum verò formantur nerui, & venæ. Et poſt hæc interior natura ſemper mittit harmoniam ſuam ad nutrimentum totius corporis intus, & extra. Inteſtina verò ex ſpiritu efficiuntur. Et expletis diebus triginta apparet maſculi figura, fœminæ verò figura peractis diebus quadraginta. Figura itaque humana

C peracta, creſcit infans, impingueſcit, & tunc aperit os, incipiúntque oſſa craſſeſcere ex calore veniente à matrice per ſpiritum naturalem; hic enim calor habet virtutem conformandi totum corpus. Fiunt autem oſſa ex quatuor humoribus, potiſſimùm tamen ex craſſiori ſanguinis natura, purgat enim ſanguinem; medulla verò ex ſubtiliori natura illius craſſamenti. Oſſa acuuntur in compoſitione digitorum, manuum, & pedum. Et peractis menſibus tribus, in maſculo venæ incipiunt exire inguinum conſtitutionem; in fœmina verò poſt tres menſes. Et deinceps mouetur infans in vtero, & ſanguis menſtruus, qui quotidie ex cibo,

& potu in corpore matris, augetur, vel efficitur, agitatur in corpore volens exire, & tenuitate sua per poros quos aperit, venit in mammas, vbi ex earum calore, & humore mutatur in album, & dulce; sed maior pars illius menstrui descendit in matricem ad nutriendum fœtum. Quòd autem infans ex sanguine ad matricem descendente nutriatur, qui emitti solet menstruo tempore ante conceptum, testatur Hippocrates sic, *Vidi fœminam prægnantem misisse sanguinem per brachium, & in tertia die abortum fecisse.* Viri autem menstrua ideo non patiuntur, quia poros habent, ad quos sanguis ille tendens vertitur in pilos, quod patet in brachiis, & pedibus, & in cæteris partibus. Spiritus quoque per os, & nares fortiores emittunt, quàm fœminæ per quæ exiccantur humores illius sanguinis, qui per sudorem emittitur. Sicut enim aqua exiccatur in vase ex ignis calore, & in fumum abit: sic ille sanguis à suo proprio calore exiccatus, fumum ex se generat, qui per os, & nares exit, pilósque & sudorem, qui per tenues poros exeunt: fœmina verò non ita, non enim tanti caloris est.

CAPVT II.

De natura Pueri secundum magnitudinem, & qualitatem Matricis, & seminis.

MAgnitudo autem infantis formatur ex magnitudine matricis hoc modo. Si vterus longus & angustus fuerit, longus, & gracilis puer erit, & sic in cæteris. Sunt autem in vtero seminis receptacula septem, & tot creantur fœtus, quot ex illis exceperint semen. In dextram matricis partem si semen cadat, masculus fiet infans; illic enim calor, & humor per hepar; calor, & siccitas ex felle vigent. Si autem semen viri debile semini mulieris robustiori iunctum illuc venerit, infans licet masculus, muliebris tamen est imbecillitate partium, & animi moribus. Potéstque constitui ex prædicto semine viri cum valido mulieris semine infans vtriusque sexus. Si autem semen in sinistram matricis partem cadat, fœmina procreatur ex splenis, & pituitæ qualitatibus. Et si semen virile præualeat, fiet virilis ac robusta fœmina, quandoque pilos agranones habens; potéstque vt diximus suprà de virili, fœmineum semen hoc similiter nimis imbecillum vtriusque sexus infantem reddere. Et nota, quòd si semen viri validum sit, masculus est, si debile fœmina. Et fœtus ligatur in vmbilico matris; & per eundem locum recipit nutrimentum dum est in matrice, & non per os; vmbilicus enim fœtus vmbilico matris continuatur.

CAPVT III.

De Alteratione sanguinis, aliorúmque humorum in semine.

ORgana seminis sunt arteriæ & venæ, in quibus sanguis mutatur in semen hoc modo. Vt enim in mammis mulierum per quandam coctionem sanguis in lac commutatur, sic & in arteriis & venis ad nutrimentum earum vertitur sanguis in calidam, & humidam substantiam, pituitæ habentem figuram; & nutriendo venas & arterias vertitur illa substantia in semen, quod mox in caput ascendit cum magna venarum, & pororum subtilitate. Deinde verò descendit per duas venas, & duas arterias ad testiculos. Solet autem contingere, quòd semen descendens à capite poros narium, & aurium obturet ita, vt vitalis spiritus exire inde, vel introire nequeat. Semen retentum præter naturam idem operatur, quod venenum, crescénsque venis & arteriis suis, dum nequit descendere in sanguinis massam, grauissimum generat affectum in faucibus, qui Græcè lycoides dicitur, Latinè lupus, id est strangulator. Quòd autem semen primariò ex sanguine, secundariò ex aliis humoribus efficiatur, hac ratione probatur; quia in multo coitu semine deficiente sanguis emittitur. Si verò semen à capite descendens non impeditur, venit ad testiculos, ad vnum per venam vnam & arteriam, ad alium per arteriam, & venam alteram.

CAPVT IV.

De Testium Compositione.

TEstes verò quatuor habent membranas: quarum duæ calorem & humorem habent, aliæ duæ habent acutionem, quæ acutio sperma adiuuaret. Habent quatuor vasa etiam supradictas venas & arterias; quatuor seminaria, quorum duo ex recto semine, alia duo sunt adenes, quæ sunt attrahentia & purgantia semen. Solet namque cùm vero spermate descendere aquosum phlegma, quod ab infirmis retinetur, & emittitur, vel dormiendo, vel vigilando, quod semper liquefit, ex quo liquore acuto testiculi magnum pruritum, & ardorem recipiunt, vnde generatur voluntas coeundi. Habent etiam testiculi neruos duos pendentes, & descendentes à principali osse colli, & fundamento corporis per dorsum, & renes: qui nerui alios habent neruos coniunctos aliis ossibus totius corporis. Notandum autem est, quòd vna vena est propria seminis, vacua ab aliis quæ recipit id sperma à quatuor aliis venis: illæ verò recipiunt ab aliis venientibus ab omnibus partibus corporis, & ab omnibus ossibus medullam habentibus: quæ vena ducit illud sperma ad caput, vt supra dictum est. Quarum quatuor prædictarum venarum talis est natura; vna est iuxta renes; altera est iuxta cor, & stomachum; tertia in pectore, & extenditur iuxta pulmonem; quarta est prope parenchyma hepatis, in quo est facultas sanguifica, vnde diffunditur per totum corpus; ex cuius superfluitate nascuntur spasmus, apoplexia, diaphragmatis apostemata multiplicia, & multæ aliæ affectiones. In pectore verò est potestas phlegmatis, vnde diffunditur per totum corpus, ex superfluitate cuius fit asthma (primùm enim asthma fit ex corruptione aëris intrantis ad pulmonem, secundùm verò fit ex fuligine pituitæ ad caput ascendente, & inde ad pulmonem redeunte) & apostema diaphragmatis, & apostema multi generis, & aliæ affectiones contrariæ musculis pectoris, qui sunt organa spiritus quem ad se trahit pulmo, & à se remittit, & omnibus corde verbum committentibus, & multæ aliæ passiones. Bilis enim potestatem habet suam in renibus, vnde decurrit per totum corpus, ex eius superfluitate nascuntur passiones in renibus,

& calculus, semen etiam viscosum, & dolor in renibus generatur, & in vreteribus, ideóque aliquando non potest tenere vrinam, vel non potest emittere; & in omnibus neruis vsque ad pedem patitur. Renum etiam siccatio inde prouenit; vnde si cum muliere iacuerit, post patitur solutionem similem debili semini super renes, & generatur apostema; ex quo aliquando procreantur vermes, & similia.

CAPVT V.

De domiciliis humorum semen descendens alterantium.

HAbent autem prædicti humores proprias sedes, & ab illis diuersas de quibus diximus, in quibus suas habent potestates. Propria enim sanguinis sedes est hepar; pituitæ pulmo; bilis flauæ fel; bilis nigræ splen. Et potestate bilis flauæ, quæ habetur in stomacho, quædam anathymiasis in caput ascendit, generans ibi dolores, diaphragmatis inflammationes, & alios affectus. Inde etiam descendit catarrhus ad pulmonem, vnde nascitur asthma, & phthisis, & pustulæ in pulmone. Quando autem semen descendit à capite, & suscipitur à duabus venis, & à duabus arteriis supradictis, ducentibus illud ad testiculos, antequam ad testiculos perueniat, descendit per loca illa, in quibus supradicti humores suam exercent potestatem, & ibi accipit naturam humoris ibi manentis; in hepate fit calidum & humidum; in pectore, mutatur in frigidum & humidum; in corde, & stomacho, in calidum & siccum; & renibus, in frigidum & siccum. Sic ergo semen ex quatuor humorum qualitatibus formatum è renibus descendit in testiculos, ibíque mundatum & completum recipitur à matrice mulieris; sícque homo ex quatuor constat humoribus. In coitu igitur cuius semen prædominatur, illi similis infans procreatur. Similis matri etiam hac causa fit, quia semen eius est nutrimentum seminis viri. Aliquando tamen vno superante humore non est similis illi infans cuius est semen; nam alij humores debilitantur propter exuperantiam alterius; aliquando enim sanis genitoribus strabo infans, vel claudus, vel naso torto nascitur propter exuperantiam humorum, vel penuriam; quia quam potestatem habet semen in loco suo, eandem habet natura in matrice. Item si genitorum aliquis morbo aliquo corripiatur, infans similem trahit affectionem; & aliquandò ex lacte matris. Sicut enim semen viri habet potestatem in toto corpore, ita natura potestatem habet in matrice. Sicut enim sanguis, ex cuius subtilitate omnium fit semen, habet potestatem eundi per corpus, ita & semen quod inde fit, habet potestatem exeundi sine voluntate hominis vniuersaliter dormiendo, vel vigilando. Sicut enim natura corporis sequendo quatuor mutationes in die, mutat corpus secundum illas, sic natura mutat semen in matrice secundum easdem mutationes. Natura humani corporis propriè dicitur subtilitas exhalationis potissimum sanguinis, secundariò aliorum humorum; & etiam aëris agentis & commouentis ipsum sanguinem in venis & arteriis, quæ infixa in carne est temperamentum omnium membrorum, testante Hippocrate, quòd natura est medius gradus in caliditate & humiditate, & septem materierum. Vnde venit, quòd quidam sunt biliosi, & quidam melancholici, quidam sanguinei, quidam pituitosi: quod nisi esset, omnes eiusdem essent naturæ, licet non semper. Ætas enim vel diæta, seu aliud naturas quandoque reprimit: sicut qui est sanguineus, naturaliter est iracundus, tamen iram deponit à corde procedentem naturaliter, aliqua occasione superueniente. Sic ergo natura quiescit & mutatur, sed eius proprietas est immutabilis, quia qui naturaliter est sanguineus, iracundus est, iram tamen deponit: sicut enim ignis priùs acuitur & postea quiescit, non tamen amittit naturam suam, sic ille naturaliter priùs acuit & postea quiescit, non tamen mutatur.

CAPVT VI.

De natura pueri concepti in horis sanguinis.

IN tribus horis sanguinis, semen conceptum à muliere in sanguinis mutatur naturam, & informatur. Homo inde editus ruber est; supercilia eius grauia; venæ temporum graues, & plenæ; oculi sanguinei, nebulosi, affectionibus semper abundantes, facies rubra, labia tenera; gingiuæ sanguineæ; sæpe fluit sanguis à naribus; guttur sanguine impeditur; inde vox grauis, rauca, debilis; os, dentes, guttur, & caput sæpe dolent; capilli rubore colorantur; ambulatio moderata. Affectus, hæmorrhagia, & synochus, & alia ex sanguine procedentia.

De natura pueri concepti in horis bilis flauæ.

In horis bilis flauæ conceptus, pallidus & citrinus, & capilli; venæ crassæ, latæ, & plenæ, & citrinæ; color citrinus, aliquando viridis; guttur, & os, & sputum, amara semper, & sicca; genua, crura, pedes, & ossa dolent; rheuma siccum per totum corpus sæpe ruit; Inde nascuntur arthritis, ventris affectus, dolores, vt dysenteria, tormina, lienteria; fiunt in somnis pauores; in fronte dolor; ambulatio præceps.

De natura pueri concepti in horis pituitæ.

Si verò in hora pituitæ concipitur, albus; sed sæpe pallidus; oculi crassi, delati, aliquando similes oculis accipitris; palpebræ graues, capilli flaui; vox grauis, crassa; grauiter dormit, & sæpè stertit; os abundat pituita; ambulatio grauis. Morbi, vehemens tussis, quotidiana febris, asthma, œdemata, tumores in articulis, renum dolores, colica, nauseæ, quartana, paralysis, inappetentia, & alia ex pituita procedentia.

De natura pueri concepti in horis bilis nigræ.

Si in horis bilis nigræ, vultus niger, partim albus; oculi nigri, sicci, acuti; capilli nigri; vox tenuis, non alta; risor propter splenem, à quo procedit risus; ambulatio grauis; non audax. Morbi, febres quartanæ, quotidianæ, mania, mentis alienatio, obliuio, cardiaca passio, palpitatio, renum dolor, paralysis, phantasiæ, stupor mentis, omnis ossium harmonia sibi dolet, & alia quæ ex bile nigra contingunt.

CAPVT VII.

De Natura humana, Cur cunctis sit agilior.

PErſcrutati ſunt philoſophi medici, cur naturam humorum quatuor bruta animalia non imitentur, vt de ſanguine fiant ſanguinea, de pituita pituitoſa, ſecundum horas, ſigna, planetas, & in aliis: quod ſic ſoluitur, quia corpus hominis agiliori harmonia præditum eſſe neceſſarium eſt, vt facilè addiſcat omnem, ad quam anima intendit, phantaſiam. Homo enim theologus in virtute ſapientiæ cum vi rationis ſuæ ad vniuerſalitatem progreditur; & ideo corpus ſubtile, & agile ſuſcipit, vt facilè rationem ſpeculatricem ſequatur, & imaginetur omnia. Sic denique fit perfectum hominis organum in theorica, & practica. Itaque multa ſua agilitate ex humoribus quando concipitur in ipſorum proprietates transfertur, & ex planetarum, atque ſignorum operatione exiſtente varias ſortitur proprietates, ad quæ brutorum corpus non ſic mutatur: ſed tamen ex prima illorum eis indita proprietate omnia vnius complexionis ſunt, nam breuis numerus eſt ei collatus: vnde, cum vnus ſit velox, alter piger, alius paruus, alius magnus, & in hunc modum, eiuſdem tamen complexionis ſunt ſemper. Si enim item ad plenum ſequeretur numerus, vt homines aliis alij præeſſent, & ſtultitia, & prudentia, cæteríſque intelligentiis. Neque ſicut in hominibus hora præualet materiæ ſeminis eorum, vt commutet illud, & firmet in humorum proprietates, quibus horæ illæ deputatæ ſunt, ſed extrà infirmitas & natura ſeminis eorum trahit vim & dominium humorum in ſui materiam: quia adeo fixum & immutabile eſt ſemen eorum, vt nunquam totum, ſed aliquando ex parte mutari contingat: quòd in omnibus certum eſt, quia in tantum agile, & commutabile eorum ſemen eſt, vt vis horarum & dominium humorum potiùs præualeat ſemini ad illud commutandum, quàm vis ſeminis illius. Nam & ſi in ſingulis horis ternis ſinguli dominentur humores in vnoquoque homine, horæ tamen illius ſemper præualet vis, in cuius horis natus eſt: nam ex debilitate ſeminis aliquando contigit, vt minùs vigeat in homine vis humoris, in cuius horis natus eſt.

CAPVT VIII.

De immortali ſubſtantia, quomodo viſibili & mortali copuletur.

PErſcrutati ſunt alij Philoſophi Porphyrici, quomodo ſubſtantia incorporea poſſit vel ineſſe, vel iungi ſubſtantiæ mortali. Sed non ſicut quatuor elementa coniunguntur in conſtitutione alicuius ſubſtantiæ, ſed animæ ſpiritualis virtus ſenſuum corporis, qui ſunt virtus corporis, iungitur verbum, aut verbo Dei. Et etiam hæc cauſa non eſt extranea à cognitione, quòd ſubſtantia incorporea ſit humiliata ad conſtitutionem alterius ſubſtantiæ, poſt cuius completionem illa ſubſtantia tenet ſe in ſua proprietate; & eius differentia ſemper ſimiliter ſit per ſe; & eius altitudo nunquam eſt accidentalis, ſicut altitudo illius ſubſtantiæ quam complet, & eius differentia definit omnem accidentalem differentiam corpoream: & nulla differentia accidentalis poteſt eſſe firma in ſua ſubſtantia. Hoc dicit Porphyrius ad demonſtrationem coniunctionis animæ cum corpore, & per hoc affirmat verbum Dei in ſapientia hominis eſſe. Ad quod oſtendendum fecit Iſagogas, in quibus oſtendit differentias animæ firmas, & differentias corporis eſſe mortales.

CAPVT IX.

De Spiritu quid ſit: & Qualiter operetur in tota parte.

SPermatici ſpiritus virtutes ſunt tres; quarum prima, eſt neceſſitas; ſecunda, virtus; tertia, organum. Neceſſitatis duo ſunt opera, nam & calorem ſeruat, & ſpiritum animalem nutrit. Virtus verò eſt complementum. Organum verò diſcurrit omnia ex opere animæ. Spiritus autem ille, cuius origo eſt à corde porrigit ſe per arterias, & venas, dans in venis ſanguinem, mutando ſe in calorem naturalem, & ſpiritualem vitam. Vapor autem procedens ex calore ſanguinis, eſt nutrimentum ipſi ſpiritui: qui halitus ſpiritualis mittit ſe à venis in arterias, exiſtens animatio totius corporis, & nutrimentum: qui partim vertitur in carnem, & partim per poros mittitur ad procreationem pilorum: nec ſolùm eſt vapor ſanguinis, imò habet admixtam ſibi ſubtilitatem ſpiritus, decurrens per totum corpus. Sanguis purgatur per hepar, ſpiritus verò in arteriis clarificatur ex fumo caloris à corde venientis, cuius clarior pars aſcendit per quaſdam arterias ad caput: & ibi ſe ſecundariò clarificat per calorem ſurſum procedentem à corde, clarificatus vadit per duas arterias in neruos, qui ſunt harmonia trium ventriculorum capitis vſque ad animam, cui ex nimia ſubtilitate ſui connexa eſt anima, per quam anima miniſtrat phantaſiam ſuam harmoniæ totius corporis, & harmonia illa pereunti corpori. dicunt Ammonius, Democritus, & alij complures, quòd ille ſpiritus eſt corporeus, & ipſe idem eſt anima, hac ratione quòd miniſtrando phantaſiam ſenſibus, & ſenſus corporis, findens ſe in partu dat corpori ſenſum. Hinc etiam accidentalis probatur eſſe, quia harmonia capitis eo conſumpto neceſſariò trahit alium ſpiritum per eaſdem arterias ad nutrimentum animæ: quia ſi ſubſtantialiter ineſſet, non eſſet opus alium attrahi. Vnde per hunc & ipſa anima corporea probatur. Porphyrius non conſiderat quidem animam, ſed conſiderat ſpiritum animatum rationalem, oſtendens ſpiritum hunc in Iſagogis corporeum eſſe ad opus animæ, non ipſam animam. Sed Socrates, Plato, Ariſtoteles, & Theodorus Platonicus, & Andronicus Peripateticus, & Porphyrius, & alij complures vnanimiter affirmant, quòd nec corporea eſt, nec lege loci tenetur, nec ſcinditur: quia quum totum corpus virtute ſua illuminet ad quælibet exteriora progreſſa, non tamen in ſubſtantia ſua aliquam ſciſſionem patitur. Et ſicut aër Sole illuminatur, ſic corpus anima. Et vt aër per Solis lumen propriam omnium rerum confert oculis intelligentiam: ſic anima corporis harmoniæ per ſpiritualem ſuæ ſapientiæ lucem, & propriam, & ſecundam intelligentiam confert. Et ſicut lux Solis, quæ incorporea eſt; ſuum complens effectum,

nullam patitur diuisionem, sic & anima. Vt etiam lumen Solis, quod incorporeum est, separatur ab aëre & ab omni intelligentia oculorum sine corruptione: sic anima, quæ incorporea est, separatur sine corruptione à corpore. Empernomos philosophus dicit non esse mirum animam, quæ est substantia incorporea, posse separari à corpore, cum ignis, qui est substantia corporea, possit separari à lignis, quibus est iunctus, & reuerti in primam, & propriam materiam sine sui corruptione. Sicut etiam Solis lumen illustrandum hominibus sola vi vtitur sua, non indigens vi alterius, quæ attrahat quasi ad complementum prioris virtutis, sic & anima. Dicit Aristoteles in Physica, esse quinque animæ facultates, nutritiuam, sensitiuam, appetentem, loco motiuam, & intellectiuam. Anima enim, quoniam generatur à natura corporis, cum natura ipsius corporis tendit ad quatuor elementa; indè ad substantias inanimatas, vt ad lapides, ferrum, aurum propter nutrimentum; inde ad arbores, dehinc ad bestias, inde ad homines. Quemadmodum enim aqua diuiditur in partes, quæ postea in ipsam redeunt: sic hominis partes ad hominem redeunt: qui si bonus & purus sit, eius anima in cœlum clarè redit. Sed Porphyrius non consentiens Aristoteli dicit quòd nulla harum partium separatur à substantia animæ, cum omnes physici dicant animam nouam de cœlo immitti, & associari semini in matrice, vel puero priùs formato; vnde si malus fuerit homo vadit in bestiam, & inde redit ad hominem; à quo si bonus fuerit, vadit in gloriam. Porphyrius verò negans hæc omnia, dicit animam potiùs de bestia in bestiam ire, de homine in hominem, deinde in cœlum.

CAPVT X.

De natura pueri secundum horas humorum.

NOtandum autem est, semen non semper animatum ab homine venire in matricem, sed tunc tantùm quando à Deo statutum est gigni infantem; & tunc anima sociatur semini. Stoici dicebant animas quotidie creari, & corpori priùs in matrice composito immitti, & omne corpus nouum, & tempore creatum, esse mortale. Porphyrius renuit, ostendens sic opus Dei esse debile, quum sit necesse quotidie creari. Sed sciendum nobis est, quòd animæ semper suam vitam firmam habent, & stabilem ab initio; & sic non est opus Deo facere nouas vnaquaque hora. Dicit Hippocrates quòd si mulier recipit semen in prima, vel in secunda, vel tertia hora noctis, vel diei, infans contrahit proprietates sanguinis, quia horæ sunt eius: si in quarta, quinta, sexta, bilis flauæ: si in septima, octaua, nona, pituitæ: si decima, vndecima, duodecima, bilis nigræ. Quòd si in sinistra parte matricis in horis sanguinis conceptus maneat, pater verò & mater in horis bilis flauæ concepti fuerint, non trahit infans figuram ex bile flaua patris, ac matris propter fragilitatem sinistræ partis: & habent causas affectuum ex pituita, vel à bile nigra plusquam ex bile flaua, non tamen tanti acuminis, quantùm si esset in dextra parte. Licet autem in ista parte sit virtus bilis nigræ, & propter fragilitatem eius sit virtus pituitæ, ibi tamen infans à sanguine suarum sumit initium affectionum. Si verò in dextra parte sit conceptus in horis sanguinis, pater verò & mater in horis bilis flauæ, licet magis retineat figuram à patre & matre ex bile flaua, quàm ex sanguine, tamen retinet proprietatem affectionum à suo principio. i. ex sanguine: quę affectiones sunt hæ: synochus, pleuritis, spasmus, apostemata, causus, & aliæ huiusmodi: habet etiam sanguis acumen à bile flaua Si infans conceptus est in horis bilis flauæ, & genitores in horis sanguinis, ex his trahit figuram, magis tamen à suis, à quibus proprietatem affectionum retinet; quæ sunt febris acuta, tertiana, synochus, dysenteria, cephalalgia, phrenitis, icterus, & similia. Si verò in sinistra conceptus sit horis prædictis existentibus suis, & genitorum, puella magis retinet figuram sanguinis à patre & matre, quàm ex natura bilis flauæ; frigiditas enim sinistri lateris superat proprietates passionum: tamen inhærent ei bili flauæ, quæ propter frigiditatem minùs sunt acutæ quàm in dextra parte Si verò in horis bilis nigræ concepti sunt pater & mater, & infans in sinistra sit parte, si puella est, naturaliter melancholica est, vel paralytica, quartanaria, epileptica, stulta, & iners, similis est etiam patri & matri, nec alio modo potest temperari natura eius. Si verò semen est in dextra, non semper, nec ita prædictas habebit affectiones, propter temperamentum caloris hepatis, & fellis, & quia hic calor accidentalis est ei, non potest prorsus pellere naturalia. Horæ autem bilis nigræ, & cæterorum humorum determinantur per cursum planetarum. Quòd si puella sit concepta in horis bilis nigræ, pater verò & mater in horis pituitæ, puella retinet figuram pituitæ, magis tamen bilis nigræ, & inde habet causas affectionum. Si sit in dextra, magis retinet figuram patris ex pituita temperata à sanguine: sed morborum proprietatem habet à bile nigra non ita acutorum, propter calorem dextræ partis. Si conceptio omnium sit in horis pituitæ, & semen sit in sinistra, puella est pituitosa, debilis, quotidianaria, lienterica, phthisica, cephalalgica, dolens in omni membro, dolens in renibus, in matrice, & similia, & partim habet morbos à bile nigra, propter affinitatem pituitæ. Si verò sit in dextra parte puer, eadem patietur, sed temperatè, propter sanguinem, & bilem flauam. Si pater & mater concepti sunt in horis pituitæ, puella in horis sanguinis, trahit à pituita, sed non acutiùs, propter maiorem sanguinis proprietatem. Si verò pater & mater concepti sunt in horis sanguinis, & puella in horis pituitæ, contrahit affectus à bile flaua, & sanguine æqualiter, magis tamen à pituita: qui affectus temperantur per sanguinem. Quòd si conceptio sit in horis sanguinis, patris verò in horis pituitæ, matris in horis bilis nigræ, à sanguine affectum ducit, & formam, & partem à patre; nullam verò à matre figuram, sed tamen debilitatem, & inertiam. Si in sinistra est plùs à matre minùs à patre: proprietatem affectuum à sanguine, qui propter frigiditatem sinistræ non sunt ita acuti, ac si in dextra essent. Quòd si puer conceptus sit in horis bilis nigræ, pater in horis bilis flauæ, & mater in horis sanguinis, partem figuræ retinet ex patre & matre; minorem partem ex bile nigra; sed maiorem partem affectuum habet ex bile flaua, minorem verò accidentaliter à sanguine & bile flaua; qui affectus aliquantulùm sunt temperati. Si in sinistra est puella, plùs continet ex bile nigra; minùs enim à matre, nihil ex patre; affectiones ducit ex bile nigra, & sunt acutæ. Quòd si pater & mater concepti sunt in horis bilis flauæ, & puer in horis sanguinis, vel pituitæ, magis retinet figuram patris à bile flaua: mediocrem figuram à matre & minorem; affectus à bile flaua &

sunt temperati. Si pater & mater concepti sunt in horis sanguinis, puer, in horis pituitæ, & sit in sinistra, maiorem partem figuræ habet ex patre, mediocrem à matre, minorem à pituita, affectus à pituita & sanguine. Si verò est in sinistra, plùs habet à bile nigra & pituita, minùs à matre, nihil ex patre, affectus ex pituita & bile nigra. Quòd si omnium conceptio est in horis sanguinis, habet figuram à patre; & si semen matricis superabundet, & sit sanum, tota est ex parte patris figura: affectiones sanguinis & acutæ. Si conceptio omnium in prædictis sit horis, & in sinistra semen, & matris semen sit debile, tunc filia maiorem partem figuræ retinet à matre, minorem ex bile nigra. Si semen matris est debile, patris verò sanum & forte, totam figuram habet à patre, debilitatem verò corporis à matre; affectus à sanguine, partim à bile nigra per accidens. Si omnis conceptio est in horis bilis flauæ, & semen patris est forte, & matris debile, totam figuram habet à patre. Et si semen matris est forte, & patris debile, æquam vtriusque contrahit formam; & aliquantulum tamen habet à bile flaua, & affectus acutos. Et si tunc fuerit in sinistra, partem figuræ habet à bile, & tantumdem ab vtroque, affectus verò à bile flaua: Si verò semen patris sanum est, matris verò debile, figuram habet vtriusque: si vtrumque debile, totam figuram habet à pituita parum à sanguine, & bile flaua. Et si tunc in sinistra fuerit, parum habet ab vtroque scilicet partim à bile nigra & pituita, plùs à bile nigra propter frigiditatem illius partis. Quòd si æqualia sint & sana, ab vtroque continet figuram æqualiter; parum verò à bile nigra & per accidens. Quòd si semen abundet & sanum sit, plùs habet à matre, quàm à patre; affectus ex pituita. Quòd si conceptio omnium fuerit in horis bilis nigræ, & vtrumque semen debile fuerit, ab vtroque partus figuram recipit: plùs verò à bile nigra, & aliquantulum à bile flaua & sanguine accidentaliter. Si verò sana fuerint, vtriusque figuram retinet parum à bile nigra, & etiam à bile flaua accidentaliter. Quòd si semen abundet matris, plùs figuram habet à matre; & si semen patris superabundet, plùs habet à patre, & à bile nigra affectus. Si sana fuerit, vtriusque figuram retinet, sed plùs à matre. Et etiam si semen matris est sanum, patris verò debile, habet figuram à matre, minùs verò à patre; si contra est, æquam habet ab vtroque figuram, & bile nigra. Si plùs superabundat materia, plùs habet à matre, affectus à cholera nigra plures, minores à pituita. Si semen omnium fuerit in matrice matris eorum in eisdem horis, magnæ eloquentiæ erunt. Si pater & auus infans, vel puer concepti sunt in horis sanguinis infantis, mater verò in horis pituitæ: & semen matris superet, sed tamen debile, à neutro trahit figuram, quia illius semen minus est, huius verò debile est. Quando verò habet puer principium ab horis sanguinis, sicut auus eius retinet ab eo figuram. Si pater fuderit semen in horis sanguinis, mater verò concepta sit in eisdem horis, cuius semen fortius & sanius sit semine viri debili, non capit figuram patris, quia semen est debile, semen verò mulieris fortius & sanius vertit semen viri in suam proprietatem: sed postea superueniente aliqua affectione, vel pituita, vel bile nigra, vel aliis humoribus, debilitatur figura matris; & ideo puer non potuit eius retinere figuram. Et quia auia eius pueri est concepta in hora sanguinis, & sicut puer, cuius semen reduxit semen viri sui ad naturam, semen illud quia est materia pueri acuens se in septima, non potuit venire in figuram patris, & matris propter supradictas affectiones, venit autem in figuram auiæ. Si verò fortius est semen aui semine auiæ, tunc retinet figuram aui, si concepti fuerint in eisdem horis. Ideo puer existens in tertio ab auo suo, vel ab auia iuuamen habuerit suæ figuræ, & non à patre vel à matre, qui sunt in secundo loco, vel vtriusque semen fuit debile: tamen quia opera planetarum semper solent ministrare prosperitatem secundum imparem vsum, vel diuersitatem naturę secundum parem numerum: Si verò semen patris, vel matris debile fuerit, tunc nec humores, nec secundus locus impediunt quin recipiant figuram ab auo, vel auia: & hoc propter naturam & vim loci & horarum.

CAPVT XI.

De conceptione pueri alterata à stellis & non à parentibus.

Contingit etiam aliquando infantem nulli parentum esse similem, & hoc fieri per naturam planetarum: nascitur enim aliquando mutus, vel carens pedibus, manibus, oculis, &c. Philosophi verò indubitanter asserunt teste Hippocr. quòd omnis substantia corporea animata iuncta sit, & ligata in planetis, & signis, quatuórque elementorum nexibus. Et hoc approbo auctoritate Alexandri Imperatoris Macedoniæ sic dicentis, quòd Natanabus Rex Ægyptiorum pater eius secundum opera planetarum cum matre sua Olympiade concubuit, & per suam mathematicam & astronomicam rationem precatus est, vt non cognosceret eam nisi in talibus horis, in quibus ex operatione planetarum & signorum figuram traheret, non ex patre, vel matre. Considerauit enim propriè Solem venturum in leonem, & Saturnum in taurum, à quibus volebat filium suum nasciturum figuram & naturam potissimùm retinere. A leone igitur tenuit crispitudinem capillorum, citrinum colorem, & toruum aspectum & vultum, & iram, & robur. Et quia aquila retinet proprietatem à leone in hoc solo, quòd aquila altius volat cæteris auibus, & acutiùs videt, ideò Alexander habuit ex proprietate sui signi oculum vnum aquileum & nasum. Et vt Sol clarus est præ cæteris, & quando est in leone, fortior est, sic ille toti mundo dominatus est. Ex tauro verò contraxit cornutam frontem, & corpus altum, & ferociam: taurus enim terram findit ingenio simplici, & opere pio. Et quia draco habet proprietatem in signo tauri & magnitudine & sensu, & draco supra habet dentes acutos, & alterum oculum, in similitudinem draconis oculos habuit. Et vt Saturnus altior est omnibus planetis, & in humilitate, & subtilitate superat opus cæterorum planetarum, sic Alexander totum orbem superauit.

CAPVT XII.

De natura duodecim signorum.

Sciendum itaque est de signis duodecim, tria esse calida & sicca. Aries enim calidus est in secundo gradu, siccus in tertio. Leo calidus est & siccus in quarto gradu. Sagittarius calidus in primo, siccus in secundo gradu. Alia tria sunt frigida & humida scilicet cancer, scorpio, & piscis: nam Cancer est Lunæ sedes. Scorpio humidus in primo, frigidus in secundo. Piscis frigidus in primo, humidus in secundo gradu.

Alia tria sunt calida & humida. Gemini calidi sunt in secundo, humidi in primo. Libra calida est in primo, humida in secundo. Aquarius calidus in primo, humidus in secundo. Alia tria sunt frigida & sicca. Taurus frigidus in tertio, siccus in secundo. Capricornus frigidus in secundo, siccus in tertio. Virgo frigida in secundo, sicca in tertio. Alij Philosophi dicunt quòd Gemini sunt calidi & sicci in tertio gradu, & virgo calida & humida in primo, & sagittarius calidus & humidus in principio secundi; & aquarius frigidus & siccus in tertio gradu. Aries, leo, sagittarius, sunt orientales, calidi ignei, & sicci. Taurus, virgo, capricornus, sunt terrei, frigidi & sicci, meridionales. Gemini, libra, aquarius, sunt occidentales, aërei, calidi, & humidi. Cancer, scorpio, pisces, sunt aquatici, frigidi & humidi, septentrionales.

CAPVT XIII.

De differentia septem planetarum.

AB his omnibus ducunt elementa rerum naturas suas, & qualitates prædictas, & opera planetarum complentur, & perficiuntur per signa prædicta. Et quia elementa iuncta sunt signis naturaliter, etiam ex elementis constat omnis substantia corporea animata. Ergo elementa opus recipiunt planetarum à signis, & illud trahunt omni substantiæ animatæ corporeæ, & illud esse natura à signis habet, & aliud id est efficaciam & operationes à planetis. Naturam enim dicimus in calore, & frigiditate, & cæteris; operationem verò in valetudine, pulchritudine, pigritia, velocitate, & similibus: quæ contingunt infantibus, etiam si non fuere in genitoribus. Multa enim de huiuscemodi materia dicturi sumus, sed in præsenti omittamus.

CAPVT XIV.

De alteratione signorum, & planetarum.

